7908

IN BONIFACII OCTAui constitutionem vltimam, quæ incipit, Alma mater. Sub titu. de sent. excom. admodùm breues Commentarij: Autore Didaco Couarruuias à Leyua Toletano., in Granatensi Prætorio consiliario Regio.

AD Magnificos admodùm, Iurisq; diuini & humani professores ornatissimos, Licentiatum Didacum Ruis Vergara de Alaua Rectorem, & collegas percelebris literarum collegij, Salmanticæ sub. titu. S. Saluatoris, instituti.

SALMANTICAE.
Excudebat Andreas à Portonarijs. M. D. LIIII.
Cum priuilegio,
Estan tassados a cinco blancas el pliego.

EL REY

POR quãto por parte de vos, el doctor Couarruuias, de Leyua Oydor de la nueſtra audiencia y chancilleria, que reſide enla ciudad de Granada, nos fue fecha relacion, que vos heziſtes, y ordenaſtes la repeticion de la regla peccatum, y el capitulo Alma mater de ſentencia excomunicationis, eodem libro y la clementina ſi furioſus de homicidio, y nos ſuplicaſtes, y pediſtes por merced os la hizieſſemos, que vos o quié vueſtro poder ouieſe y no otra perſona alguna pudieſſedes imprimir y vender las dichas Repeticiones, ni traerlas a vender đ fuera parte, o como la nueſtra merced fueſſe, y por vos hazer bien y merced, lo tuuimos por bien, y por la preſente vos damos licencia y facultad, Y mandamos, que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que corran y ſe cuenten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula en adelante, vos o la perſona, o perſonas, que vueſtro poder ouieren y no otras algunas puedan imprimir y vẽder las dichas repeticiones, eneſtos nros dichos reynos y ſeñorios đla corona de Caſtilla, ni traer los a vender de fuera parte ſin vueſtra licencia, ſo pena, que la perſona o perſonas, que ſin tener vro poder para ello lo imprimierẽ, o hizieré imprimir y vẽder eneſtos reynos, y los traxerẽ a vẽder de fuera parte impreſos, pierdã la ympreſiõ q̃ hizierẽ, y los moldes y aparejos, cõ q̃ lo hizieren, Y mas incurra cada vno dellos, en pena de treynta mil marauedis cada vez q̃ lo contrario hizierẽ la qual dicha pena mãdamos ſe reparta, en eſta manera la tercera parte para la perſona q̃lo acuſare y la otra. 3. parte pa nra camara, y la otra. 3. parte pa el juez q̃ lo ſentẽciare, y mãdamos q̃ ſe vẽda cada pliego đ molde đ la ympſiõ de las dichas repeticiones a. 5. blãcas, y no mas y mãdamos, a los đ nro cõſejo Preſidẽte y oydores de las nras audiẽcias, Alcaldes alguaziles de la nra caſa y corte, y chãcillerias y a todos los Corregidores Aſsiſtẽtes gouernadores, alcaldes alguaziles, y otras juſticias, y juezes qualesquier de todas las ciudades villas y lugares, de los nros reynos y ſeñorios y de cada vno dellos aſſi a los q̃ agora ſon como a los q̃ ſeran de aqui adelante q̃ vos guardẽ y cũplã y hagã guardar y cũplir eſta nra cedula y merced q̃ vos aſſi hazemos, y cõtra el tenor y forma della, vos no vayã ni paſſen, ni cõſientã yr, ni paſſar por alguna manera, ſo pena dela mi merced y diez mil marauedis para la nra camara a cada vno q̃ lo contrario hiziere. fecha en Valladolid, a quatro dias del mes de Agoſto, año de. 1554. años.

La princeſa.

Por mandado de ſu Mageſtad. ſu Alteza en ſu nombre.

Franciſco de
Ledeſma.

Admodùm magnificis, iuríſque diuini, & humani profeſſoribus ornatiſsimis, Licentiato Didaco Ruis de Vergara de Alaba Rectori, & collegis percelebris literarij Collegij, Salmanticæ titulo Sanctiſsimi Saluatoris inſtituti, Didacus Couarruuias à Leyua Toletanus, ex eodem Collegio in Granatenſi curia Regius Conſiliarius. S. P.

CVM PRIMVM veſtro omnium maximo beneficio, admodùm magnifice Rector, viri ornatiſsimi, ex muneris eiuſdem candidato tanti fuerim ſodalitij collega electus, mecum ipſe cogitare cœpi, animoq; expendere, quanã ratione probare poſſem, veſtrum de me adeò graue teſtimonium, vel meis viribus, quæ poſſent impares tanto conatui iure cenſeri, non omninò priuatis affectibus: ſed fortaſſe publicis quibuſdam eius inſtituti legibus ſubnixum fuiſſe. Quò rem hanc ſubire animo audaci recuſarem, id equidem maximè deterrebat, quod illuſtris admodùm, ac reuerendiſsimus Didacus à Muros, Ouetenſis eccleſiæ præſul vigilantiſsimus, tantam morum integritatem, indolem ad literarum documenta exegerit ſpectatiſsimam, dum de re literaria, ac de ipſa republica Chriſtiana benemeritiſsimus, domum iſtam ad iuris vtriuſque diuini, & humani exercitationem piè, ac ſanctè inſtitueret, vt quiuis vtcunque eruditione inſignis facilè poſſet abſque nota referre pedem. Præter hæc quoties ipſe mente repetebam, quot viri iuris vtriuſque conſultiſsimi ab eadem domo, ex eodemq; Muſæo paulò antè progreſſi, tantis eſſent publicis honoribus, ac titulis apud Hiſpanos, exteraſq; gentes inſigniti, nequaquàm erubeſcebã vel animum contra propriæ ſententiæ iudicium demittere, quippe qui aſſequi non poſſem quæ hi, quibus fueram ſuffectus, omnium applauſu iam erant aſſequuti. Verùm id de me, ac de omnibus meis in re literaria conatibus latum eſt præiudicium eo die, quo ad iſtud celebratiſsimum collegium admiſſus ſum, vt nulli labori cedendum eſſe exiſtimauerim, quo poſſem voti mei compos euadere. Quo iuuẽ veſtro ſub vexillo militaturus in publicum prodire auſus iura Pontificia interpretandi munus conſequutus iuris vtriuſque ſtudio diuturnam operam dedi, non ſanè vt auram popularem captarem, aliquámve compararem mihi ſpectationem, ſed vt veſtræ, quam de me conceptiſtis, opinioni reſponderem, non equidem ignarus quantum oneris, ac periculi ſubirem ipſe, qui tamen ſub vmbra, & inclytæ domus patrocinio quiduis audendum, ac tentandum mihi conſtitueram. Eodem profectò animo aliquot laborum meorum primitias, Commentarios quidem in titulum de teſtamentis, & in quartũ librum Decretalium

cretalium nondum à vobis emãcipatus edere conatus sum: tametsi tractatum de Sententia excommunicationis publicè prælegeram, quem iterum repetens nec prælo committere decreueram illud veritus, ne, quæ passim apud Summarum authores legi poterant facillimè, essent ordinaria relectione repetenda. Cæterùm rem istam maturiùs excogitanti mihi in mentem subijt, quam ieiunè multa de ecclesiasticis censuris à nostris veram, ac propriam earum radicem omittentibus tractarentur: quamq; foret vtile partim ex Theologis, partim ex veteribus iuris Pontificij professoribus, excommunicationis originem, eius effectus, ac denique propriam, ac genuinam cognitionem altiùs exponere, vt quæ vulgò exposita fuêre hoc in tractatu, adamussim possent faciliùs examinari. Multa enim fateor sese mihi obtulisse, in quibus multò maiorem diligentiam, ac operam impendere verè cupiebam, ne non huius insignis materiæ dignitati satisfacerem: eam tamen operam nos huic negotio præstitisse certò scio, quam alioqui multis negotijs impediti præstare absque vlla desidia potuimus. Hos verò cõmẽtarios, quos in egregiã cõstitutionẽ ca. Alma mater. olim sub vestra tutela elaborauimus, vestro humanissimo iudicio, ac censuræ castigandos supplices exhibemus: vobis ipsis, quibus me ipsum iam diu obtuli, ac fouendum dedi, quo tutiùs in publicum exeant, nuncupamus. Labores igitur nostros, quos longè amplori voluntate, quàm facultate perfecimus, æquo animo, quo & vobis à me dicantur, suscipite viri candidissimi, quos veræ virtutis amore ad studia egregiè conciliauit, & sub eodem signo militiæ literariæ operam daturos coniunxit. Deus optimus maximus humani generis Saluator pientissimus, vestris omnibus & consilijs, & factis adsit, illisq; ita prosperum, ac felicem in Christo Iesu euentũ largiatur, vt Christianæ reipublicæ literis, & industria iuxta præsulis laudatissimi votum exhibere ministerium valeatis, æternæ beatitudinis participes futuri. Valete. E Grana ta, mense Martio, Anno Domini. M. D. LIIII.

INDEX RERVM MAXIME NOTABILIVM QVAE IN HOC OPERE TRACTANTVR.

*

CVIVS

A primam paginam, b verò Secundam denotat.

A

ABsolutio est necessaria ab excommunicatione iniusta. fol. 60. b. colum. 2.

Absolutio necessaria est ab excommunicatione, quæ lata fuit ad tempus tacitum vel expressum. fo. 95. b. col. 1. & 2.

Absolutio ab excõicatione an possit ferri sub cõditione & ad reincidendum. fol. 96. a. col. 1.

Absolutio præstita absq; iuris canonici forma et solennitate valet. fol. 96. b. col. 2.

Absolutio in mortis articulo latè expenditur. fo. 98. a. col. 1. & 2.

Absolutio ab excõmunicatione an possit dari ab eo qui presbyter non est. fo. 100. a. col. 1.

Absolutio ab excõmunicatione Sacramẽtatis nõ est, cõtra cõm. doct. in. 4. sent. fo. 100. b. co. 1.

Absolutio ab excõmunicatione qualiter sit danda & quibus præmissis. fo. 101. a. col. 1. et seq.

Absolutionis forma. fo. 102. b. co. 2.

Absolutio ex falsa causa obtenta nulla est. folio. 103. b. co. 2.

Absolutio ab excõmunicatione obtẽta in foro cõ scientiæ ex potestate Iubilæi aut bullarũ an habeat vim in foro exteriori. fo. 106. b. colum. 1. & sequen.

Absolutionem simplicem petens an videatur fateri se excõmunicatum esse. fo. 107. b. co. 1.

Absolutio simplex differt ab ea quæ datur ad cautelam. fo. 107. a. co. 2.

Absolutionis appellatione in dubio de simplici est intelligendum. fo. 108. a. col. 2.

Absolutio ab excommunicatione à quo possit cõcedi. fo. 108. b. col. 2.

Absolutio ab excõmunicatione iuris & canonis ab epo regulãter dari potest. 109. b. co. 1. et. 2.

Absolutio ab excõmunicatione minori pertinet etiam ad sacerdotẽ parrochialẽ. fo. 111. a. co. 1

Absolutio ad cautelã qñ cõcedit. f. 111. b. co. 2.

Absolutio ad cautelam à quo iudice dari possit. fo. 112. b. col. 1. & sequen.

Absolutio ad cautelam extraordinaria est et à regulis iuris pontificij aliena. fo. 16. col. 2.

Absolutus in animæ iudicio etiam pœnitẽtia peracta, potest in exteriori foro accusari, & puniri. fo. 106. b. col. 2.

Ακοινώνητ & fo. 2. b. col. 2.

Actuum frequentia & iteratio est quidam contemptus. 59. b. col. 2.

Actus quilibet peccati mortalis charitati contrarius est. fol. 3. b. col. 2.

Actus charitatis dupl'r cõsiderat. f. 40. b. col. 2.

Aduentus regis in aliquam ciuitatem interdictũ suspendit. 137. a. co. 1.

Αφορίζω quid. fol. 2. b. col. 2.

Aliud est quid fieri à contemnente & à contemptu. fo. 59. b. col. 1.

Alma substantiuè & adiectiuè quid significet. fo. 113. b. col. 1.

Anathema quid sit et huius dictionis deductio latissima. fo. 68. a. col. 1. & 2. & sequent.

Anathema frequenter pro maiori excommunicatione accipitur. ibîdem.

Ανα θήματα quæ dicantur. 69. a. col. 2.

Animus & voluntas distingunt delicta. fol. 83. a. colum. 1.

B

BAldus scribit principem esse animal rationale politicon & mortale. fo. 10. a. col. 1.

Baptisma rectè potest suscipi ab hæretico et excõmunicato

municato neceſsitatis tempore.fo.53.b.col.1.
Bart.opinio refutata, aſſerentis eum qui in ſciens ſacra furatur, ſacrilegium non committere.f. 89.a.col.2.
Beneficiū cōferri pōt tāquā ipſo iure vacans ante declarationem excōmunicationis.19.b.col.2.
Beneficij permutatio facta per excommunicatum inualida eſt.56.a.col.2.
Bernardus & Auguſtinus conciliantur.fol.33. b.colum.1.

C

CEſſatio à diuinis quid ſit & an ſuſpendatur per appellationē ſequentem.fo.123.a.co.1.
Charitas quid.fo.3.a.co.2.
Clauſula motu proprio, an efficiat validam collationem beneficij factam excommunicato.fol. 55.b.col.2.& ſequen.
Clericus in peccato mortali dicēs horas canonicas ſatisfacit præcepto eccliæ.fo.42.b.col.2.
Citatio illegitima cū notitia ſubſequuta ita ligat ſicut citatio ab initio legitima.fol.74.b.co.1.
Circunſtantia temporis feſti an ſit neceſſario confitenda.fo.52.b.co.2.
Circunſtantia temporis feſti an ſit neceſſario cōfitenda.fo.42.b.col.2.
Concupiſcentia carnis eſt peccati originalis pœna 84.b.colum.1.
Cōfeſsio ſacramētalis nō eſt iterāda.f.40.a.co.2.
Cōfeſsio ſacramentalis eſt ad ſalutē neceſsaria iureq; diuino inſtituta.fo.10.a.col.2.
Cōfeſsio ſacramētalis ſic inſtituta eſt a Chriſto vt nullum ei tēpus certum definierit.10.a.col.2.
Confiteri tenetur qui eſt in periculo mortis & qui venit ad euchariſtiæ ſacramentum.f.11.a.colum.1.&.2.
Communicans cum excommunicato tantum venialiter peccat.fo.25.a.colum.1.
Communicans cum excōmunicato in quibus caſibus peccat mortaliter.ibid.col.2.
Communicans cum excōmunicato metu vel neceſsitate, an excuſetur à metu & pœna iuris.folio.26.a.col.2.
Communicatio cū excōicatis etiā per epiſtolā aut nūtium.prohibita eſt.fo.14.a.co.2.& ſeq.
Cōmunicans cum excōmunicato, regulariter minori excōmunicatione quādoq; maiori à iure afficitur.fo.23.a.&.b.
Communio notat quandam rebus ſermone vel beneficijs, ac iuribus ſocietatem.fo.2.b.colum.1.
Cōmunio cū excōicatis prohibita eſt non tantū iure humano: ſed diuino.fo.8.a.col.2.
Cōmunio cū excōicato ad eius ſpiritualem ſalutē iure permittitur.fo.13.b.col.2.
Cōio inter Chriſtifideles triplex eſt.fo.3.a.col.1.
Collatio beneficij facta excommunicato, eſt nulla ipſo iure: & idem de electione & præſentatione.fo.55.a.col.2.
Conſuetudo confitendi ab initio eccleſiæ ſeruata eſt teſte Sozomeno.fo.11.a.col.2.
Conſenſui nihil magis aduerſatur, quam error.folio.84.a.col.1.
Conuerſi qui dicantur.128.b.co.1.
Corinthius ille apud Paulū quomodo traditus eſt Sathanæ.fo.5.a.co.1.&.2.
Corrigitur diſtinctio tex.ī.c. cū nō ab homine de ſen.excom.per conſt. Baſ.Syno.fo.18.a.co.2.
Contractus factus cum excommunicato validus eſt.fo.13.b.colum.1.&.2.
Contemptus quis verè dicatur vt culpam mortalem efficiat.fo.59.a.co.1.
Contemptus nō eſt vbi quid fit propter irā vel cōcupiſcentiam.fo.59.a.col.2.
Contumacia quælibet etiam in re leui contingens digna eſt excommunicatione.fo.72.a.co.2.
Contumacia an ſit delictum.73.a.col.1.
Contumacia non ſemper procedit ex contemptu. fo.73.a.col.2.

D

DIis & parētibus non poſſumus reddere æquale.fo.32.a.col.1.
Deus debet nobis vitam æternam nō ex operibus noſtris ſed ex promiſsione.fo.32.b.col.2.
Diſtinctio dantis operam rei licitæ vel illicitæ an ſit admittenda vbi adeſt ignorantia probabilis & iuſta.91.b.co.1.
Differentia inter articulum mortis et periculum mortis.fo.99.a.col.1.

Donatiſtarum

Donatistarum error asserentiũ manifestos peccatores non pertinere ad ecclesiam, nec esse intra eam, fo. 4. b. col. 2.

Durandi opinio refutata per Domi. à Soto. fol. 41. b. col. 2.

E

ELectio facta ad beneficium etiam ex ignorantia excommunicationis nulla est. fol. 66. b. colum. 1.

Episcopus potest dispensare cum eo qui obtinuit beneficium eo tempore quo erat excommunitus, fo. 62. a. col. 1. & 2.

Episcopus potest absoluere excommunicatum à prælato inferiori, fo. 108. b. col. 2.

Episcopus non potest communicare cum excommunicato etiam à se ipso ante solennem absolutionem. fo. 14. b. co. 2.

Episcopis solis est ius & potestas anathematizandi, fo. 68. a. col. 2.

Episcopus tempore interdicti ordines maiores celebrans irregularis est. fol. 130. a. col. 1.

Error Canonistarum qui sequuti glos. in summa de pœnitenti. dist. 5. dixerunt confessionem sacramentalem quæ fit sacerdoti, iure humano esse institutam, fol. 10. b. col. 2.

Errores Vviclef renouati per M. Lutherum. fol. 6. a. col. 2.

Error doctorum negantium quem inscium & ignarum posse puniri pœna legis vel statuti. fo. 83. a. colum. 2.

Excommunicatio in genere definitur, traditurq; huius dictionis origo & significatio, fol. 2. a. colum. 1. & 2.

Excommunicatio maior definitur. fo. 3. b. col. 1.

Excommunicatio minor quid sit exponitur, fol. ibîdem.

Excommunicatio impropria quid, ibîd. col. 2.

Excommunicatio maior plus nocet excommunicato: quàm ipsum peccatum mortale propter quod excommunicatur, fol. 4. a. col. 1. & 2.

Excommunicatio alio modo separat hominem à Christo, alio vero peccatum. ibî. b. co. 1.

Excommmunicatio non est tantùm pœna externa aduersus Lutherum. fo. 5. b. col. 1. & 2.

Excommunicatio maior quòd habeat effectum aliquem, quoad interiora animæ probatur. fol. 6. b. col. 1.

Excommunicatio fide, spe, & charitate neminem priuare potest, fol. 6. b. col. 2.

Excommunicatio lata in communicantes cum excommunicato non præmissis iuris monitionibus est nulla ipso iure, fo. 24. b. col. 1. & 2.

Excommunicatio lata absq; trina monitione nõ est nulla sed iniusta, fo. 76. a. col. 1.

Excõmunicatio lata à iudice delegato, cui in mãdatis traditus est trinæ monitionis ordo, an sit nulla, fol. 76. a. col. 2.

Excommunicatio ferri quando potest pro futuris culpis, fo. 77. a. col. 2. & b. col. 1. & 2.

Excommunicatio lata à iure differt ab ea quæ sententia iudicis lata est, fo. 78. a. col. 1. & 2.

Excommunicatio an ferri potest sub conditione, si intra certum diem non satisfecerit, fol. 79. a. col. 2.

Excommunicatio conditionalis an retrahatur ad diem, quo lata fuit, fo. 81. a. col. 2. & seq.

Excommunicatio lata post appellationem minimè habet effectum, ibîd.

Excommunicatio nusquam afficit nec ligat ignorantes, ibîd. b. col. 2.

Excommunicatio iuris & hominis distinguntur, fo. 82. a. col. 1.

Excommunicatio lata ex falsa causa valida est & absolutione indiget, fo. 104. col. 2.

Excommunicatio falsa ex causa quæ sit, fo. 104. b. col. 1. & 2.

Excommunicatio nulla vel iniusta nullum sortitur effectum, fo. 57. b. col. 1. & 2.

Excommunicare, id est, à communione separare, fo. 2. b. col. 2.

Excommunicare quis possit, fo. 93. b. co. 1. & 2.

Excommunicatio quibus ex causis dicitur medicinalis aduersus Lutherum, fo. 6. b. col. 2. num. 9. per totum.

Excommunicationis finis, fo. 7. a. col. 1.

Excõmunicatio an sit ferenda, vbi verosimiliter peccatori pœnitẽtiæ vtilitatem allatura, nõ est

fol.7.b.col.2.nu.10. per tot.
Excommunicatio probatur per denuntiationem vel per literas denuntiatorias, fol.21.b. colũ. 2.& sequen.
Excommunicatio maior qua suffragiorum communione aliquem priuet, fol.47. b. colum. 2. & sequen.
Excommunicatio quanquàm iniusta cõtemnenda non est, fo.58.b.col. 2.
Excommunicatio in dubio de maiori est intelligenda, fo.67.a.col.1.
Excommunicatio ferenda non est nisi pro graui culpa quæ mortalis sit, fol.71.b. colum. 1.&.2.
Excommunicatus bene potest acceptare beneficium ecclesiasticum, fol.57.a.colum.1.&.2
Excommunicatus iniustè non est priuatus generalibus suffragijs ecclesiæ, fo.58.a.col.2.
Excõmunicatus maiori excommunicatione celebrans irregularis est & inibi de celebrante coram excommunicato, qui authoritatem præstat celebrationi, fo.54.a.col.2.& sequẽ. per tot.nu.9.
Excommunicatus iure veteri, statim vitandus erat: occultus quidem occultè, publicus verò publicè, fo.14.b.col.2.
Excommunicatus semel præsumitur in eadem excõmunicatione manere, donec appareat de absolutione, fo.17.a.col.1.
Excommunicatus nominatim quis dicatur, f. 18.b.col.2.& seq.
Excommunicatus in vna prouincia vbique est vitandus, fo.22.b.col.2.& seq.
Excommunicatus potest & tenetur dicere horas canonicas, fo.25.b.col.2.
Excommunicatus an sit pœnitentiæ minister in articulo mortis existenti, fol.53.b. colum. 2.&.2.
Excommunicatus mi.excommunic. peccat celebrando diuina officia, fo.66.a.col.1.
Excommunicatus min.excommu. non potest eligi ad eccclesiasticum beneficium, fol.66. colum.1.
Excommunicatus qua ratione anathema dicitur, fo.69.b. col.2.
Excommunicatus in vita post mortẽ potest absolui, fo.97. b.col.2.
Excommunicatus pluribus excommunicationibus, quo modo possit ab omnibus absolui, fol. 103.a.col.1.
Excommunicatus sacramenta ecclesiæ vel conferens vel suscipiens peccat mortaliter, fo.49. a.col.2.
Excõmunicatus ex constitutione Basilienſi nullã consequitur vtilitatem: idcircò tenetur ipse à communione abstinere, & vitare alios etiã ante denuntiationem, fol.20.b.col.1.&. 2.
Excommunicatus iniustè obligatur etiam in foro conscientiæ à diuinis sibi interdictis abstinere, fo.61.b.col.1.
Excommunicatus non potest beneficium conferre nec eligere nec præsentare, fol. 62. b. colum.2.
Excõmunicatus per annum persistens in excommunicatione qua pœna sit puniendus, fol. 63. b.col.1.&.2.
Excommunicatus minori excommunicatione etiam si celebret non est irregularis, fol.65. b. colum.2.
Existens in peccato mortali eligi potest ad ecclesiasticum beneficium, fol.66.b. col.2.
Existens in peccato mortali, & extra charitatẽ an possit aliquod præceptum Dei vel ecclesiæ implere, fo.42.a. col.1.
Eucharistiæ sacramentum an possit ministrari fœminis prægnantibus tempore interdicti, fo. 129.b.col.2.
Eucharistiæ festiuitas vsque in octauam diem interdictum suspendit, fo.136.a.col.1.

F

FAma excommunicationis sufficit ad vitandum excommunicatum, fol. 15.a. colum. 2.& seq.
Festiuitates quæ suspendunt interdictum, fol. 136.a.col. 1.
Festiuitatum tempore quæ suspendunt interdictum

Num an liceat sepelire mortuos in ecclesia. nuptias benedicere, Sacramenta eucharistiæ ministrare, fontẽ baptismatis benedicere, virgines aquam, vestes, &c. fo. 137. b. co. 1. & .2

Fides vera per mortale crimen nõ amittitur, cũ ea possit apud aliquem esse sine charitate. fo. 4. b. colum. 2.

Fœmina ratione dignitatis ecclesiasticæ nullam potest exercere iurisdictionem quæ ad claues spectet. fol. 94. b. col. 2.

Forma expediendi literas in foro conscientiæ. fol. 107. a. colum. 1.

G

Glossa in cap. quod quidam, de pœn. & remis. falsa esse ostenditur. fo. 38. col. 1 & .2.

Glossa in capi. quodcunq; .24. q. 1. omnino falsa est & reprobatur. fo. 6. b. col. 1.

Gratia generaliter dicitur quodcunq; donũ quod non debetur suscipienti, sed voluntate donatur. fol. 29. b. colum. 2.

Gratia gratis data, auxilium speciale Dei & gratia gratificans qualiter distinguantur. fol. 30. a. colum. 1. & .2.

Gratiã primã alteri mereri nihil aliud est quã deprecari à deo bonũ motũ alterius. f. 29. b. co. 1.

Gratiam gratis datam nemo meretur sed illa antecedit omne meritum. ibi. col. 2.

H

Hæresis quando præsumitur. fol. 64. a. colum. 1. & .2.

Homo non potest aliquid velle boni nisi adiuuetur ab eo qui non potest velle malum. fol. 31. a. colum. 2.

Homicidij pœna vt quis puniatur non est necessaria occisi specialis scientia. fo. 90. a. col. 1.

Horæ canonicæ vim habent ex opere operato. fo. 45. a. colum. 2.

Horæ canonicæ à quocunque dictæ ecclesiæ nomine dictæ censentur. fo. 46. a. col. 2.

Hospitalia habent huius Capit. priuilegium sicut ecclesiæ et monasteria. fo. 131. b. co. 2.

I

Iacob dormiens cum Lya non dicitur commisisse fornicationem. fo. 93. a. col. 1.

Ieiunium, eleemosynæ & cætera huiusmodi, extra charitatem facta nequaquam satisfaciunt ex rigore iustitiæ, etiamsi accedat postmodum charitas. fol. 36. b. colum. 1.

Ignorantia pœnæ non efficit quem ab ea liberum fol. 83. a. colum. 2.

Ignorantia iusta qualitatis excusat ab peccato quod ratione illius alioquin cõtrahitur. fo. 88. a. co. 1. & .2. & tot. nume. 13.

Ignorantia percutiens clericum etiam incidit in excõmunicationem canonis. fo. 90. b. co. 2.

Ignorantia contingẽs in eo à quo tota malitia actus pendet excusat omnino à peccato. fol. 89. b. colum. 1.

Ignorantia crassa non omnino excusat à peccato fo. 92. b. colum. 2.

Ignorãtia constitutionis excommunicatis pro actu alioquin damnato an excuset quem ab excommunicatione. fol. 82. b. colum. 2.

Ignorantia excommunicationis an constituat excõmunicatum capacem beneficij. fo. 66. b. c. 2.

Ignorantia iusta qua ratione excuset à peccato & eius pœna. fo. 86. b. colum. 2.

Inobedientia tunc propriè est peccatum cum præceptum contemnitur. fo. 72. b. col. 2.

Infantes populo interdicto an admitti possunt ad diuina officia. fo. 132. b. co. 2.

In quibus causis permittitur communicatio cum excommunicato. fol. 27. b. colum. 1. & .2.

Impetratio literarum ad beneficia obtenta ab excõmunicato est nulla. fo. 56. b. colum. 2.

Interdictum ecclesiasticum decernitur in locum vel plebem ob vnius culpam. fo. 107. b. colum na. 1. & .2.

Interdictum ecclesiasticum an possit ferri ob debitum pecuniarium. fo. 118. a. co. 1.

Interdicta ciuitate an suburbia interdicta veniant. folio. 120. a. columna. 2.

Interdicto clero censentur interdicti religiosi & religiosæ, ibid.
Interdicta cathedrali ecclesia censentur interdicti canonici, ibid.
Interdictum ecclesiasticum propter quas causas fertur in ciuitatem, castrum &c. fol. 118. a. colum. 2.
Interdictum ecclesiasticum quoddam generale est, quoddam speciale, fo. 122. a. col. 2.
Interdictum quid differat ab excommunicatione, fo. 122. b. col. 2.
Interdictum ecclesiasticum an suspendi possit, fo. 125. a. col. 2.
Interdictum ecclesiasticum an possit ad cautelã remitti, fo. 125. b. col. 2.
Interdictum & cessationem à diuinis quis possit decernere, fo. 126. a. co. 1.
Interdicti tempore quæ erant olim concessa, fol. 126. a. co. 2.
Interdictum particulare non admittit huius cap. formam in celebrãdis officijs diuinis, fol. 131. b. col. 1.
Interdictum maius vinculum habet quàm cessatio à diuinis, fo. 134. a. co. 2.
Interdictum quid sit, fa. 115. b. co. 2.
Interdictum ecclesiasticum qualiter definiri possit, fo. 116. a. col. 2.
Interdictus ab ingressu ecclesiæ quid agere possit & quæ sunt ei vetita. fol. 116. b. co. 1.
Irregularis non est qui tempore cessationis à diuinis celebrat officia diuina, fo. 123. b. col. 1.
Irregularis ex quibus actibus quis efficiatur tempore interdicti, fo. 124. a. col. 1.
Irregularis est qui tempore interdicti recipit ordines, fo. 130. b. co. 1.
Irregulari conferri non potest beneficium, fol. 55. b. col. 1.
Irregularitas an contrahatur, si non seruentur in celebrandis officijs diuinis omnia quorum fit mentio in hoc cap. fo. 133. a. co. 2.
Iudex delegatus excommunicationis censura vti potest, fo. 94. b. co. 2.
Iudex occultè excommunicatus excommunicare potest, fo. 95. a. col.
Iudex delegatus non potest absoluere ad cautelam, fol. 112. b. colum. 1.
Iustitia quid sit? fol. 34. a. colum. 2.

L

Laicus excommunicare non potest, fol. 95. a. colum. 1.
Laicum quis percutiens quem putabat esse clericum an incurrit excommunicationem, fo. 91. a. colum. 1.
Laicus in mortis articulo potest absoluere ab excommunicatione, fo. 99. a. col. 2.
Lex lata in aliqua prouincia obligat non tantùm eo tempore subditos, sed & eos qui futuris temporibus dum lex ipsa vim habuerit subditi fuerint, fo. 78. a. col. 1.
Leges veteres etiam quæ iustissimè fuerunt conditæ, mutari possunt in optima repub. fo. 113. b. col. 2.
Lex non esse videtur quæ iniusta est, fol. 114. a. colum. 1.
Legislator similis est medico & gubernatori nauis. fo. 114. b. co. 1.
Lex eadem humana non omnibus communitatibus & ciuitatibus conuenit, fo. 115. a. co. 1.
Liberum arbitriũ generali concursu naturæ per se manet in malum, in bonum autem gratiæ Dei mouente, fo. 31. b. col. 1.
Liberatio præmittit obligationem, fol. 108. a. colum. 1.
Lutherus contendit falsò concupiscentiam carnis esse verè culpam morteq; æterna dignam, fol. 85. a. colum. 2.

M

Maranatha apud Paulum. 1. ad Corinh. cap. 16. quid sit? fol. 68. b. col. 2.
Matrimonium quo ad eius contractum simplicẽ prohibitum non est tempore nec in loco interdicto, fo. 127. b. co. 2.
Maritus an possit cõmunicare cum vxore excommunicata, fo. 13. a. col. 1. & 2.

Meritum opus est dei & nostrum: dei mouentis, nostrum cooperantium.fol. 29.a.colũ. 1.
Meritum est opus quo quis mercede dignus.fol. 31.b.col.2.
Meritum condigni distinguitur.fol.32.b.col.1. &.2.
Meritum condigni propriè & immediatè procedit à gratiacooperante.fol.33.a.col.2.
Meritum condigni personam operantis nõ excedit.fol.34.a.col.2.
Miſsarum ſolennia quænam ſint permiſsa tempore interdicti.fol.132.a.col.1.
Miſſarum ſolennia an ſint audiẽda à notorio fornicatore & concubinario.fo.20.a. colum. 2. & ſequenti.
Miſſæ ſacrificium eſt primum omnium ſuffragiorum potiſsimi valoris.fo.45.b.colum.2.
Miſſa qua ex parte ſacrificium eſt & alia ſuffragia maioris ſunt valoris ſi fiãt à bono miniſtro quam à malo.ibidem.
Monaſteria appellatione eccleſiarum continentur.fol.131.b.col.2.
Monitio & citatio neceſſaria eſt ad excommunicationem ferendam,eaq; perſonalis eſſe debet. fol.74.a. colum.1.&.2.
Monitio ad excommunitionem ferẽdã debet eſſe trina.fo.74.b.col.1.&.75.a.col.1.
Monitio trina ad excommunicationem etiam in notorijs neceſſaria eſt.fol.75.b.col.1.
Mors quomodo charitati aduerſa.fol.4.a.co.1.

N

NEmo poteſt alteri nec ſibi ex bonis operibus primam gratiam ex condigno mereri.fo. 28.b.col.2.
Nemo poteſt ſolis viribus,naturalibus abſque ſpeciali dei auxilio ea efficere quæ ſunt ad iuſtificationem neceſſaria:et tamẽ cum hoc extat liberum arbi.fol.30.b.col.2.&ſeq.
Nulla eſt obligatio dei propter noſtra opera vtcunque ſanctiſsima.fo.32.a.co.2.
Nullus poteſt quidquam alteri ex condigno mereri.fol.34.a.col.1.

O

OBligatio naturalis ex delictis à conſenſu delinquentis non oritur.fol.84.a.colum.1.
Oblati & conuerſi qualiter differunt.fol.128. b.col.1.&.2.
Occidens Sempronium errore quodam putãs eſſe Titium damnandus eſt.l.Cornelia de ſicar. fol.89.b.col.2.
Opera bona facta extra charitatem quandoque vtilia ſunt.fol.38.a.col.2.
Opera habentia valorẽ ex opere operato quæ ſint fol.44.a.col.2.&ſeq.
Opera extra charitatem facta etiam iniuncta in pœnitentiam ſacramentalem nõ ſunt de iuſtitia ſatisfactoria etiam accedente charitate. fol.37.a.col.2.&ſeq.
Opera facta in charitate & per peccatum mortificata,charitate accedente priorem effectum recipiunt.fol.37.b.col.2.&ſequen.
Opera bona iuſti meritoria ſunt ex condigno vitæ æternæ.fo.31.b.col.1.&.2.
Opera bona iuſtorum dupliciter conſiderantur. fol.32.a.col.2.
Opera extra charitatem facta minimè ſunt apud deum de lege iuſtitiæ ſatisfactoria. fol.35.a. col.2.&ſeq.
Opera mortua non poſsunt per charitatem fieri viua.fo.36.a.col.1.
Opera extra charitatem facta non ſunt ex rigore iuſtitiæ ſatisfactoria.fol.36.b.col.2.
Operis huius diuiſio bipartita.fol.1.b.
Opinio Caietani de operibus ſacramentalibus refutatur.fo.37.a.col.1.&.2.
Opus nullum procedens ex lib.arbitrio poteſt eſſe meritum ſine virtute & gratia dei. fol.28.b. colum.2.
Ordinis ſacramentum non poteſt celebrari tempore interdicti, etiam ianuis clauſis & etiam in ſpiritualibus feſtiuitatibus.fol.130.a.co.1
Oratio Dominica,horæ canonicæ ab eccleſia inſtitutæ,meliores et gratiores ſunt deo,quã cæteræ orationes.fo.46.a.col.1.&.2.
Orare an poſsit aliquis pro excõmunicato maiori excommunicatione: & quid pro mortali peccatore.

catore.fo.48.b.col.1.&.2.

P

PAnormitanus deceptus in etimologia dictionis anathema.fol.70.b.colum.2.

Peccatum ueniale fit per consuetudinem mortale.fol.60.a.col.1.

Peccatum an possit contingere per ignorantiam & an iustè puniatur.fo. 93.a.col.2.& seq.

Peccatum absq; voluntate esse non potest.fo.93.a.colum.2.

Peccatum mortale est, & dicitur excommunicatio.fol.3.b.col.2.

Peccatum mortale non est sine confessione ad eucharistiam accedere si homo aliâs sit contritus vt volunt Caietanus.Palu. Adria. & Panor. fol.12.a.col.2.

Peccator etiam mortalis criminis reus sub generalibus ecclesiæ suffragijs pro membris eius institutis comprehenditur.fol.48.a.colum.2.

Pœnitẽtiæ sacramentum non tantum ægrotis sed & sanis tempore interdicti poterit ministrari. fol.129.b.col.1.

Potest quis alteri ex congruo à dei liberalitate impetrare bona temporalia, augmentum gratiæ & quandoq; primam gratiam.fol.43.b.co.2.

Potest quis pro alio de rigore iustitiæ satisfacere pro pena temporaria modo vterq; sit in charitate fol.34.b.co.1.&.2.& fo.94.b.col.1.

Præceptum,non concupisces,non prohibet carnis concupiscentiam.fol.85.a.col.2.

Præceptum diuinum vel humanum regulariter seruatur per opera extra charitatem facta ad hunc effectum ne quis nouam violati præcepti culpam contrahat.fo.40.b. co.1.et.2.

Prælati Ecclesiæ habent ab ipso Christo potestatẽ excõmunicandi.fo.5.b.co.2.

Princeps an teneatur seruare leges humanas vel sit ab eis solutus?fol.9.b.col.1.

Paruuli absq; baptismo decedẽtes per fidem parẽtum minimè iustificantur à peccato originali. fol.126.a.col.2.in fin.

Paruuli in vtero matris baptizari non possunt. ibîdem.b.colum.1.

Q

QVibus in casibus licet communicare cum excommunicatis. 13.a.col.1.&.2.

Qui cum excommunicatis communicat excommunicationi subiacet.fo.8.b.col.1.

Quis tenetur iure diuino ad confessionem ratione periculi carendi confessore: quem nunc habet. fo.12.a.col.2.

Quomodo traduntur peccatores in interitum carnis.fol.6.a.col.1.

Quorum retinueritis peccata retenta erunt, explicatur.fo.6.a.col.1.

Quoties agetur in dubio an excommunicatio præcesserit appellationem vel eam sequuta fuerit, præsumendum est excõmunicationem præcessisse.fo.16.a.col.2.

R

RAtio vera omnium legum moderatrix.fol. 27.a.col.2.

Romanus Pontifex an possit dispensare aut permittere quod cõmunicet quis cum excommunicato?fol.8.b.col.2.nu.2.per tot.

Romanus Pontifex licet ius diuinum interpretari possit:nulla tamen ex causa tollere potest.fo. 9.a.colum.1.

Romanus Pontifex an possit licitè absque peccato cõmunicare cum excõicatis.fo.9.a.col.2.

Romanus Pontifex tenetur semel in anno confiteri sacerdoti.fo.10.a.colum.1.&.2.

Romanus Pontifex non potest committere laico potestatẽ absoluendi a peccatis.fo. 99.a.col.2.

Romæ appellatione quid intelligatur.fol. 121.a. colum.1.

S

SAcramentum eucharistiæ poterit tẽpore interdicti ministrari dãnatis ad mortem.folio. 129.b.colum.2.

Sacramenta non sunt conferenda excommunicatis etiam ante denuntiationem.fol.21.b.co.1.

Sacramenta opera sunt solius dei diuinitus instituta.fol.37.b.co.1.

Sacramentum pœnitentiæ an sicut baptismus receden

cedente fictione sortiatur suum effectū et quid de alijs sacramentis.fol.39.a.col.1.&.2.

Sacramenta ecclesiæ vim habent ex opere operato propter Christi institutionē.fo.45.a.co.2.

Sacrificium missæ vnde effectum accipit. fo.44. b.colum.1.&.2.

Sacramentū ordinis susceptū vel collatum ab excommunicato quem effectum habeat. fol. 50. a.colum.1.

Sacramētum pœnitentiæ: ab excommunicato susceptū vel ministratum an teneat vel sit iterādum.fol.51.a.col.2.nu.7.per tot.

Sacramentum pœnitentiæ non pertinet ad remittendum vinculum contractum ex iudicis exterioris sententia.fol.100.b.colum.2.

Sacerdos parrochialis an posſit absoluere ab excommunicatione maiori lata.à iure. fol. 110. b.colum.1.

Sacerdos ratione iubilæi & bullarum apostolicarum aliquem absoluens censetur etiam eum absoluisse à peccato oblito cuius causa erat excommunicatus.fol.102.a.col.1.& sequen.

Sacerdos ad confessionem electus virtute bullarū et iubilæi an posſit absoluere pœnitentē ab excommunicatione contracta ex crimine hæresis.105.b.colum.1.

Sententia declaratoria an sit necessaria in notorijs excōicatis.fol.19.a.col.2.& sequen.

Societas communio dicitur apud iurisconsultos. fol.2.b.colum.1.

Statutum alicuius prouinciæ minimè ligat ignorantes.fol.82.b.colum.1.

Subditus statuentis delinquens extra territoriū an ligetur excōicatione.fol.78.b.colū.1.et.2.

Suffragiorum & orationum triplex valor constituitur.fol.44.a.colum.1.

Suffragia,orationes et sacrificia quo ad effectum operis operantis dupliciter cōsiderantur.f.45. b.colum.1.

Suffragium factū pro multis non ita cuilibet prodest ac si pro eo tantùm foret ministratum.fo. 46.b.colum.1.

Suffragia per viuos exhibita etiā prosunt existentibus in purgatorio.fo.47.a. colum.1.

Suffragiorum communio dupliciter cōsideratur. 47.b.colum.1.

T

TEmplariorum priuilegium.fol.128.a.co.1.

Tempus quo tenemur ad confitendum.folio. 11.b.colum.2.

Theta signum quid significet.fo.71.a.col.1.

V

VAlor suffragiorum publicorum & priuatorum vnde procedat, quoad vim operis operantis.fol.46.b.col.2.

Virtus circa voluptates & dolores versatur. fol. 7.b.colum.2.

Vnctio extrema quid sit.fol.127.a.colum.2.

Vnicuique reddetur secundum opera sua,quomodo intelligatur.fol.29.a.colum.2.

Vnusquisque prauus quid agendum sit ignorat et à quibus abstinendum,fol.93.b.col.2.

Vrbis appellatione quid contineatur, fo.120.b. colum.2.

Vsus forensis quo fertur excommunicatio conditionalis defenditur.fo.80.b.colum.1.&.2.

Vrbis appellatione,nomine adiectiue expressō,nō continentur suburbia.fo.121.b.colum.1.

FINIS.

LOCA QVAE EX IV-RE COMMVNI ET REGIO IN HOC OPERE EXPLICANTVR NOTABILIVS.

Ex Iure Regio.



Ex.37.partit.titu.9.par.1. 24.a.colum.1.
L.32.titu.9.part.1.fol.64. a.colum.2.
L.29.tit.9.part.1.fol.103. a.colum.1.
L.6.titu.33.part.7.fo.122.a.colum.1.

Ex iure Ciuili.



Ex vlti.ff. de decret.ab ordi. fac.78.b.colum.2.& seq.
L.Si cũ seruo meo.ff.de iniurijs.89.b.colum.1
L. Respiciẽdum.§.delinquũt. ff.de pœnis.ibîd. colum.2.
L.1.ff.de leg.fo.93.a.colum.2.& sequent.

Ex iure Canonico.



Onstitutio ad euitanda scãdala Synodi Basil. sessi. 20.latissimè expenditur. fol.17.b.colum.1.&.2.
C. Pia de except. in.6. folio. 22.b.colum.2.
C.Significauit de senten. excommu.folio.23.b. colum.1.
C.Nuper &.c.si Concubinæ.de senten.excomm. fol.24.a.colum.2.
C.Sacris de ijs quæ vi met.caus.fiunt.fol.27.a.co 1.&.2.&.28.a.colum.1.
Gloßa in cap.quod quidem de pœniten.& remiß. fol.38b.colum.1.&.2.
C.Rursus.& capi.quicunque.11.q.3.fol.63.b. colum.1.
C. Cum contumacia de hæreticis. in. 6.fol.64.b. colum.1.
C. Cum non ab homine de iudicijs. fol. 70.b.colum.1.
C. Peruenit de sententia excommunic.fol. 72.a. colum.1.
C. Anobis.in.1.de senten.excommun.&.c.Romana.§.caueant eod.tit.fol.77.b.col.1.et.2.
C.1.15.q.1.fol.84.a.col.2.
C.Si vero.in.2.de senten.excommu.fol.90.a.colum.2.& sequen.
C.Si quis cum duobus.c.si quis cum matre. et capitu. vlti.34.quæstione.2.fol.92.b.col.1.
C.Si sententia hoc titul.& lib. folio. 119.a.colum.1.
C. Si ciuitas.isto titulo.folio.120.b.a. colum.1.& secunda.

IN BONIFACII OCTAVI Constitutionem vltimam, quę incipit: Alma mater. sub titulo de sent. excommunica. admodùm breues Commentarii: Doctore Didaco Couarruuias à Leyua, Cõsiliario Regio, Authore.

MVLTI SVNT, Lector Candide, iuris vtriusq; tractatus, qni tametsi eo tempore, quo publico decreto Canones, & leges ad eos pertinentes in communem vtilitatem ad morum instititutionem fuêre statutæ, vsui maximo fuerint, & vtilitati: nihilominùs ob varios prouinciarum mores, ob ita frequentẽ rerum vbiq; mutationem, sic in obliuionem, & desuetudinẽ abierunt, vt planè quisq; oleum, & operam perdidisse æquissimè iudicetur, si quæ iam diu obsoleta sunt, conetur inuita, ac renitente publica vtilitate glossematis, & Commentariis, labore quidem satis perdito illustrare. Nec profectò negauerim plurima in antiquis legibus, & canonibus passim legi, & reperiri, quæ vel necessaria sint ad recentiorum legum integram, veramq; cognitionem, vel saltem admodùm conducant, vt quisq; percipiat veteris reipublicæ statum, ad cuius speciem, & formam oportebit quandoq; & prẹsentem reformare. Verùm illud mihi penitus animo insidet, hæc tractanda fore, omninoq; memoriæ repetẽda, modò primitùs de his seriò agatur: quę humanas actiones in rectam viam dirigere, aut sanè mores hominum instituere valeant iuxta Christianam, & catholicam religionem: quod munus Theologiæ professores attinet: aut tandem, quę ad iudiciales cõtentiones sedandas, easq; iustitię tramite definiendas, contumaces animos in veram subiectionem inducẽdas potissimùm sint conducibilia. Hac de causa quandoq; ipse conatus sum aliquot à me priuatim obseruata, prælo, & typographis ea mẽte tradere, vt si quid inde lector ad iuris intellectũ, humanosq; actus discer

A nendos

nendos,& diiudicandos adnotare posset,id ei cõmodo cederet, quod semper omni conatu sum præmeditatus. Tandẽ animaduertens inter alias iuris Pontificii sanctiones,passim illas præ manibus versari, quæ ad excommunicationis, & interdicti materiam spectant, operam dedi,quò & ecclesiasticis tribunalibus interim subseruirem,vt constitutionem vltimã de sentẽ. excõmunicatio.lib.6.quadam breui Relectione lectoribus exponerem:ęquissimo animo iudicum,atq; aliorum,qui huic professioni iuris Pontificii nomen dederint, censuram subiturus.

¶Erit sanè huius Operis bipartita diuisio.Prior etenim pars de excommunicatione ea tractabit,quę fuerint ad eius,& interdicti discrimina percipiẽda satis opportuna Posterior interdicti ecclesiastici propriam vim, & huius capitis non admodùm prolixam interpretationem continebit.

Ex Prioris Partis Initio.

1 *Excommunicatio in genere definitur: traditurq; huius dictionis origo, & significatio.*
2 *Communio inter Christifideles triplex est.*
3 *Excommunicatio maior definitur.*
4 *Excõmunicatiõis minoris definitio exponit.*
5 *Peccatum mortale est & dicitur, excommunicatio.*
6 *Excommunicatio maior amplius nocet excõmunicato quàm ipsum peccatum mortale, propter quod excommunicatur.*
7 *Excommunicatio non est tantum pœna externa. & num. sequẽ. aduersus Lutherum.*
8 *Prælati ecclesiæ habent iure diuino potestatẽ excommunicandi.*
9 *Excommunicatio quibus ex causis dicatur medicinalis.*
10 *Excommunicatio an sit ferenda vbi verosimiliter non est peccatori pœnitentiæ vtilitatem allatura?*

Prior huius Operis Pars.

DE excommunicatione tractaturus, illud præfari minimè hac ī parte prætermittam, à plerisq; Theologiæ, & iuris Pontificii professoribus variè huius ecclesiasticæ censuræ definitionẽ exponi: sic sanè, vt quandoq; ea nequaquam minori excõmunicationi aptari cõmode possit: quandoq; absq; vlla distinctione vtriq; maiori, & minori excõmunicationi omnino cõueniat qd vtraq; effi cere valeat sensim exponẽs. Qua in re ipse non improbo has doctissimorũ virorum traditiones: eas etenim admodum vtiles esse censeo ad huius rei integrum, ac perfectũ examẽ, quod equidem apertissime cupiens explicare, in genere primũ excõmunicationis significationẽ, & vim, breui quadam definitione tradere non verebor, vt deinde facilius, ac distinctius propositi tractatus ambiguitatem effugiamus.

¶Est igitur excommunicatio, separatio Christiani à communione ecclesię. Nec enim hęc censura infidelibus cõuenit: cum hi foris sint:
1 nec à communione ecclesię priuari possit qui ad eam nusquam admissus fuerit. cap. ad dissoluendũ. de desponſ. impub. cap. sicut ex tuarum. de homicidio. cap. quod non. 32. q. 2. l. bouem. §. vlt. ff. de AEdilit. edict. l. nã & sub conditione. ff. de iniust. rup. & in hac specie testimoniũ est Apostoli. 1. ad Corinthios cap. 5. quid enim, inquit, mihi de his, qui foris sunt iudicare? Nonne de his, qui intus sunt vos iudicatis? ca. Gaudemus. de diuort. optimus tex. in cap. omnis Christianus. 11. q. 3. quòd verò excõmunicatio separatio sit à cõmunione ecclesię, multis constat, ex quibus id manifestũ fit. Primùm etenim quod à dño Iesu dictum est Matthęi ca. 18. si ecclesiã nõ audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. id passim ab ecclesię doctoribus ad excõmunicationẽ refertur, vt iuxta eorum opinio-

nem,quæ certissima est,is sit Ethnicus,& publicanus, qui à communione ecclesiæ segregatus existit:sicuti in eodem loco Chrysostomus scribit. Apud Paulum.1.ad Thessalonicenses cap.3.palam excommunicatio in hanc modum significatur,vt ea sit separatio à communione fideliũ.ita inquit, quod si quis non obedierit verbo nostro per epistolam,hunc notate, & non commisceamini cum illo,vt confundatur.Hoc ipsũ palam constat ex his, quæ statim,& fere in tota hac priori huius Relectionis parte tractabũtur.præsertim ab ipsamet dictionis origine.Communio etenim dictat quandam rebus,sermone,vel beneficiis, ac iuribus societatem. Cicero in oratiõe pro Cornelio Balbo: ita mihi maxime communionem beneficiorum, præmiorem ciuitatis continere videtur.cuius loci præcæteris ideo meminimus,quod is optime conueniat communioni, quæ Christifidelibus sacramentorum,suffragiorum ecclesię,& Christiani sermonis vere cõpetit. Nam & societas cõmunio dicitur apud iurisconsultum in.l.ea verò.ff. pro socio.Hinc & verbum communicare idem est,quod aliquem participem vel rerum,vel consiliorum, aut sermonis iure cõmunionis facere.cuius significationis adeo sunt obuia apud latinæ linguæ authores testimonia,vt plane necesse nõ sit, ea nunc in mediũ adducere.sit etenim satis ex his,conceptum fuisse à catholicis verbum,excõmunico, id est,à cõmunione separo,& expello:& nomẽ,excõmunicatio:quod ab initio ecclesiæ segregationẽ ab ecclesię,& fideliũ cõmunione, & consortio significat. Hoc verbo, & nomine vsi fuere Diuus Augustinus,& alii Ecclesię catholici doctores,passim quidẽ, quorum authoritates hic referre omtitã, quippe qui sæpissime sim inferius eorum vsurus testimoniis. In Canonibus Apostolorum Græcè olim editis, sed statim in latinam linguam traductis, passim probatur hęc significatio. Etenim quoties Græci canones vsui sermonis seruientes hoc vsi fuere verbo : ἀφορίζω:quod latine est,segrego, separo: quandoq; ab interprete latino veteri,& ab ipso Gregorio Haloandro, traducitur, excommunico: quandoque à communione priuo,à communione excludo : sæpe, atque frequentissime ita Canones contumacibus,& irreligiosis comminantur: ἀφορίζέσθω:& tamen vetus latinus interpres,& ipse Haloander ita interpretatur: excommunicetur:à communione priuetur: segregetur à communione : priuetur communione. Ab eisdem canonibus, excommunicatus itidem Græco sermone dicitur ἀφορισμένος: id est segregatus: separat⁹: & quandoque , ἀκοινώνητος: id est incommunicabilis : à verbo Græco κοινωνέω, communico:& priuatiua præpositione ἀ, quasi ἀκοινωνέω

sit

sit excommunico. Hæc dicta sint de dictionis origine & significatione, quo certum sit, excommunicationem esse ab initio catholicæ ecclesiæ in hoc sensu acceptam, vt separationem à cõmunione ecclesię significet. Nam & Tertullianus in lib. de præscriptione aduersus hæreticos de Marcione commemorans inquit: Post hunc discipulus ipsius emersit Martion quidam nomine Ponticus genere, episcopi filius propter stuprum cuiusdam virginis ab ecclesiæ communicatione abiectus. Idem graphice excommunicationem depinxit in Apologetico aduersus gentes capit. 39. de Christianis loquutus. corpus sumus de conscientia religionis, & disciplinæ veritate, & spei fœdere. coimus in cœtum, & aggregationem, vt ad deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantes. Et paulò post. summũ, inquit, futuri iudicii præiudiciũ est, si quis ita deliquerit, vt à cõmunicatione orationis, & conuentus, & õmnis sancti commercii relegetur. Hæc Tertullianus.

¶ Verùm illud est ad huius censuræ vim omnino præmittẽdum, vt sciamus, qua communione priuet
2 excommunicatio, triplicem esse in ecclesia catholica cõmunionem fidelium. Prima est cõmunio interior: nempe, per charitatem vnientẽ Christi membra per fidem formatam capiti Christo, & reliquis eius membris: & sic cõmunio ista procedit à Charitate, quæ est animi affectio, qua diligitur deus propter se, & proximus propter deum secũdum Augustinum in lib. de doctrina Christi. cap. 22. Magistrum sent. lib. 3. dist. 27. & ibi Thomam & alios. eundem Thomam. 2. 2. q. 23. art. 5. probaturq; Ioannis capit. 4. Hoc mandatum habenus à deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. capitulo, in scripturis. octaua, quæstione prima. de hac vnione, quæ nexu charitatis in deum indissolubilis fit, & omnes fideles, vt membra, Christo Iẽsu capiti coniungit, meminit Paulus ad Romanos cap. 12. ita, inquit, multi vnum corpus sumus in Christo. idẽ Paulus. 1. ad Corinth. ca. 12. & ad Ephesios cap. 4. Eiusdẽ cõmunionis mẽtionem fecit Psalmista, psalm. 118. particeps ego sum omnium timentium te. est etenim isthæc communio, vt cõstat, interior: seu intrinseca. Alia est communio extrinseca, quæ consistit in simul orando in ecclesia, in missarum celebrationibus, & diuinis officiis simul audiẽdis: atq; in colloquio fidelium. Tertia communio media est, interior inquam, partim & exterior: qua omnes fideles participes sumus cõmunium suffragiorũ ecclesiæ, & itidem sacramentorum. cuius mentio fit in Symbolo: dum in eo dicitur: sanctorum communionem. Hæc distinctio triplicis communionis deducitur ab his, quæ tradidere Thomas & alii in quarto

senten. distin. 18. quæstione. 2. Florenti. 3. parte. titu. 24. in princip. & Cardinal. à turre cremata in cap. si inimicus. 11. quæstione tertia, articulo. 1. Sylvester, verb. excommunicatio. 1. in principio. Caietanus secundo tomo opusculorum, in quæstione, de effectu excommunicationis. & Canonistæ in rub. de sen. excommuni. optima regia. l. prima titulo nono, parti prima. quibus præmissis facilimum erit, vim excõmunicationis maioris, & minoris, atq; item peccati mortalis satis distincte examinare.

¶Est etenim excõmunicatio maior, separatio Christiani, non tantũ
3 à communione fidelium omnino extrinseca, sed & sacramentorum, ac communi suffragiorum ecclesiæ participatione. constat siquidem maiorem excommunicationem esse segregationem Christiani à communione ecclesiæ: qua in re commune quid habet cum minori excommunicatione, & peccato mortali: atq; ideo loco generis in hac definitione diximus, maiorem excommunicationem esse Christiani à communione ecclesiæ separationem. Cætera, quæ definitioni apposita sunt, ad differentiam pertinent, quæ costituitur vere inter maiorem, minorem excommunicationem, & peccatum mortale: sicuti statim apertissime tradetur.

¶Excommunicatio minor est separatio Christiani à sacramentorũ ecclesiæ perceptione. quæ quidem
4 definitio manifesta est, si cõsideremus, minorem excommunicationem non priuare quem fidelium colloquio, nec exteriori omnino communione, nec sacramentorum collatione, quæ à charitate procedit: sed tantum sacramentorũ perceptione. tex. elegans in capit. si celebrat. de cleri. excommunica. ministr. ex quo apertissimi iuris est quid differat excommunicatio maior ab excommunicatione minori.

¶Est & alia excommunicatio, impropria quidem si exacte huius dictionis vsum iam diu obtinuisse in ecclesia catholica animaduertamus, quo ad priuationem illarum communionum, quarum mo
5 dò meminimus in maiori, & minori excommunicationibus. Hæc deniq; impropria excommunicatio, quæ tamen grauissime lædit animam, ad peccatum mortale pertinet, quod separat Christianum, & segregat ab interiori illa communione, quæ à Charitate constat, & qua omnes fideles in Christo coniungimur, & vnum corpus efficimur. Charitas etenim amittitur per peccatum mortale. quod probatur primo Ioannis capitulo quarto, Deus charitas est, & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Nam quilibet actus peccati mortalis charitati contrarius est: cum illud sit proprium charitatis, quod deus diligatur super omnia: quæ dilectio deficit commisso

peccato

peccato mortali aduersus dei præcepta. Sic Paulus ad Romanos ca. 6. stipendia, inquit, peccati mors. sed mors est charitati aduersa: siquidem habens charitatem, habet vitam ęternam. Ioan. cap. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. igitur per mortale crimen charitas amittitur. Quibus sane cõstat per actum mortalis peccati charitatem amitti. cap. nihil. 11. q. 3. cap. vnum horarium. 25. distin. quod & diuus Thom. docet. 2. 2. q. 24. art. 12. & Magister in. 3. senten. dist. 31. hac autem communione nõ priuat excõmunicatio minor, nec adhuc maior: licet maior excommunicatio, quę nisi pro mortali crimine infligenda non est, priuationẽ huius cõmunionis, & charitatis præmittat eo saltem tempore, quo quis excõmunicatur iusta excommunicatione. quemadmodũ statim latius constabit ex his, quæ ad intellectum huius tractatus examinabuntur. Multa etenim sunt adnotanda, quæ partim deducuntur ex modò præmissis, partim maxime conducunt ad veram harum definitionum cognitionem.

¶Primùm ex his ipse colligo, excõmunicationem saltem maiorem amplius nocere excommunicato, quàm ipsum peccatũ mortale, propter quod fuerit excommunicatus.

6 Nam mortale crimen, Christianũ priuat charitate, qua coniungitur ecclesiæ, & aliis fidelibus in Christo Iẽsu, & vnum corpus efficitur: ab hac enim separaẽ, vt modò probauimus: & tamen adhuc per fidẽ, quam licet informem hic peccator retinet, ecclesiæ coniũctus est, & eius membrum adhuc dicitur, mysticoq; corpori coniũctum adhæret. qua ratione fieri nequit, quin tutior sit à Satanæ tormentis, calumniis, & tẽtationibus, quã si omnino extra ecclesiæ corpus maneret: vti manet excommunicatus. cum &si vterq; per fidem informẽ mẽbrum ecclesiæ dicatur, & verè sit: attamen peccator nondum est à cõmunione ecclesiæ separatus: excõmunicatus verò manente excõmunicatione ab ecclesiæ cõmuniõe segregatus est: quanuis eius membrũ per fidẽ existat. Obstant enim sæuienti dæmoni, quo minorẽ habeat potestatem in hunc peccatorẽ mortali culpa grauatum, & charitate priuatum, orationes, & suffragia ecclesię, quorum aliquo modo particeps est, etiam si amissa charitate à cõsortio corporis mystici fuerit segregatus, & effectus huius corporis membrum aridum: idem tamen corpori adhærens per fidem. Nam etiam si propter peccatũ mortale ante excõmunicationem peccator sit in dæmonis potestate, qppe qui sit dæmonis seruus effectus: tamen per excõmunicationem, maiorem in eo habet dæmon potestatem, vt facilius illum torquere possit. Etenim ante excõmunicationẽ, per peccatum mortale quis charita-

tem amisit: atq; ideo non est Christo viuaciter coniunctus: & tamẽ ab eo non est omnino separatus: quoniam per fidem nonnullam habet vnionem: cuius ratione particeps est orationum communium, quæ ab ecclesia fiunt, ad hunc sane effectum, vt eidem spiritus pœnitentiæ detur à Deo. Idcirco dæmon non tantum potestatẽ in peccatorem habet, quod eum liberè vexet, quoniam resistit dęmoni virtus reliquorum membrorum, quibus est per fidem coniunctus. At post excõmunicationem destituitur excommunicatus hoc auxilio, & à corpore magis separatur, & sic dæmon potest facilius in eum sæuire, & liberius quàm antea torquere. Siquidem licet excommunicatus adhuc fidem, informem tamẽ, retineat, & sic membrum hac ratione ecclesiæ sit, nihilo minus ab ipsius ecclesiæ consortio quo ad suffragia, & communionis ecclesiasticæ effectus manet per excommunicationem segregatus, interim dum excommunicatus existit. Huius sane distinctionis est & in corpore humano exemplum elegãs. Membrum siquidem aridum vita caret, tamen quia corpori per neruos, & pellem coniũgitur, nõ nullo fouetur corporis calore. cui membro peccator amissa charitate optime comparatur: quippe qui licet membrum aridum sit, & vitæ expers, fouetur quidem aliquo totius corporis calore propter illã coniunctionem, qua corpori per neruos, & pellem: id est, per fidem licet informem, adhæret. excommunicatus verò hoc auxilio, & calore distituitur à corpore magis, vt membrum abscissum, separatus. tex. optinus in cap. quemadmodum. 23. questione. 7. ex Augustino in epistola. 50. ad Bonifacium: licet in vulgatis Decretorum codicibus inscriptum sit hoc caput ex Augustino ad Vincentium. peccatores etenim non tantum occulti, sed & manifesti in ecclesia sunt, vt eius mẽbra: sicuti docet Augustinus in epistola ad Donatistas: & de fide ad Petrum ca. 43. fuitq; damnatus eo tempore error Donatistarum asseuerantiũ manifestos peccatores non pertinere ad ecclesiam, nec esse intra eam. Sunt etenim, vt constat, peccatores etiam manifesti, membra ecclesiæ. Quod item probant multis authoritatibus Alfonsus à Castro de hæresib. verb. ecclesia. & Ioan. Driedo, lib. 4. de dogmat. eccles. cap. 2. eius parte. 2, quo in loco effectum istum excõmunicationis etiam explicat eleganter. nec fides per mortale crimen amittitur cum ea possit apud aliquem sine charitate esse, & quidem vera, licet mortua: quæ sufficiat, vt is Christianus sit, & ecclesię mẽbrum, vt docet synodus Tridẽtina de iustificatione, canone. 28. Si quis, inquit, dixerit amissa per peccatum gratia simul & fidem semper amitti: aut fidem, quæ remanet, non esse veram fidẽ,

licet

licet non sit viua: aut eum, qui fidē sine charitate habet, non esse Christianum, anathêma sit. explicat optime Domi. à Soto de natura & gratia lib. 2. cap. 7. & 8. hoc ipsum probatur authoritate Pauli ad Corinthi. 1. capitulo quinto. Nam certū est, Corinthium illum, qui patris vxorem acceperat, tunc possessum esse à diabolo, ac semel cum peccauit in Sathanæ potestatem venisse: tamen Paulus denuò quum illum excommunicauit sub ditionem Sathanæ tradidit. vnde plane intelligitur Corinthium illum primum per baptismum communionis ecclesiasticæ participē, ac deinde per culpam mortalis criminis charitate amissa dilapsum in aliquam diaboli seruitutem, non ita in dæmonis potestatē venisse propter vnionem, qua licet membrum aridum, ecclesiæ per fidem coniunctus erat, sicuti postea cum à Paulo excommunicatus in Sathanæ seruitutem, & tormenta liberius traditus fuit. Nec illa traditio Pauli tantum significat Corinthium illum per culpam traditum fuisse Sathanæ: etenim licet per peccatum in dæmonis seruitutem is venerit bona quidem ex parte, nihilo minus in ampliorem Sathanæ potestatem postea per excommunicationem à Paulo traditur: Alioqui cur obsecro Corinthiis scripsit, se decreuisse suo spiritu vna cum potestate domini nostri Iēsu Christi, quatenus fornicator ille traderetur Sathanæ in interitum carnis? Nec dixit Paulus Corinthium traditum esse, sed tradendū fore, vt spiritus eius saluus fieret. & profecto si per hanc traditionem non accepisset Sathanas in eum maiorem potestatem, minimè ipse Corinthius à Dæmone fatigatus in interitum carnis, conaretur, vt spiritus eius saluus esset in die domini nostri Iēsu Christi. Idem apertius constat. 1. ad Timoth. 1. vbi ait Paulus, se Hymenæum, & Alexādrum Sathanæ tradidisse, vt discant non blasphemare. Si non verè eos Paulus Sathanæ tradidisset, iam appareret, falsum dixisse Paulum, qui se ipsum asserit, hoc feciſſe. item illud, quod sequitur: nempe, vt discant non blasphemare: rem ipsam aperit manifesti⁹. Quomodo enim didicissent non blasphemare, nisi per hanc traditionem accepisset in eos Sathanas apertionem aliquam vindicandi potestatem. Idem probatur authoritate diui Augustini in sermone. 68. de verbis Apostoli: capitulo, omnis christianus. 11. quęstione. 3. eiusdē Augustini in tract. vigesimoseptimo, ad caput sextū, Ioannis. capitulo, nihil. ea caus. & quæstione. tex. singu. in capit. audi. 11. q. 3. cum multis aliis, quæ hac de re tradūtur à Roffensi aduersus Lutherū art. 23. Ioanne Eckio in Enchiridio, articulo. 21. & Alfonso à Castro libro de hæresib. septimo, capitulo de excommunicatione.

¶Secundò hinc constat, impiam esse Luthêri assertionem, & planè hæreticam, qua adseuerat hic eccle
7 siæ hostis impius, excõmunicationem, pœnam tantum externam esse, atq; ideo non priuare hominem communibus spiritualibus orationibus. Etenim apertissime constat, excommunicationem priuare quẽ piam sacramentis, & cõmunibus suffragiis ecclesiæ: sicuti probatum est in præmissis authoritatibus, & locis, quorum hic est verus sensus, & ab ecclesia catholica omnino receptus. Præsertim hoc Augustinus docet in dict. cap. omnis Christianus. & in dict. cap. nihil. cuius verba sunt maxime adnotanda ad huius assertionis probationem. sed & Origenes Homelia. 3. ad caput. 2. Iudicum, de excommunicatione tractans: traduntur, inquit, peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis à Christi corpore separantur. Et vt mihi videtur, duplici ter, etiam nunc traduntur homines de ecclesia in potestatẽ Zabuli hoc modo, quo superius diximus: cum delictum eius manifestũ fit ecclesiæ, & de ecclesia per sacerdotes pellitur, vt notatus ab omnibus erubescat, & cõuerso eueniat ei illud quod sequitur, vt spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Alio verò modo, q traditus est Zabulo, cum peccatum eius nõ est manifestum hominibus: deus autem, qui videt in abscondito, perspiciens eius mentem, & animum, eius vitiis, ac passionibus seruientẽ, & in corde eius non se diligi: sed aut auaritiam, aut libidinem, aut iactantiam, vel alia huiusmodi: istũ talẽ dominus tradit Sathanæ. Hæc Origenes, quæ tamẽ Gratianus falso tribuit Hieronymo, vt animaduertunt Alfonsus à Castro in dic. cap. de excommunicatione. Antoni. Democharis super ipsum Gratiani locum. idem apparet ex Ioan. Eckio in dict. arti. 21. vbi ea, quę habentur in dic. cap. audi. Origeni tribuit: nõ Hieronymo. Nam & Hieronym⁹ super libros Iudicum nullos edidit cõmentarios.

¶Tertiò apparet ex prænotatis, ecclesiæ prælatos habere ab ipso Iẽsu potestatem excommunicãdi. quę
8 quidẽ assertio probatur apud Paulum Apostolum: sicuti paulò antè tradidimus. idẽ cõstat Matthæi ca. 18. dic, inquit Christus, ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Quo in loco patet, excõmunicationem ferri authoritate Christi à prælatis ecclesiæ. statim enim subiungitur: Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. vbi Glossa exponit: alligaueritis vinculo anathematis. Ioan. item Chrysostomus ibidem scribit: Vide qualiter duplicibus colligauit necessitatib⁹, & pœna, quæ hic est, scilicet proiectione ab ecclesia: Sit tibi sicut Ethincus, & publican⁹: & supplicio futuro, quod est esse ligatum in cœlo. His

suffra-

ſuffragãtur tex.in dict.cap.omnis chriſtianus. & cap. nihil. in quibus refertur diui Auguſtini elegans ad hoc teſtimonium. Hieronymus etiam, poteſtatem, inquit, tribuit apoſtolis, vt ſciant qui à talibus condemnãtur, humanam ſententiam diuina ſentẽtia roborari. Idem Hierony. Quorum retinueritis peccata retenta erunt: id eſt, quibus interdixeritis eccleſiam, niſi recõciliati per ſatiſfactionem fuerint, & ipſis ianua regni cœleſtis clauſa erit. Huc pertinet quod Paulus.1. ad Theſſa. cap.3. ſcribit: quòd ſi quis non obedierit verbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & non commiſceami ni cum illo, vt confundatur. Vrbanus Papa martyr in epiſtola de communi vita, & oblatione fidelium ad hæc comprobanda ita inquit. ideo iſta prætulimus chariſſimi, vt intelligatis poteſtatem epiſcoporum veſtrorum, in eisq; domi num veneremini, & eos vt animas veſtras diligatis: & quibus illi non communicant, nõ communicetis: & quos eiecerint, non recipiatis. Origenes in dicta homelia tertia, idem aſſerit his verbis: non ſolum per Apoſtolos ſuos deus tradidit delinquentes in manus inimicorum: ſed & per eos, qui eccleſiæ præſident, & poteſtatem habent non ſolum ſoluendi, ſed & ligandi. Traduntur autem peccatores in interium carnis, cum pro delictis ſuis à corpore Chriſti ſeparantur. Quæ & Gratianus refert in dicto capitulo, Audi. vndecima, quæſtione tertia. rurſus & Chryſoſtomus teſtis eſt locupletiſsimus homilia quarta, ad caput 2. epiſtolæ ad Hebræos. nemo contemnat eccleſiaſtica vincula. Non enim homo eſt qui ligat, ſed Chriſtus, qui hanc poteſtatem dedit, & dominos fecit homines tanti honoris. capitulo, nemo contemnat. 11. queſtione tertia. multis denique comprobari veritas iſta poſſet authoritatibus, quæ paſſim in hoc tractatu adducuntur. Sed omminum maxima authoritas eſt, quæ ex hiſtoria Euangelica, & diui Pauli epiſtolis deducitur. vnde in concilio Conſtantienſi, ſeſſione octaua, damnati fuere duo grauiſſimi errores Ioannis VViclef. quorum priori aſſerebat is hæreſiarcha, Nullum prælatum debere aliquem excommunicare, niſi prius ſciat, eum eſſe excommunicatum à Deo: & ſic excommunicantem eſſe excommunicatum, vel hæreticum. Poſterior autem error ita habet. excõmunicatio papæ, & cuiuſcunq; prælati non eſt timenda, quia eſt cenſura Antichriſti. Quos equidem errores & Martinus Lutherus ſuſcitauit articulo. 23. in hęc verba impie ab ipſo cõcepto. Excommunicatiões ſunt tantum pœnæ externæ, nec priuant hominem communibus ſpiritualibus eccleſiæ orationibus. Ecce chriſtiane lector, quantis, & quot authoritatibus hæc peſtilentiſſima dogmata

gmata subuertantur: nec desunt alia catholicam conclusionem manifeste probantia, quæ Ioã. Roffensis, Eckius, Alfonsus à Castro aduersus hæresim hanc tradidere: & præterea Adrianus in.4.sent.in tractatu de clauibus, cap.3. optime Pighius, lib.5.de eccles. hierarchia, capitulo.2.fol.4.

¶Quartò infertur ex his excõmunicationem maiorem, aliquem habere effectum, etiam quo ad interiora animæ, quem non habet peccatum mortale. quod palam est si consideremus quæ dicta fuere prima, & secunda illationibus. nam quod excommunicatio quo ad exteriores pœnas multa inducat, & operetur, quæ peccatum mortale minime inflixerit, tradetur inferius in ea illatione, quæ præcipuos excommunicationis effectus continebit, quo in loco euidẽtius ostẽdam illationem istam iure diuino, & humano verissimam fore. Atq; omnia ista intelligenda sunt de excommunicatione iuste à prælatis ecclesiæ lata: de iniusta etenim latius, quid in ea tenẽdum sit, in hac relectione tradere conabimur.

¶Quintò hĩc patet, falsam omnino esse glo.in.cap.quodcunq;. 24. q.1. quæ asserit, excommunicationem quo ad deum nihil operari, & nullum effectum habere: sed quo ad ecclesiam militantem. dixit eam glo.singul. esse Abb.in capitulo, dilectis. de appellat. etenim hæc assertio à catholica veritate plane aliena est. Nam excommunicatio iusta non tantum effectum habet quo ad ecclesiam, & extrinsecas pœnas, sed etiam quo ad deum, & quo ad interiorem pœnam. quod satis probatum est in præcedentibus, quę adducta fuere aduersus Lutherum, & alios. Sunt etenim quædam bona spiritualia, quibus excõmunicatio neminẽ priuare queat: nempe fides, spes, & charitas. siquidem his nemo per excommunicationem priuatur. at præter hæc sunt alia, quæ non parum ipsis peccatoribus inter iustos commorantibus opitulentur. à quibus nimirum segregat excommunicatio: multisq; non corporalibus modò, verum etiam spiritualibus incommodis afficit, vt superius diximus.

¶Sextò eadẽ radice necessario expendenda erit respõsio Romani põtificis in.cap.1.de sent.excõmu.ist. lib.vbi scribit, excommunicationẽ medicinalem esse, non mortalem. 9 à quo Lutherus omnia tẽtans euertere argumentatur, excommunicationem non priuare quem bonis spiritualibus, nec communibus suffragiis ecclesiæ: cum alioqui, si his priuaret, mortalis esset, non medicinalis. Igitur ad extirpãdam pravam istam argumẽtationem, oportet expendere, qua ratione excommunicatio sit medicinalis. Est etenim, & dicitur excõmunicatio medicinalis ex fine: quia eius finis est mederi peccatori, morbo peccati laboranti: ordinatur siquidem in

hunc

hunc finem, quod excommunicatus resipiscat, pœniteat, ac satisfaciat ecclesiæ, quam propria contumatia iniuria afficit. nam & si excommunicatio pluribus nocumentis, & spiritualibus incommodis quẽquã afficiat, nihil tamen refert, nè dicatur medicinalis. Nã vt ea, quę purgant corpus, tametsi multis alioqui damnis ipsum afficiant, mederi tamen dicuntur: sic pari modo quid obsistit, quo minus id animæ salutare medicamen dicatur, quod ad salutem eius finalem exhibetur, quanquã interea spiritualis nocumenti nonnihil inferat? magno nanque animæ commodo cedit ipsum spiritale damnum, si per id ex morte possit ad vitam reuocari. Erit nanque excommunicatio medicinalis, si eam excommunicatus non contempserit: sed potius confusionem suam respiciens emẽdet quæ male prius egerat. Sic plurimum Theodosio Imperatori profuit excõmunicatio, cuius mentio fit in capitulo, cum apud Thessalonicam. 11. quæ. 3. cuiusque nos meminimus libro secundo Variarum resolutionum, capitulo octauo, numero. 1. Hunc verò esse finem excommunicationis, constat ex Paulo. 1. ad Timothe. 1. tradidi, inquit, eos Sathanæ, vt discant non blasphemare. ex eodẽ. 1. ad Corint. cap. 5. iudicaui eum tradere Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus eius saluus sit in die domini. Excõmunicatus equidem videns se ipsũ ita grauari, & opprimi à dęmone, & ab omni consortio fidelium alienum esse, resipiscet forsan. ita sane scribit Origenes in libro Iudicũ: De ecclesia per sacerdotem pel litur, vt notatus ab omnibus erubescat: & conuerso eueniat ei illud, quod sequitur, vt spiritus saluus fiat in die Domini. capitulo, audi denique. 11. quæstione. 3. tex optimus in capit. corripiantur. vigesimaquarta, quæstione tertia. Fœlix etenim dicitur illa necessitas, quæ nos ad meliora perducit.

Quod si excommunicatus contemnens excommunicationem pœnitere negligat, ac eius cor fuerit induratum, excommunicatio ei erit lethalis: non medicinalis: & tamen adhuc dicetur medicinalis pœna: quia erit excommunicatio medicinalis reliquis ecclesiæ membris, & per eam consulitur incolumitati totius reliquæ communionis. vnum enim pecus morbidum omne pecus inficit: atque ideo pecus morbo infectum resecandum est, & sequestrandum, nè reliquas contactu suo inficiat oues. Nec ex ea causa pastor iudicatur crudelis: sed pius: imò crudelis esset, & ignauus, si pecus morbo infectum à grege minimè segregaret. Sic sanè Diuus Ambrosius super Psalmum centesimum decimumoctauum, de excommunicatione loquens inquit, Rectè ergo & sacerdos vulnus, nè latiùs serpat, à toto corpore Ecclesiæ, quasi bonus medicus

dicus debet abscidere, & prodere virus criminis, quod latet. Idem Ambrosius lib.2.de officiis,capitu.27.cum dolore amputatur, etiam quæ putruit pars corporis,& diu tractatur, si potest sanari medicamentis:si non potest,tunc à medico bono abscinditur:sic episcopi affectus bonus est,vt optet sanare infirmos,serpentia auferre vlcera,adurere aliqua,nõ abscídere:postremò, quod sanari non potest,cum dolore abscindere.hactenꝰ Ambrosius. Gratianus itẽ in dict.capitulo, corripiantur.24.quæ.3.citat diuum Augustinum in hæc verba:Pastoris tamen necessitas habet,nè per plures serpant dira contagia,separare ab ouibus sanis morbidã,ab illo cui nihil est impossibile,ipsa forsitan separatione sanãdam. Idem Gratianus ea quæs.vtitur Hieronymi testimonio in capitulo, resecandæ. in hunc modum scribens: Resecandę sunt putridæ carnes,& scabiosæ oues à caulis repellendæ,nè tota domus,massa,corpus,& pecora ardeant,corrumpantur,putrescãt, & intereant. Quibus equidẽ authoritatibus ratio constat, quare excommunicatio medicinalis est, & verè medicinalis dicitur. imò & reliquæ pœnæ in republica statutæ aduersus homines facinorosos, si ipsi us communitatis vtilitatem considereмus,medicinales sunt,nõ ipsi, cui imponuntur, sed aliis,qui punitorem exemplo territi delinquere minime audent.Clem.prima de off.ordi.capitulo,irrefragabili. eo. tit.capitu.ad liberandum.de Iudæ. cap.2.de calũniat.capitulo, quapropter.2.quæ.7.idq; eleganter adnotauit Diuus Thomas.1.2.quæ.87. art. 7.sunt & ad idem pulchra Aristotelis verba lib.2. Ethico. cap.3. omnẽ actionem,inquit,sequitur vel voluptas,vel dolor: idcirco virtus circa voluptates,& dolores versatur.indicant id punitiones,quæ per dolores adhibentur:sunt enim medicationes quædam:at medicationes per contraria fieri consueuerunt. hæc Aristoteles.vnde colligitur manifeste, pœnas quaslibet esse reipublicæ,& communitati, eiusq; mẽbris in hoc medicinas, quod homines earum timore abstinebunt à criminibus committendis:quod maxime apparet experimẽto: cum in omnibus bene institutis communitatibus potissima pars publici magistratus in hoc versetur, vt delicta iustis puniantur pœnis: alioqui libera daretur delinquendi licentia,nec tuta esset inter improbos innocentia. capitulo,factæ sunt leges.4.dist.

Hinc par est, vt expendamus,an verum sit, quod pleriquæ ex nostris adnotarunt, præsertim Ioanne.Andre.& Domi.in cap.Romana.4.ist.tit. Iason in.l.quod iussit. ff.de re iudicat.num.41.Ioan.Lupi in ca.per vestras.§.18.nu.14.asseuerãtes,iudicem non debere ferre sentẽtiam excommunicationis in eum, quem scit,aut verisimiliter suspica

tur

tur minimè propter eam pœnitentiam acturũ, & ab illa cõtumacia cessaturum catholica resipiscẽtia. Etenim hæc sentẽtia falsa est, sicuti apparet ex his, quæ modò notauimus. Nã excõmũicatio nõ est ex eo tãtũ medicinalis, quod medelã inferat ipsi contumaci, & peccatori: sed quia adhuc reliquis ecclesiæ mẽbris medeatur. Denique horũ authorũ sentẽtia tunc erit admittẽda, cũ Iudex viderit, excõmunicatio nẽ minime vtilitatẽ ipsi excõmunicando allaturã: imò suspicetur magis indurandũ cor ipsius per excõmunicationẽ: tũc etenim poterit supersedere huic cẽsuræ: quemadmodũ colligitur ex capitu. prodest. & capitulo sequẽt. 23. quæst. 5. blãdis enim tunc verbis est alliciendus peccator, vt ecclesiam audiat, non asperis irritandus, vt magis contumax efficiatur. Atque ita hanc quæstionem absoluendam esse censent Abb. in cap. ab excommunicato. de rescript. Feli. in cap. Apostolicæ. col. 4. & 5. de exceptioni. Thomas in. 4. dist. 18. art. vlt. sub quæ. 2.

Ex. §. sequenti.

1 *Communio cum excommunicatis prohibita est iure non tantum humano, sed diuino.*

2 *Romanus Pontifex, an possit dispensare, aut permittere, quod communicet quis cum excõmunicato? & num 7.*

3 *Romanus Pontifex an possit licite absque peccato communicare cum excommunicato?*

4 *Princeps, an teneatur seruare leges humanas, vel sit ab eis solutus?*

5 *Papa, an teneatur semel in anno confiteri?*

6 *Confessio Sacramentalis, est ad salutem necessaria, iureque diuino instituta.*

7 *Quibus casibus iure diuino teneatur quis omnino cõfiteri: præsertim an eo tempore, quo sumere vult Eucharistiam?*

8 *Maritus an possit licite cõmunicare cum vxore excommunicata?*

9 *Contractus factus cum excõicato, validus est.*

10 *Communio cum excommunicato ad eius spiritualem salutem iure permittitur.*

§. Primus.

SEptimo loco, vt eãdem excõmunicationis definitionẽ ampli⁹ aperiamus, & quot inferat hęc à communione ecclesiæ segregatio nocumenta explicemus, deducitur à proxime notatis, excommunicatum vitandum fore ab aliis fidelibus, nec ei cõmunicãdũ esse: hoc probatur multis, præsertim Matthæi ca. 18. Si ecclesiã nõ audierit, sit tibi tãquã ethnic⁹, & publicanus. Prima item ad Corinthi. c. 5. Si is, inquit Paulus, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũ huiusmodi nec cibũ sumere. & rursus ad 1
Thessalonic. 2. cap. 3. dixit, quod si quis nõ obedierit verbo nostro per Epistolã, hũc notate, & nõ cõmisceamini cũ illo, vt cõfũdatur. & Ioã. 2. c. 1. ita admonet: si quis venit ad vos, & hãc doctrinã nõ affert, noli te recipere eũ in domum, nec aue ei dixeri

dixeritis. qui enim dixerit illi: Aue: communicat in eius operibus malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die domini nõ confundamini. Ex quibus patet, non esse communicandum cum excõmunicato, nec hospitalitate, nec familiari colloquio. Hoc ipsum admonet Calixtus Papa & martyr in epistola ad omnes Galliarum episcopos, dicens: Excommunicatos quoque à Sacerdotib⁹ nullus recipiat ante vtriusque partis iustam examinationem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet, nec Aue eis dicat: quia quicunque in his, vel in aliis prohibitis scienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apostolorum institutionem, & ipse similiter excommunicationi subiacebit. Hactenus Calixtus: cuius Gratianus neminit in capitulo, excommunicatos. 11. quæ. 3. idem fere tradit tex. in capit. nuper. hoc tit. cap. 2. de exceptioni. quibus in locis prohibetur communio cum excommunicatis in oratione, osculo, loquutione, & cibo, ac potu. est & ad hoc ex Chrysosto mo tex. in capitulo, ad mensam. 11. quæs. 3. qua in quæstione Gratianus ipse plures tradit Authoritates, quibus communio cum excommunicatis prohibetur. Quibus accedit Regia lex. 34. titulo. 9. partit. 1.

¶Hinc deducitur, communionem cum excommunicatis prohibitam esse iure diuino legis Euangelicæ. id patet ex dict. capit. Matthæi. 18. & ex aliis Pauli, ac Ioannis Apostolorum locis. Hanc opinionem tenet Chosmas in Pragmat. sanctio. tit. de excommunicatione non euitan. verb. nisi. Feli. post alios in capitulo, nulli. de sent. excõ. & Theologi, qui nostra ætate aduersus Lutherum scripsere. Illud tamen est hac in re obseruandum, lege Euangelica prohiberi communionem cum excõmunicatis in his, quæ ad diuina pertinent: in aliis autem prohiberi lege humana. Etenim in Euangelio illa communicatio prohibetur, quæ vere, & proprie Christianorum est, & spiritualia respicit, & sic illa, quæ circa diuina cõtingit, authore Thoma in additionibus ad. 3. partem quæs. 23. art. 3. igitur communicatio in diuinis est cum excommunicato prohibita lege Euangelica: non in aliis: sicuti adnotarunt Ioannes Maior in. 4. dist. 18. quæs. 4. & Driedo in lib. de libert. Christiana, pagina. 137. Huc pertinent multa, quæ in præcitatis paulò ante locis frequentissime à viris sanctitate & doctrina celebratissimis traduntur.

¶Vnde soletà nostris in capitulo, nulli. eodem tit. disputari, possitne aliquis priuilegio Romani pontificis habere ius communicandi cũ excommunicatis. & tãdem Panormit. post alios in dict. capit. nulli. in ea est sententia, vt opinetur, non posse Romanum Pontificem sine causa alicui per priuilegium permittere quòd communicet cũ excom

excommunicatis maiori excommunicatione. idq; asseuerat auctoritate tex. in dict. cap. nulli. & in ca. 3. §. excommunicatos. de priuileg. quibus minimè probatur hæc assertio. Nam inibi tantum constat, monachos, & alos vtcunq; exemptos, & priuilegia generalia habentes, teneri ad euitandum excommunicatos, quia priuilegium generale exẽptionis à iurisdictione episcoporum, non tendit n ho c, vt non teneantur habentes ihoc priuiligium vitare excommunicatos ab ipsis episcopis, & ecclesiarum prælatis. vnde non omnino probatur communis conclusio in dictis locis.

Qua ratione ipse distinguerem in hac quæstione. Etenim aut agimus de communicatione in diuinis: & opinor, non posse Papam dispensare, nec cuiquam permittere, quod communicet cum excommunicato maiori excommunicatione. Nam licet possit summus Pontifex ius diuinum interpretari, profecto illud non poterit quacunq; ex causa tollere, nec per dispensationem, nec per priuilegium: sicuti iam admonuimus non semel, sed præsertim in epitome ad quartũ lib. decreta. 2. part. capitulo sexto. §. 9. numero secundo. sic sane nec vlla ex causa dispensatio in hoc iustificabitur: licet interpretatio possit vim, & effectum habere, maxime ex auctoritate Romani pontificis, qui tamen legem diuinam tollere non potest. capitulo, cum inferior. de maiorit. & obedient. Et hæc quidem in hunc sensum accipienda sunt, vt ex priuilegio Romani Pontificis minimè peccati culpam effugiat qui in diuinis cõmunicat cum excõmunicato maiori excommunicatione: tametsi huius priuilegii causa immunis sit à pœna iure positiuo statuta contra cõmunicantes cũ excõmunicatis: nẽpe minori excõmunicatiõe: quæ minor excõmunicatio iure humano infligitur cõmunicantibus cũ excõmunicatis: quod Felin. sensit in dict. cap. nulli. & comprobari poterit ex his, quæ nos tradidimus in Reg. Peccatum. de regulis iur. 2. parte. §. 8. nume. 9.

His accedit adnotatio glo. in cap. si inimicus. 93. dist. & in dict. capit. nulli. vbi Panorm. & alii ex ea colligunt, Romanum pontificẽ cõmunicantem cum excõmunicato, nõ incidere in excõmunicationem minorem. Etenim id non alia ratione procedit quàm quod excõmunicatio minor, quæ cõmunicãtibus cum excõmunicatis indicitur, pœna sit iuris humani, & positiui. Nec refert ad hũc effectũ, quod papa cõmunicauerit cũ excõmunicato in diuinis, vel in profanis, & aliis humanis colloquiis: licet nec ipse Papa valeat à peccato excusari si absq; iusta causa cum excommunicato vtcunq; communicauerit: quẽadmodum sensit gloss. in dicto capit. nulli. Panormita. in capitulo, cum desideres. hoc tit. & Sylues. verb.

verb.excõmunicatio.5.verſ.primũ dubium.Nam ſi Romanus Pontifex communicet cum excommunicato in diuinis,peccabit,quia ea communicatio eſt lege diuina prohibita: quod ſi hæc communicatio in humanis contigerit abſq; cauſa,quidã forſan opinabũtur,ipſum papam non peccare,ex eo,quod legi poſitiuæ minimè ſubiiciatur. tex.l.princeps.ff.de legib.cap.propoſuit.de conceſſ.præb.l. omniũ. C.de teſtam. Nos contrariam ſententiam veriorem eſſe arbitramur: quam ea ratio potiſsimum adſtruit,& comprobat,quod licet princeps ſummus agens contra ipſius legem, & humanam principum conſtitutionem nequaquam reus ſit illius humanæ legis violationc: quippe qui non teneatur ipſius legis humanæ vi coactiua, vt obiter hac vtar dictione,nec ratiõe humani præcepti:tenetur tamen vi quadam directiua, & quæ principem ratione ad rectum dirigit, humanæ conſtitutioni,etiam à ſeipſo latæ ſeipſum ſummittere.quod probatur in.l.digna vox. C. de legib. capi.iuſtum.9.diſt.Ratio ſiquidem naturalis dictat, principem legem illam ſeruare debere,quam is tulerit.capit.cum omnes. de conſtitu. Qua ratione quo ad dei iudicium princeps non eſt abſolutus à lege, quam ipſe tulerit, quo ad vim legis directiuam,quæ principem in id dirigit,quod facere tenetur: denique turpe apud principem,reipublicæ caput,eſt,quod non conueniat eius communitati. idcirco probatiſsimum hoc eſſe exiſtimarunt Diuus Thom.1.2.q.96.arti.quinto, & ibi optime Caietan. Felin. nune.24.& Deti.nume.14.in capit.1. de conſtit.Fortuni.in.l.prima, numero.11.ff.de pactis.Ludouic. Gomeci.in reg.de infirmis reſignanti. quæſtione prima, columna ſecunda.quibus ſuffragatur tex.in capit. iuſtitiæ.& in ca.vltim.25.q.1. ſunt & ad idem quàm plura teſtimonia,ex ſacris præſertim libris. Etenim Matthęi cap.23.Chriſtus Ieſus Phariſæis improperat,quod onera grauia aliis imponãt,ipſi verò nec digito velint ea mouere.Huc pertinet Catonis ſententia, Patere legẽ, quam tuleris.illud item quod Plato docet de legibus dialogo.4. interim enim,inquit,paratum exitiũ illi ciuitati video,in qua nõ lex magiſtratibus , ſed legi magiſtratus pręſunt: ſalutem verò illi, vbi lex ſeruientibus magiſtratibus dominatur. idem refert Ioan. Stobæus ſermone.42.Ad Romanos capi. 2. diuus Paulus ſatis hãc concluſionẽ confirmat. Propter quod inexcuſabilis es ô homo omnis,qui iudicas.In quo enim alterum iudicas, teipſum condemnas:eadem enim agis, quæ iudicas. exiſtimas autem hoc ô homo,qui iudicas eas, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? Hæc & alia ad hanc rem inibi Apoſtolus docet.vnde Nathã propheta, quò

4

maiore

maiorè Dauid Regem pudore suffunderet,sua ipsum de aliena persona lata sententia condemnauit.2. Reg.ca.12.sic noster Baldus insigniter in.l.2.col.8.C.de seruit.&aqua. scribit,principem esse animal rationale,politicũ,& mortale:atq; ideo, licet is solutus legibus sit, non tamen à dictamine rationis..quod multis in locis vt memorabilie dictum commendatur, sed præ cæteris à Curtio cons.63.col.2.

¶Vnde & illa solet discuti quæstio,an teneatur Romanus Pontifex omnino semel saltem in anno confiteri propria peccata sacerdoti: quam tetigere,ac tradidere glo. in cap.sane. de off.deleg. vbi Deti.in fine:glo.in cap.nemo.9.q.3. Dñic. in cap. iustum.9.dist.Ioan. Andre. in cap.omnis vtriusq;.de pœniten. & remiss.idem,& Panor.num.14. in ca.significasti.de foro comp.Feli.in dict.cap.sane.idem in cap.1.de constit.4.Fallent.Sylvest.verb.cõfessio.2.q.6.Theologi in.4.senten. dist.17.Martinus ab Azpilcueta in princi.de pœnitent.dis.5.nue.32. & in cap.placuit.de pœnit.dist. 6.nu. 15.ex quibus illa constat resolutio, summum Pontificẽ teneri ad hanc confessionem,quæ sacerdotibus secretè fit, in omnibus illis casibus, quibus ea iure diuino est instituta, & præcepta:tametsi minimè teneatur præcise semel in anno confiteri iuxta præceptum humanæ constitutionis in dict.cap.omnis vtriusq;.Non enim tenebitur ad hanc confessionem ipse Papa quolibet anno secundum receptiorem sententiam eorũ,qui paulò antè sunt à me nominatim citati.quorũ quidem opinio in hunc sensum mihi placet,vt ratiõe præcepti humani, ex eius vi cogente,non teneatur sũmus Pontifex semel in anno præcise confiteri:opinor tamen eũ omnino ad hanc teneri confessionem tẽpore statuto in dict.cap. omnis. ex vi illius Canonis directiua, ratione sane naturali, quæ docet,principẽ legibus etiam humanis subditum esse.Nec dubitarem ipse inspecta grauitate huius rei,summum ecclesiæ præsulem mortali culpa notandum fore,si saltem semel in anno minimè propria peccata mortalia sacerdoti cõfessus fuerit.Sensit hãc opinionem Deti.in dict.cap. sane. ad finem,de off. deleg. cuius sane conclusionis ratione obiter hoc in aliquot cõclusiones exponam,quo facilius lector intelligat, quid sit vere in hac quæstione respõdẽdũ.

¶Prima cõclusio.Confessio exteriorq; omnium peccatorũ mortalium sacerdoti secrete fit,necessaria est ad salutẽ ex Christi institutione. Hæc probatur Ioan.20. Sicut misit me pater,& ego mitto vos.Accipite Spiritum Sanctũ:quorũ remiseritis peccata,remittentur eis:quorũ retinueritis, retenta sunt.Matthæi ca.16.Tibi dabo claues regni cœlorum:& quodcunq; solueris super terrã,erit solutum & in cœlis.Etenim si à Christo Iẽsu sacerdotes ac-

ceperunt potestatẽ remittendi peccata, & ab eo sunt constituti iudices ad remittẽda peccata, consequitur lumine quidem naturali, non posse hoc iudicium exerceri per eos absq; cognitione peccatorũ. ignorabit plane sacerdos, an debeat remittere peccata, an retinere, nisi eadem ei fuerint manifesta. Item & Iacobi cap. 5. confitemini alterutrũ peccata vestra. ex quibus hæc est catholica conclusio: atq; ita definitũ extat aduersus hæreticos in concilio Constantiensi: quo loco damnantur errores Vvicleph. & in concilio Florentino sub Eugenio quarto. atque item in Tridentino, sessione sexta, capi. decimoquarto. Huiusque confessionis sacramentalis, & quæ sacerdotibus fit, meminêre Origenes, Basilius, Dionysius, & alii ecclesiç catholici doctores, quorum authoritates tradi dêre cõtra Lutherum Roffensis, artic. 8. & .9. Eckius in Enchiridio ca. 8. idem in Homelia. 41. de sacramẽto. Alfonsus à Castro de hęresibus, verbo, confessio. Albertus Pighius in controuersia. 9. capitulo, de peccatorum confessione. & libro secundo, de ecclesiasti. Hierarchia, capitulo septimo, &. 8. Ioan. Arboreus libro tertio Theosophiæ, capitulo. 21. & compendium concertationum contra Lutherum, articu. 15. Concilium Colonienſe titulo, de confessione. Andreas à Vega in Concilii Tridentini defensione libro decimotertio, capitulo vigesimoseptimo. eandem cõclusionem probarunt Diuus Thomas. 3. parte, quæstione. 84. articulo quinto: & quæstione. 65. articulo quarto, & alii in. 4. sente. distincti. 17. Adrianus in. 4. sentẽ. in tract. de confessione, in princi. & Martinus ab Azpilcueta in princip. de pœniten. distin. 5. Melchior à Cano in Relectione de pœnitentia, parte. 5. vt hinc plane videas in maximum incidisse errorem glo. in summa de pœnitentia, distin. quinta, quam ex nostris plerique secuuti sunt, maximè Panorm. in dicto capitulo, omnis vtriusq;. numero. 18. ex ea asserentes, confessionem sacramentalem, quæ sacerdotibus fit, iure humano institutam esse: quod & improbi Lutherani impudentissime ausi sunt asseuerare: & quidam alii ex antiquis hæreticis, catholicæ ecclesiæ hostibus.

Homilia.

¶ Cõclusio secunda. Cõfessio hęc sacramentalis ita à Christo instituta est, vt nullum ei tempus certum definierit, sed id ecclesiæ sit definitioni relictum. Patet hæc assertio: cum ex solo iure diuino non possit percipi, pro quo tempore præceptum istud de confessione nos obliget. tunc verò obligat, cum ecclesia definierit. Etenim dici vere non poterit, iure diuino teneri quẽ ad confessionem istam exteriorem statim cũ peccata cõmiserit mortalia, vel eorum memoria occurrerit: nõ equidẽ tenetur, sed tãtũ tẽpore iure diuino, vel humano definito:

secũ

secundum Thomam,& omnes in 4.sent.dist.17.q.3.art.1.q.4. fallũtur item qui existimant,confessionem iure diuino,tantum semel in vita faciendam esse:cum impossibile sit semel in vita de omnibus peccatis confiteri propter obliuionem hominibus facilem:idcirco integritas confessionis plurimum fraudaretur,cuius illud est proprium,quod omnia peccata mortalia quis confiteatur. Hæc deniq; certa sunt,licet Innocent.in dict.ca.omnis vtriusque.& Archid.in capit.ille rex.de pœnit.dist.3.tenuerint,obligari homines ad statim confitendum.

¶Tertia conclusio.Iure diuino tenetur quis ad mortalium confessionem in periculo mortis.hæc est cõmunius omniũ Theologorũ sen
7 tẽtia in dict.17.dist.& Adria.in tracta.de cõfessionc. §.3.Syluestri,verbo,cõfessio.1.q.2.tex. optimus in capit. cum infirmitas.de pœnit.& remi.qua in re oportet aduertere ad hũc effectum,periculũ mortistunc verè dici,quoties frequenter solet mors cõtingere,& probabili suspicione timeẽ:quod arbitrio viri prudẽtis cõmittẽdũ est.Nã probabilis, & iusta mortis suspicio propter periculũ admodũ frequẽs,hãc obligationẽ ex ratione iuris diuini constituit: vt Palud.in dict. dist.17.& ibi Ioã.Maior.q.2.explicarũt.Vrget siquidẽ eo tẽpore necessitas expurgandi animã à morbo spirituali, nè eo cõtaminata exeat à corpore in æternam damnationem.

¶Quarta cõclusio.Iure diuino tenetur quis mortalia peccata sacerdoti confiteri eo tempore,quo velit eucharistiæ sacramentum adsumere,nec sufficit ad hoc vera contritio cordis.Hęc constat testimonio Pauli ad Corinthios.1.capit.11. Nam cũ is dixerat,Probet autem se ipsum homo,& sic de pane illo edat:subiunxit:qui enim mãducat, & bibit indigne,iudiciũ sibi manducat,& bibit.quib9 verbis expres sit,illum indigne manducare, qui prius nõ se probauerit,atq; discusserit.Hanc verò discussionẽ fieri debere per confessionẽ istã exteriorẽ, quę sacerdotibus fit,multis ostẽditur.& primò authoritate cõsuetudinis vniuersalis, quę ab exordio ecclesiæ catholicę ita fieri obtinuit. Nã & hęc sufficiẽs exhibet testimoniũ,authore diuo Augustino.4. li. de Baptismo aduersus Donatistas, cap.24.si quisquã,inquit,in hac re authoritatẽ diuinam quęrat,quod vniuersa tenet & ecclesia,nec Cõciliis institutum,sed semper retentũ est,non nisi apostolica authoritate traditum, rectissime traditur. Hanc autem cõsuetudinem ab initio ecclesiæ seruatam fuisse, testis est Sozomenus lib.9. historiæ tripart.capit.35.

Item diuus Augustinus hanc cõclusionẽ probat in epistola ad Comitẽ Iulianũ de salutaribus documentis cap.33. quando, inquit,corpus Christi accipere debem9,antea ad cõfessionẽ debemus recurrere,

si peccata obnoxia in nobis senseri mus: nè cum Iuda proditore diabolũ intra nos celantes pereamus. Hæc & alia ad hãc rẽ inibi, quę maxime huic seruiunt disputationi.

Author itidem libri de Ecclesiasticis dogmatibus, siue is fuerit Augustinus, siue Gennadius, capit. 53. quẽ mortalia, inquit, crimina post baptismũ cõmissa premũt, hortor prius sacerdotis iudicio reccõciliatũ communioni sociari, si vult nõ ad iudicium, & cõdemnationem sui eucharistiam percipere.

Cyprianus Martyr beatissimus manifeste huius sententię author est in sermone quinto de lapsis: vbi eucharistiæ communionẽ adsumi absq; præuia peccatorum exomologesi, & sacramentali confessione, temeritatem appellat contra domini, ac dei legem, & contra euangelii vigorem. idem Cyprianus in epist. 18. & 54. tertii libri, hoc ipsũ asseuerat.

Leo deinde Papa in epistola. 69. ad Theodorum episcopum Foroiulienssem, cap. multiplex. de pœnitẽ. dist. 1. Mediator, inqt, dei, & hominũ hãc prępositis Ecclesię tradidit potestatẽ, vt confitentibus pœnitẽtię satisfactionem darẽt, & eadem salubri satisfactione purgatus ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.

Hanc præterea necessitatẽ cõfitendi peccata mortalia ad eucharistiæ sacrametũ percipiendũ, præmittit tex. in dic. ca. omnis vtriusq; sexus. de pœniten. dũ ex eo obligat semel in anno ad cõfitẽdũ peccata, quod semel itidẽ in anno Paschæ tẽpore ad eucharistiæ sumptionẽ Catholicos obligauerit. Qua argumentatione diuus Thomas vtitur in loco statim citando. tametsi certius, ac verius sit, oportere ante eucharistiam confiteri, quoticscunq; illã est homo percepturus: non tamen ex illo præcepto concilii Lateranensis in dict. cap. omnis. sed ex lege diuina: siue in Pascha, siue quocunq; alio tempore eucharistia sumenda sit. Nec tamen in illo ca. omnis. Innocentius tertius, etiam si limitasse videatur præceptum cõmunionis ad paschale tempus, non item præceptum confessionis ad id tempus restrinxit. igitur duo præcepta continentur separatim: præceptum quidem de semel in anno confitẽdo ad nullum certum tempus restrictum: præceptum item de adsumenda semel in anno eucharistia ad tempus certum: id est Paschale limitatum. quod explicat elegantẽr Melchior à Cano Salmanticẽsis in Relec. de pœnit. 5. parte, fere ad finẽ: ex hoc deducẽs, non teneri quẽ præcise ad cõfessionẽ istã tẽpore Paschę: imò sufficere, vt satisfaciat pręcepto de cõfessiõe, quod qualibet anni parte cõfessus fuerit peccata propria: modò tẽpore sumẽdę eucharistię, si quod mortale crimẽ cõmiserit post cõfessionẽ, illud cõfiteat. idẽ notat Ioã. Maior. in. 4. sẽt. dist.

dist.17.q.2.col.penult.est sane satis expressim in Concilio Coloniensi, titulo, de confessione: capitu. quod generalis.

Eandem opinionem, quod iure diuino sit necessaria confessio sacramentalis eo tempore, quo sumenda est Eucharistia, tenent Hugo de S. Victore in lib. de Ecclesiast. potest. ligandi, atq; soluendi. Gabriel in canone missæ, lect. 7. Thomas in 4. sent. dist. 17. q. 3. articulo primo. q. 4. & ibi Palud. Maior quæs. 2. & alii frequentissime. glo. in capit. de homine. de celebrat. missa. Sylues. verbo, confessio. 1. q. 2. & verb. Eucharistia. 3. §. 14. Melchior Cano in dic. Relectio. 5. parte. Alfonsus à Castro de hæresib. verb. Eucharistia. 10. errore. Ambrosius Catharinus lib. 5. aduersus Caiet. cap. ad notaui. Martinus Azpilcueta in princip. de pœnit. dist. 5. ex. 3. parte. glo. num. 31. ex quibus constat, hanc sentẽtiam cõmuni omnium Theologorum suffragio, & ecclesiæ catholicæ cõsuetudine receptã omnino esse. quod fatetur hac de re latè disputans Ioan. à Medina in Codice de pœnitentia, tract. 2. in cap. de cõfessione præmittenda sumptioni eucharistiæ. etiam si Caiet. in. 3. parte. q. 80. artic. 4. & in summa, verb. communio. & 1. ad Corinthios ca. 11. asseueret, non obligari quem ad cõfessionẽ sacramentalem, nisi semel in anno, etiam eo tẽpore, quo sumere vult eucharistiæ sacramentum. idẽq; prius senserit Richard⁹ in. 4. sent. dist. 17. art. 3. q. 6. & tenuerint Palud. ibi q. 2. Adrian. in materia de cõfessione. q. 3. Panor. in dict. cap. de homine. non esse mortale peccatum sine cõfessione ad eucharistiam accedere, si homo aliâs contritus sit: quod & Caieta. ipse contendit. quorum sententia periculosa est, atq; ideo minimè tenenda, nec constituenda inter eas sententias, quæ probabiles à Theologis solent censeri.

¶Quinta conclusio. Iure diuino tenetur quis ad confessionem peccatorum mortalium ratione periculi carendi confessore, quem nunc habet, non habiturus tempore necessario. Hæc itidem est omnium consensu recepta sententia in dist. 17. 4. sent. vbi in specie Palud. Ioan. Maior; & Adrian. in dict. q. tertia. Angelus in summa, verb. confessio. 1. q. 31. Florent. 3. part. tit. 14. cap. 19. §. 3. Sylvester verb. confessio. 1. 2. q. Melchior Cano in dict. relect. de pœniten. 5. parte, fere ad finem. quo in loco doctissime hũc in modũ distinguit. quędã præcepta sunt homini, ad certũ, & determinatum tempus implenda, vt de ieiunio quadragesimę, aut vigilia alicuius festi: & eiusmodi nõ est necesse præuenire, etiã si existimemus, impedimentũ legitimũ nos habituros tempore, quo sint implenda. Alia verò præcepta sũt sine determinatione temporis, quę videlicet nos obligant, vt aliquãdo impleãtur, saltẽ semel in vita: vt sũt media ad salutẽ necessaria: atq; præcepta, quæ de huiusmodi

feruntur,anteuertere neceſſum eſt, vt de baptiſmo:de pœnitẽtia. Imò qui nuſquam in vita euchariſtiam acepit,credẽs futurũ periculũ mortis,nec habiturũ ſe euchariſtiæ copiam,præuenire debet,cũ habet copiam.nam tenetur ſaltem ſemel in vita illud præceptum implere.

Hæc deniq; adduxim⁹, quò apertius probaremus,ſummũ Pontificẽ teneri quidẽ ſub grauiſsimi criminis,& peccati reatu, ſaltẽ ſemel in anno confiteri ſacerdoti peccata mortalia:& idem dicimus de ſumptione euchariſtię in Paſcha,aut tẽpore iure humano alioqui definito.eamq; concluſionẽ duabus rationibus adſtruimus.Prior quidem à vi directiua iuris humani deducitur:ſicuti ſuperiùs commemorauimus.etenim fatemur ſummũ principem non ſubiici legibus humanis quo ad earum vim præciſe cogentem,aut co actiuam:attamẽ negamus eũ eximi à legibus humanis quo ad vim directiuam:quæ procedit à lege naturali, & eius ratione:ſimul & à lege humana. ratio etenim naturalis dictat,principem teneri ad ſeruandam legẽ illã, quam eius ſubditis indixerit.Eadẽ ſiquidem ratio,quæ iuſtam efficit principis legem quo ad eius cõmunitatem,plane arguit,principẽ teneri ad eiuſdem legis obſeruationẽ,& eũ dirigit ad hunc iuſtitię tramitẽ,vt cõueniat cõmunitati,& exiſtimet,legem ſibi iuſtam eſſe, quã propriis ſubditis iuſtiſsimam fuiſſe cenſuit.Poſterior ratio inde colligitur,quod præceptum de annua confeſsione,licet aliqua ex parte humani iuris ſit,non omnino diuini, vere ſit diuini iuris limitati per humanum:ita quidem vtriuſq; iuris violatio vnicum peccatũ eſt, quoniam ambo illa præcepta vnicum actum iniungunt,& alterum eſt alterius determinatio.Nec me latet potuiſſe eccleſiam longius,aut breuius tempus confeſsioni ſacramentali definire:id tamen lege vniuerſali fieri potuit,& poteſt:ſed ſemel conſtituta lege vel ſe ipſum,vel alium ab ea ſine cauſa,& in hac ſpecie grauiſsima,iuſtiſsimaque, propter vim admiſtam diuinæ legis, minimè licet principi ſummo,eius libẽter ſubiturus cenſuram,non temere contendimus.

Prolixius profecto,quàm propoſitæ materię conuenichat, quęſtionem iſtam tractauimus, quod lector facilime cõdonabit:id etenim ea ex cauſa fecimus,vt cõcluſionẽ, quã de cõmunicatiõe in diuinis cũ ipſo excõmunicato Romano Põtifici permittẽda, forti⁹ cõprobarem⁹.

¶Quod ſi tractemus de cõmunicatione cũ excõmunicato in humanis,& tẽporalibus,ea iure humano eſt interdicta:atq; ideo poterit ſummus Põtifex ex cauſa eã permittere abſq; vlla culpa,vel priuilegio, vel lege lata.quod ſi ſine cauſa eã permiſerit, male faciet, nec immunis erit à culpa:quanuis pœna iuris poſitiui aduerſus cõmunicantes cum

excõ-

excommunicatis ſtatuta, remiſſa ex hoc cenſebitur: ſicuti ſuperius ſcripſimus: & notat Feli. in capitu. nulli. de ſent. excom.

¶ Sic iura Pontificia pluribus in caſibus permiſere communicationem cum excommunicatis: quorum mentio fit in capitulo, quoniam multos. & aliis eiuſdem quæſ. capitibus. 11. quæſ. 3. capitulo cum deſideres. capitulo, ſi vere. de ſent. excommunicatio. l. 34. titulo 9. part. 1. & vbique iuris Pontificii interpretes, ac Theologi, præſertim Angelus, Sylueſt. & Caiet. in Summis. Horum autem canonũ cauſa aliquot hic breuiter attingam quò manifeſtior ſit eorum intellectus.

Eſt etenim reſponſum in dict. c. quoniam multos. vxorem abſque periculo poſſe communicare cum excõmunicato marito. etenim controuertitur an maritus itidem poſſit cum vxore excommunicata cõmunicare? & glo. inibi tenet, non poſſe maritum cum vxore excommunicata communicare. idem notant Ioan. Mona. in cap. ſtatuimus. à ſupra eodem. Sylueſt. poſt Goffredũ, Summam Roſellam & alios in verb. excommunicatio. 5. notab. 2. regia. l. 34. tit. 9. part. 1. ea quidem ratione quod vir facilime poſsit vxorem inducere, & compellere, vt ab excommunicatione recedat. idem tenet Hoſti. in ſumma, hoc tit. §. & quæ ſit pœna. verſ. lex excuſat. quorum ſententia mihi nõ placet: imò contrarium iure veriorem eſſe cenſeo, vt tandem eodem iure maritus, communicans excõmunicatæ vxori, immunis ſit à pœna ſtatuta contra communicantes cum excõmunicatis: quam ſententiam tenuerũt veteres quidam, vt teſtatur Hoſti. quos ſequũtur Angel. in Summa, verb. excõmunicatio. 8. q. 8. Adria. in. 4. ſent. in tract. de clauibus. q. 3. exceptiõe. 6. Ioan. Driedo de libert. Chriſt. pagina. 241. quibus ſuffragatur ratio à ſocietate, & cõmunione deducta: cũ ſocius poſſit cõmunicare ſocium excommunicatũ. glo. in. cap. 1. 41. diſt. cui ſimilis eſt in. c. ſi vere. hoc tit. in. g. penult. igitur & maritus iure ſocietatis coniugalis poterit communicare cum vxore excommunicata: quod & Card. à Turre cremata probat in dict. cap quoniam multos. Nec oberit ratio in cõtrarium adducta. etenim ex ea opinor maritum grauiter peccare, ſi neglexerit is vxorẽ iure maritali corrigere, & auertere ab illa contumacia, cuius cauſa fuerit excõmunicata: attamen non ex hoc ſequitur, priuatũ eſſe cõmunione, & ſocietate vxoris excõmunicatæ, & ideo, cum in iuris pœnas incidere, ſi eidem communicauerit.

¶ Sic & in captiulo, Si vere. hoc titulo, extra, probatur, licitam eſſe communicationem cum excommunicato, ad exigendum ab ipſo debitam pecuniam, aliamue rem quampiam: cum alioqui cõmodum ex contumacia, & delicto cõſequeretur excõmunicatus

catus ipſe. qua in re illud eſt in con
trouerſia, an valeat contractus cum
excõmunicato factus? & licet pro-
hibita ſit communicatio cum ex-
communicato maiori excommu-
nicatione, & illicita ſit, contractus
9 tamen bene valet, & vim habet eti
am in vtilitatem excommunicati:
nec enim in hac ſpecie quidquam
agit excommunicatus authoritate
publica, nec ad ſpiritualia perti-
nens: ſed tamen iure, & authorita-
te priuata actum omnino tempo-
ralem exequitur. quã ob rem hanc
opinionem tenuerunt Innocent.
& Panormit. num. 35. in capit. veri-
tatis. de dolo & cont. idem Panor-
mit. in capitulo, ad probandum. 2.
col. & ibi Feli. de re iudicat. Doct.
communiter in capitulo, Si vere. de
ſent. excõmunicationis. Ioã. de Sel-
ua in tract. de benef. 3. part. quæſt.
4. col. 3. Alfonſus à Caſtro de poteſt.
legis pœnalis, libro. 2. capitulo. vlt.
concluſ. 2. ad finem. quibus adſti-
pulatur tex. ad hoc celebris in cap.
fœlicis. de pœnis. in. 6. §. verum. Et
præterea huic opinioni nihil obe-
runt quæ in contrarium adduci ſo
lent. nam hic agimus de actibus ex
traiudicialibus, & qui priuata au-
thoritate in temporalibus fiunt:
imò matrimonium cõtractum ab
excommunicato, & religionis pro
feſſio ab eo facta tenent, & valent:
ſicuti & nos in Epitome in. 4. de-
cret. tradidimus. 2. part. capitulo. 6.
numero. 3.

Nec cõmunicatio cũ excõmuni
catis propter cõtractus prohibetur,
imò contractus propter cõmunio-
nis prohibitionem: quæ tamen pœ
nam habet à iure ſtatutam: qua
ſatis eſt afficere ipſos cõmunican-
tes cum excommunicatis. Ea verò
pœna, quod contractus ſit nullus,
nullibi in iure ſtatuta eſt, nec pro-
batur: idcirco iſthæc opinio verior
apparet: tametſi cõtrariã quidã de
fendere conẽtur, præſertim Hoſti.
in dict. capitulo, veritatis. & Fortu
ni. in lege, Gallus. §. & quid ſi tan-
tum. ff. de lib. & poſt. col. 21.

¶ Poſtremò illud eſt adnotandũ,
non adeo ſuperſtitioſe communio
nem cum excommunicatis inter-
dictam eſſe, vt nõ liceat vllo pacto
10 cum illis communicare. Etenim in
his, quæ ad eorum correctionem,
& ad ſalutem animarum pertinẽt,
licitum eſt, imò pium cum illis cõ
municare: ad illos quidem inducẽ-
dos in viam rectam, & à praua, peſ
ſimaque contumacia auertendos,
vt tandem eos ad gremium redu-
camus eccleſiæ, à qua propter co-
rum demerita ſunt eiecti. hoc per-
mittunt leges Pontificiæ in capitu-
lo, reſponſo. & in capitulo, cum vo
luntate. in princip. hoc tit. de ſent.
excom. docet Gratianus in capitu-
lo, cum excommunicato. 11. quæ. 3.
ex authoritate Iſidori, cuius memi-
nit Iuo Carnotenſis lib. 5. de ſent. ex
communicatio. notat Thomas in
4. ſent. diſt. 18. quæ. 2. art. 4. diuus itẽ
Auguſtinus enarrans Pſal. 54. ſic ait:
Diligamus inimicos, corripiam⁹,
caſti-

castigemus,& excommunicemus, cum dilectione etiam à nobis separemus. Videte enim quid dicat Apostolus,Si quis autem non obaudit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, & nolite commisceri cum eo.Sed nè subrepat tibi iracũdia,& turbet oculũ tuum, non inquit,vt inimicum eum existimetis sed corripite,vt fratrem, vt erubescat. à quo indixit separationem, non præcidit dilectionem. Hęc Augustinus,cuius minimit Alfõsus à Castro de hæres.verb.excõmunicatio .ad finẽ.vnde cõstat,non prohiberi cum excommunicatis colloquium,quod ex charitate procedit,& ad charitatẽ ordinatur: modò id syncere fiat, absq; cautela & simulatione: nam si quis alloquatur excommunicatum,sciens nihil id colloquium ad salutem conducturum, simulatione quadam potuis quàm animo fraternæ dilectionis, & correctionis,seipsum decipit,nec pœnam iure statutam euadit. Quod in specie notat Ioannes Maior in.4.sent.dist.18.quæs.2.argumento.4.igitur erga excommunicatos perseuerare debet diligentia charitatis, eos inuitos castigando, & stimulando: quem ad modum & phrenetici, & lethargici nolentes ligari,nec excitari, castigantur, & stimulantur, vt excitentur, & ad sanam mentem redeant, authore Augustino in epistola ad Festum.167.

Ex.§.sequenti.

1 *Communicatio cum excommunicatis, etiam per epistolam aut nuntium prohibita est.*
2 *Episcopus non potest communicare cum excommunicato, etiam à seipso, ante solennem absolutionem.*
3 *Excommunicatus iure veteri statim vitandus erat, occultus quidem, occulte: publicus verò,publice.*
4 *Fama excommunicationis,an sufficeret ad vitandum excommunicatum.*
5 *Excommunicatio,an præsumatur in dubio lata ante appellationem.*
6 *Semel excommunicatus præsumitur in eadem excommunicatione manere, donec constet de absolutione.*
7 *Expenditur latè constitutio,ad euitenda scandala,concilii Basilienſis.*
8 *Quis dicatur nominatim excommunicatus?*
9 *Sententia declaratoria, an sit necessaria in notoriis?*
10 *Missarum solennia, an sint audienda à notorio fornicatore,& concubinario.*
11 *Excommunicati ex constitutione Basilienſi nullam consequuntur vtilitatem :idcirco tenẽtur ipsi à communione abstinere, & alios vitre,etiam ante denuntiationem.*

§.Secundus.

A Deò sanè prohibita est communio cum excommunicatis, vt nec ea licita sit verbo nec per epistolam.tex. optimus, vbi hoc Doct. notant in capitulo, si ali-
1 quãdo.de sent.excom.glo.1.in.ca. constitutionẽ.hoc eo.tit.& lib.vbi Doc.glo.in Cle.vlt.& ibi præter alios Bonifaci.nu.7.eo.tit.Feli.in.c.

ego

ego.N.col.2. de iureiur.Roma. & Iason in.l.1.in prin.3.col.ff.de verb. obligatio. Deci.in cap.2.col.2. de exceptio. quibus adstipulatur tex. in capitu.clericus.81.dist. & in cap. vbi periculum.§.nulli.de elect.ist. lib.& in.l.1.ff.ad.l.Iul.maiesta.quibus in locis constat paria esse quid quam tractari verbo,nuntio,& epistola. qua ratiõe in hac specie cõmuni omniũ sentẽtia receptũ est quod modò expressim adnotabimus.

¶Hinc profectò satis probatur, episcopũ nõ posse licite cõmunicare cũ excõmunicato,etiam ab eodẽ, ante formalem absolutionem ab
2 excommunicatione.imò si cõmucauerit pœna minoris excommunicationis à iure ea ex causa indicta, afficitur.tex.& ibi Doct.in capitulo,cum desideres.de sent. excom. glo.& ibi Donini.Francus, & alii in capitulo,Statuimus. hoc tit. & lib.Hosti.& Doct.in capitulo,nuper.eo.tit.quorum opinio communis est.nec in hoc casu est locus cõstitutioni in Clem.vlt.eo.titul.vbi constat,Papam communicantem, etiam ex certa scientia cum excommunicato ex hoc minime videri eum absoluisse,nisi expressim dixerit,& voluerit,eum haberi pro absoluto.Etenim hæc posterior illius constitutionis pars in episcopo nequaquam obtinet: qui tenetur in absolutione ab excommunicatione solennẽ formam iuris seruare, secundum glo.communiter receptã in dict.Clem.vlt.Abb.& Feli.post alios in dict. capitulo,cum desideres.Fortassis idem erit in episcopo, qui verè absoluit absque forma iuris,licet male faciat eam prætermittens: iuxta ea, que tradentur inferius.§.11.num.7.

¶Quo autem tempore sit vitandus excõmunicatus, plerique dubitârunt:nos verò iure veteri Pontificio hanc constituimus vnicam conclusionem. Excommunicatus vitandus est,statim quod constat, eum esse excommunicatum. Hæc probatur ratione, & his authoritatibus,quibus apparet,excommunicatũ vitandum fore. Etenim occulte excommunicatus, modò de hac constet excommunicatione,vitandus erit,quia excommunicatus est: nec ob occultam censuram,desinit, aut cessat in eo excommunicatio. nam denuntiatio excommunicati minime eum excõmunicat, sed excommunicatum declarat. capit. Pastoralis.§.verum.de appellat. statim siquidem absque vlla exequutione excõmunicatio afficit eum, in quem fertur.vnde siue occulta sit,siue publica excommunicatio, tenetur qui scit,excommunicatum vitare.glo.per tex.ibi communiter
3 probata in capitulo,cũ non ab homine.de sent excom.quo in loco summus Pontifex hoc vtitur moderamine,vt excommunicatus occultus,& secretus,minime vitetur publice,sed tantum secretò.excommunicatns autem publicus publicè etiam vitetur:imò nec secretò tenetur

netur quis vitare excommunicatū, quem ipse scit excommunicatum esse ex reuelatione confessionis sacramentalis, id est sibi facta in confessione sacramentali: quem ad modum notant Hosti. & Henri. in dict. capitulo, cum non ab homine. Richard. in quarto sēt. dist. 21. Domini. à Soto in relectione de ratione tegendi secretum, membro tertio, quæs. quarta, dubio tertio. & hoc ratione illius omnium maximi sigilli, quod confessioni sacramentali conuenit ad secreti obseruationem: quanuis Scotus in dict. 21. dist. contrarium teneat, scribens, confessorem teneri vitare excommunicatum, quem ex reuelatione secretissima confessionis scit, in excommunicationem incidisse, adhuc coram aliis, si id fieri possit, absque confessionis reuelatione. Hoc enim falsum est: nam confessor & si scientiam istam habeat, verè ignorans est huius excommunicationis: cum ea lata sit à lege humana exteriori, & per actum exteriorem debeat eius scientiam habere, vt vitare teneatur ipsum excommunicatum. quam ob rem nec secretò tenetur hunc excommunicatum vitare, licet Adria. in quarto dum tractat de confessionis sigillo in capit. circa materiam. ad finem, reprobans Scoti sententiam concedat, hunc confessorem teneri ad secretò vitandū istū excōmunicatū: quod adhuc falsum esse censemus.

¶ Quid autem de excommunicato, qui nec secretus, nec publicus est: nam si quis sciat Petrum excommunicatum esse, ac possit eandem excōmunicationem probare duobus testibus: profecto hic non est publicus excommunicatus, nec itidem occultus: & tamen Panor. Hēri. & Feli. in dict. capitulo, cum nō ab homine. rursus idem Henri. in dict. capitulo, cum desideres. col. 2. opinantur, teneri quem vitare hūc excommunicatum: cum is occultus excōunicatus nō sit. Sed in hac specie contrarium notat Innocent. in capitulo, inquisitioni. de sent. ex com. quem sequūtur ibi Anton. Card. & doctor. frequentius existimantes, excommunicantum nō esse ante denuntiationem publice vitandū, nisi sit notorie excōmunicatus: in quā opinionē inclinant Durand. in. 4. sent. dist. 18. q. 5. & ibi Paluda. q. 6. nec enim tenetur quis testes in publicum producere, vt publice teneatur excommunicatū vitare. sic denique magis applaudet Innocen. sententia contra Panor. & alios, qui de publice vitando excommunicato tractauere: nam de secreta, & occulta euitatione dubium non est: cum secretè vitandus sit etiam occultus excommunicatus: sicuti constat in dict. capit. cum non ab homine.

¶ Illud verò non est prætermittendum, ad hunc effectum, vt excō municatus publice vitandus sit ante denuntiationē, sufficere famā publicam ipsius excommunicationis: quod

quod probatur in dict.cap.cum de sideres.2.eius parte. Nec videri debet hoc cuiquam mirum esse: si quidem hoc non est ex sola fama publica ita constituendum,sed tũc demum, cum propter famam fuerit indicta compurgatio,quam subire is noluerit, vel in ea defecerit: vt ex eodem capitulo,cum desideres.apertissime colligitur,secundũ Innocent. Ioan. Andre.Card. & Ancha.inibi:Domi. in cap.1.§.vlt. col. pe.de homicid. in.6.is etenim qui deficit in compurgatione, aut eam subire sibi iure indictam recusat, præsumptione quidem admodum vrgenti cõuincitur.glo.communiter recepta in cap. insinuatũ. de Simonia.& in capitulo,inter.de purgat.canoni. sed Panormit. & Henric.in dict.cap.cum desideres. Roma.cons.237.col.vlt. Bald.in.c. 1.in principi .hîc finitur lex: & con sue.regni incipiũt.existimãt,solam famam publicam sufficere ad euitandum excõmunicatum.Hic etenim agimus de animarum salute, atque ideo fama sufficiens testimonium est,vt interim vitemus eum, qni ex ea censetur excommunicatus: quod apertissime probatur in dict.capitulo,cũ desideres.2.part. quo in loco summus Pontifex simpliciter statuit, excommunicatum vitandum esse propter solam famã, donec seipsum compurgauerit. Vides igitur lector optime solam famam sufficere, vt excommunicatus euitetur,nec ad hanc euitationem, compurgationis defectum expectandum fore.idem constat in cap.illud. de clerico excõ. ministr. Etenim in eo responso consulitur excommunicato, quod propter solam famam publicam excommunicationis,abstineat à diuinis.in dubiis siquidem,vbi de periculo animæ agitur, adhuc in exteriori iudicio certior via est eligenda. glo.in capitulo.1.de scruti.& in cap.iuuenis. de sponsali. qua ratione fama publica sufficit, vt excommunicatus vitetur:sicuti notant Abb. Rauẽna & alii in dict.cap.illud. quẽ tex.ad hoc dixit singular. Areti. in capitulo inquisitionis.§.vlti.de accusat.notat Gonsalus à Villadiego in tract.de irregularit. cap.2.col.2. qui tamen exigit,famam istam aliquo adminiculo coadiuuari.Cui adstipulatur decisio tex. in cap. cũ tu.de testib.vbi probatur,in dubio præsumi quempiam nulla esse affectum excommunicatione.Sed tamen illa responsio specialem rationem habet,nempe cum vtrinque adductis testibus, & probationibus,dubium constituitur,an excõmunicatio lata fuerit post appellationem, vel ante eam.is etenim qui allegauit,excommunicationem latam finisse post appellationem, vt ea nulla iudicetur,id legitime probauit per testes hoc ipsum apertissime testificantes.hæc verò probatio non cõfunditur per probationem alterius,qua testes asseuerant,excõmunicationem latam fuisse ante

appella

appellationẽ:cũ potuerit verè excõ
municatio,de qua hi teſtes intelligũt,ferri ante appellationẽ ſecũdo repetitã,& interpoſitã,nõ tamẽ ante omnẽ appellationẽ eã latã fuiſſe cõſtat:quod neceſſariũ eſt.præſumitur ſane potius ſæpius appellatum,
5 quàm ſæpe latã fuiſſe excõmunicationẽ:cũ ex natura rei appareat frequẽtiſſime,appellationẽ repeti: nõ ita excõmunicationẽ:quæ ſentẽtia grauis eſt,atq; ideo maturo cõſilio ferẽda.vnde cõſtat ratio tex.in dict. capitulo,cũ tu.quẽadmodũ ibi explicãt Panormit.Felin.& alii.Iaſon in lege.2.C.de bono.poſſ.ſecundũ tabul.miſſam equidẽ facio rationẽ illã,quæ ſolet huic aptari reſponſo: ſcilicet,ad vitandũ periuriũ in teſtibus,Romanũ Põtificẽ in dict. cap. cũ tu.præſumpſiſſe,appellationẽ ſæpe propoſitã fuiſſe:quod Doct.notant in dict. lege.2. & aliquot ex Canoniſtis in dict. capitulo,cum tu.poſt glo. ibi.Andre.Alciat. in tract.de præſumpt.reg. tertia,præſumpt.16. num. tertio .quia iſthæc ratio ſufficiens non eſt, & ideo cõmuniter refellitur,vt ſcribit Feli.in dict.cap.cum tu.col. penult. nam in ea Decretali Romanus Pontifex pronuntiat ſententiam excommunicationis eſſe nullam , quia lata poſt appellationem:nec tractat de periurio teſtium excuſando , ſed potius de præſumẽda iuſtitia ipſius actus:licet eadem vtatur præſumptione ad hoc nè teſtes reatu periurii notentur.

Hinc ſane expendi poterit adnotatio glo.celebratiſſimę in cap. venerabilibus.§.vlt.hoc eo.tit. & libro:quæ authoritate illius tex. reſpõdit, in dubio quoties agitur,an excommunicatio præceſſerit appellationẽ,vel eam ſequuta fuerit,præſumendum fore,ipſam excommunicationem præceſſiſſe.quam equidẽ glo.laudant nirum in modum Doct.ibidem.Antoni.Areti. & Fe. col.3.in cap.cum tu.de teſti.idẽ Feli.in cap.Apoſtolicæ.num.18.de exceptioni.Feli.rurſus in cap.auditis. de præſcript.num.33.idem in capit. nouit.de iudic.col.2.Deti.in capit. in præſentia.col.5.num.13. de probat.Anto.& Imola in cap. Super eo.in.2.de appellat.vbi Deti. col.1. aſſerit,hanc opinionem cõmunem eſſe:quæ verior eſt:licet Deti. poſt Bal.ibi cõtrariã exiſtimet,iure probabiliorẽ eſſe.præſertim cõmunis ſententia ex eo procedit, quia ſatis ſtrictam habet eius praxim , ſi tres caſus & ſpecies conſideremus.

Primus enim caſus cõſtituitur in animę iudicio quo ad hunc effectũ, vt abſtineat quis à diuinis officiis: & tũc præſumendũ eſt,excõmunicationẽ præceſſiſſe, & appellationẽ poſt eã ſequutã fuiſſe.ita ſane in hac ſpecie admonet, & probat Card. in Cle.1.quæſ.15.de ſepult.Deti. itẽ in dict.cap.ſuper eo.cum ſit in dubio tutior via eligenda:ſicuti paulò ante tradidimus.

Secũdus caſus eſt , cũ appellatio ipſa ad excõmunicationẽ refertur:

quia

qa interponitur ab ea: & in hoc ca su vera est cõmunis opinio, vt præ sumamus, excommunicationem præcessisse: secũdum Bald. in lege, ampliorem. §. vlt. C. de appellat.

Tertia species exponitur in hunc quidem modum, vt quicunque al legauerit vel excommunicationẽ, vel appellationem præcessisse, is te neatur id probare, nec vlla possit vti præsumptione. lege, ei qui. ff. de probat. l. actor. C. eo. tit. nam qui fundamentum intentionis proprie assumit à tempore, probare tenetur ipsum tempus. l. vlt. & ibi Baldus. C. an seruus ex suo fact. Bart. & Alex. in. l. non solum. §. sed vt probari. ff. de noui oper. nuntiat. id circo in hac quęstione communis sententia in hunc sensum est accipienda: vt explicant Rota Antiqua 317. Deti. in dict. capitulo, super eo. col. 1. & 2. præmittuntque idem Panor. & alii in dict. capitulo, cũ tu. quod si hæc vera sunt, tunc demũ præsumptioni, de qua opinio communis agit, locus erit, cum pares sint super hac re probationes de eadem quidem excommunicatione, & itidem de eadẽ certaque appellatione: præter responsum & interpretationem Romani Pontificis in dict. capitulo, cum tu. in quo Canonici allegantes, excommunicationem post appellationem latam fuisse, satis hoc probasse videntur per testes idoneos, licet è contrario probatum fuerit, appellationem propositam fuisse post excommunicationem. Quibus illud addere non prætermittemus, quod excommunicatio lata ante appellationẽ, valet, & ligat nec reuocatur attentatorum remedio, etiam si lata sit intra terminum datum ad appellandum. glo. verb. appellatum. in cap. venerabilibus. §. porrò. ist. tit. cuius opinionem contra Ioan. Mona. fatẽtur communem esse Domini. & Franc. ibi. & eam sequitur Feli. in capitulo, quo ad consultationem. de re iudi. num. 26. quod est maxime obseruãdũ ad limitationẽ tex. in capitulo, non solum. de appellat. ist. lib. quia excommunicatio vel statim tenet, vel est, nulla: nec pendet ad appellatione proponenda, si simpliciter lata fuerit.

Hæc profecto hoc in loco ea ratione tradidim⁹, vt cõstet, quo ad euitationem excommunicati sufficere famam publicã absque alio quidẽ adminiculo: quod in dict. capit. cum desideres. & in dict. capitulo, illud. satis probatur: & id magis cõmuni sententia receptum est. non enim agitur de graui præiudicio. Quod si ageretur de puniendis his, qui excommunicatum non vitauerint, aut de pœna ipsius excommunicati, qui se immiscuit diuinis, dubio procul non sufficeret excommunicationis probatio per publicam famam. tex. optimus in dict. capitulo, illud. notant Feli. in capit. cum cõtingat. col. 3. de rescript. idẽ in dict. cap. cum desideres. col. 1. & in dict. capitulo, cũ tu. col. vlt. Antoni.

toni.in cap.veniens.col. vlt.de testib.in.1.Deti.in cap.1.de appellat. col. penul.tex. ad idem singul.in capi.1.de exceptio.ist.lib.cuius statim in.§.sequenti mentionem agemus.hi ergo authores, qui voluerunt,famam solam,etsi publica sit, non sufficere ad probandam excõmunicationem,admittẽdi nõ sunt quo ad effectum vitandi excõmunicatũ,quæ quidẽ vitatio modicũ infert præiudicium,& præterea in dubio cautior est.eorũ verò sententia vera erit,si tractetur de pœna inferenda his,qui cõmunicarũt cũ excõmunicato,vel ipsimet excõmunicato,qui se diuinis officiis minimè abstinuerit,aut tandem de alio graui prẹiudicio.quod ex prẹmissis constat. Idcirco cum interdictum ecclesiasticum maximum inferat præiudicium populo Christiano: nõ erit id obseruandũ propter solã famam, nisi aliis coadiuuetur adminiculis.quod probatur in cap. 1.de postulat.prẹlat.vbi hoc ipsum notat Deti.nu.27.licet Abb. & Barb.ibi simpliciter plurimum tribuentes famẹ, contrarium voluerint.

¶Verùm si constiterit, semel quẽ excõmunicatũ fuisse,prẹsumendũ
6 est,eũ adhuc in eadẽ esse excommunicatione,donec appareat,eũ absolutũ esse:etenim ex eo,quod allegatur Petrum excõmunicatum nunc esse,& probetur excommunicatũ fuisse,prẹsumitur adhuc in eadem manere excõmunicatione. cap.sicut nobis.& ibi Abb.de sent.excõm.glo.insignis in cap. proposuit.de cleri.excõm.minis. vbi Abb. & Doct.eam communi consensu sequuntur:notat Rota in antiquis 238. Ancha.cons.64.Feli.in.cap.scribam.nu.3.de præsumptio. Euerardus loco à tempore ad tempus,ca. 42. Andre. Alciat.de præsumptio. reg.2.præsumpt.6.qui tamen hanc opinionem intelligit in excõmunicatione lata simpliciter. Nam si ea conditionalis sit,non obtinet hæc præsumptio:potuit enim qui excõmunicatur pendente conditione satisfeciisse.quod ita tenerunt Innocent.in capit.super his. de accusat. Abb.in dict.cap.proposuit.& Rota in nouis.444.imò & præter istũ casum, etiam si excommunicatio non sit conditionalis, sed simplex, nihilo minus quo ad communicãtes cum eo præsumitur absolutus, si communi opinione existimatur iam absolutus,& liber ab excommunicatione.itẽ vbi esset elapsum à tempore excõmunicationis aliquod tempus ita longum, vt attẽta qualitate personæ, præsumendũ arbitrio boni viri sit, eum iam absolutum fuisse,& ad gremium ecclesiæ rediisse:secundum Abb. & Doct.in dicto capit.proposuit. vnde inspecta integritate illius, qui olim fuerit excommunicatus, eiusque proprię spiritualis salutis cura, & solicitudine, liceret cum eo cõmunicare absq; vllo criminis, & pœnæ periculo:vt expresse docent

Henricus in dict.capi.cum desideres.& Sylvest.verb. excommunicatio.5.dubio.17.

¶Has autem veterum concertationes in ea quæstione,quando sit excommunicatus vitandus, dirimere cupiens synodus Basilien sis, in hunc sane modum statuit sessione 20. vndecimo Calendas Februarii anno Domini.M. quadringentesimo tricesimoquinto.

Ad vitandum scandala,& multa
7 pericula,subueniendumq; conscientiis timoratis,statuit etiam, quod nemo deinceps à cõmunione alicuius in sacramentorum administratione,vel receptione, aut aliis quibuscunq; diuinis,vel extra,prætextu cuiuscunq; sententiæ,aut censuræ ecclesiasticæ,seu suspensiõis, aut prohibitionis ab homine,vel à iure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere,vel aliquem vitare,aut interdictum ecclesiasticum obseruare,nisi sententia, prohibitio,suspensio, vel censura huiusmodi fuerit in vel contra personam,collegium, vniuersitatem,ecclesiam, aut locũ certum,aut certam,à iudice publicata,vel denuntiata specialiter, & expresse,aut si aliquam ita notorie excommunicationis sententiã constiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari,aut aliquo modo iuris suffragio excusari. Nã à cõmunione illius abstineri vult iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos,suspensos,interdictos, seu prohibitos,non intendit in aliquo releuare,nec eis quomodolibet suffragari.Hactenus synodus Basiliẽsis ante eius dissolutionem, vt author est Florenti.3.part.tit.25.capit. tertio.huiusq; decreti iuxta hanc seriem meminere pragmatica sanctio Gallicana, titu.de non vitandis excommuni.in princip.Panormita.in Clemen.2.de senten.excõmuni.Nicolaus in supplemento Pisanellę:verb.clericus.3.in fine.eandem literam agnoscere videtur Felin.in cap.ad probandum.col. penult.de re iudicat.

litera Basiliensis Synodi.

Quidam verò ex concilio Cõstantiensi eandem constitutionem referunt paululũ mutata litera quo ad eius secundam partem,ita quidem exceptionẽ à regula priori exponenti:saluo si quem pro sacrilega manuũ iniectione in clericum sentẽtiam latam à canone adeò notorie constiterit incidisse, quod factum non possit aliqua tergiuersatione celari,Nec aliquo iuris suffragio excusari. Hæc sane est sententia præcitatę constitutionis: quemadmodũ eã retulere Floreti.in dict.cap.3. & idẽ in tract.de censuris:cap.83.Feli. in cap.cum nõ ab homine.de sent. excom.idem in cap.Rodulphus.de rescriptis.col.penult.Sylvest.verb. excommunicatio.5.q.tertia. Ioan. Driedo de libert.Christ.pagina.88. Maior in.4.sent.dist.18.q.3.Caiet.in summa,verb.excommunicatio minor.& in secunda secundę,quęstione.12.articu. vlti.Deti.in capitulo

2.de

2.de exceptionib.col.2. Adria.in.4. sent.tract.de confessione.q.9. rursus in tract.de eucharistia.q.vlt.in cap.oritur quæstio.idē Adrian. in materia de clauibus. q.3.quo in loco etiam meminit Basiliēsis decreti secundum eam lectionē,quā nos adduximus.Ex quibus satis appareret maximū discrimē inter has prę dictæ constitutionis literæ diuersas lectiones.Etenim ex Constantienſi apertissime probatur,non omnē notorie excōmunicatum ante denūtiationē vitandū fore, sed eū tantū,qui ex causa iniectionis manuū in clericū omnino notoriè sit excōmunicatus.At ex Basilienſi cōcilio constat, quemlibet omnino notorie excōmunicatum ante denuntiationem vitandum esse.Tandem Feli.in dict.cap. Rodulphus. col.vlt.dubius est hac in re ea quidem ex causa, quod non legerat, nec viderat acta concilii Basilienſis:& tamen in hanc inclinat sentē tiam,vt existimet, concilii Basilienſis literam, vt posteriorem obseruandam esse,quod & Sylue.apertius fatetur.eandem concilii Basilenſis cōstitutionē referet Martinus Azpilcueta in ca.1.§.laboret.de pœnit.dist.6. num.10. etiam si memi nerit alterius literæ, quæ citatur ex Constantiēsi synodo. ego verò & si sæpissime perlegerim acta,& Canones concilii Cōstantienſis, nusquam tamē hanc constitutionem potui reperire:atq; ideo opinor fuisse à Martino Quinto tēpore eiusdē cōcilii conditā absq; ipsius concilii Decreto.Deinde video apud acta concilii Basilienſis legi,& contine ri eandem constitutionē iuxta sensum,& lectionē paulò ante notatā: cui standū esse cēserem dubio procul,nisi à tot authoribus iuxta sensum alterū hæc ipsa constitutio foret sæpissime citata: & nihilo minus minimè auderē à Basilienſi cōstitutione discedere:cū ea posterior sit,& quæ in illa synodo, & Cōstantienſi acta fuerunt circa damnationē quorundā articulorū hæreticorum,& causas beneficiales,ac censuras,approbata fuerint Apostolica authoritate.sicuti apparet ex Bullis Martini quinti, & Nicolai quinti Romanorū Pontificium:quæ quidem approbationes in ipso conciliorum codice continentur.

Ex omnibus his deducit per hāc constitutionē,vtcūq; ea legatur,tolli,& corrigi distinctionē tex.in ca. cū non ab homine.de sent.excom. quo expressim probatur, excōmunicatū publicū,publice vitādum: excōmunicatū vero occultū,occulte,& secrete.Etenim etiā secreto vitandus non est excōmunicatus occultus,& secretus.quod in dict.cōstitutione,ad sedandas proborū virorum conscientias statutum est.

Secūdò deducitur ab eodē decreto,nō esse vitādū ante denūtiationē excōmunicatū,cuius excōmunicatio duobus etiā testibus probari possit,nec publice,nec priuatim.atq; ita probatur opinio Innocentii,

cuius paulò ante mẽtionẽ fecimus §.1ſto.verſ.quid autẽ de excõmunicato. Ná non tenemur vitare excõmunicatũ ante denuntiationẽ,etiã ſi probare duob⁹ teſtibus poſsim⁹ excõmunicationẽ. Atq; ideo tollit opinio cõtraria Panor. Henrici, & Felini in dict.capit.cum deſideres.

Tertiò hinc conſtat non ſufficere famam publicam, vt teneamur vitare excommunicatos ante denũtiationem:non enim tenemur eos vitare, quanuis adſit fama publica excommunicationis.idcirco tollitur reſponſio tex.in dict.capi.cum deſideres.2.eius parte:de qua modò diſputauimus.

Quartò ex eadem conſtitutione ipſe infero,non eſſe vitãdum excõmunicatum ante denuntiationem, etiam ſi is ſpeciatim,& nominatim ſit excommunicatus,& mihi de ea excõmunicatione conſtiterit. hoc probatur: quia eadem conſtitutio Baſilienſis concilii exigit denuntiationẽ excõmunicationis,etiã ſi certa ſit excommunicatio.& præterea vſus,atq; communis interpretatio Chriſtiani orbis in hũc ſenſum accepit prædictã conſtitutionẽ:idcirco idẽ erit dicendũ in eo,qui nominatim fuerit excõmunicatus, vt is neceſſariò vitand⁹ minimè ſit,niſi poſt denuntiationẽ: quod expreſſim notat Choſmas in pragmati. ſanctione Gallicana,tit.de excõmunicatis non vitand.verbo generaliter.cui ſubſcribit egregius doctor Martinus Azpilcueta in dict.§. laboret.num.22.tametſi Adrian.in.4 ſent.tracta.de ſacramento euchariſtiæ:ca.viſo de impedimẽtis. verſ. quantum ad tertium.& in tracta. de confeſsione,dubio.9.teneat contrarium:exiſtimans excommunicatum nominatim,& ſpecialiter, vitandum:eſſe ab eo qui ſcientiam excommunicationis habuerit, iuxta diſtinctionẽ tex.in dict.ca. cũ non ab homine. Etiam ante denuntiationem.Cuius opinionis ea eſt ratio,quod conſtitutio Baſilienſis cõcilii tantum reſtringat vetera iura quo ad excõmunicatum generaliter,nec quidquam mutauerit quo ad nominatim,& ſpeciali excõmunicatione affectum.Et quia fortaſſis quibuſdam hęc Adriani ſententia placebit,oportet exponere, quis dicatur nominatim excõmunicatus.Nam & Ioan.à Medina in Codice de pœnitent.tract.2.cap.de cõfeſsione confeſſori excommunicato facta, idem quod Adria. tenet: licet ſuſpicetur,contrariam ſententiam conſuetudine receptam eſſe.

Et Bernard.in cap.à nobis.in.1.de ſent.excõ.aſſerit, eum dici nomina
8 tim excõmunicatũ, qui fecerit aliquid cõtra canonem ita excõmunicationẽ decernentẽ: Quiſquis hoc fecerit ſit excõmunicat⁹. Etenim ſi conſtiterit, Petrum actũ hũc prohibitum feciſſe,erit nominatim excõmunicatus. quę quidem concluſio nec vera eſt,nec probat in locis per glo.adductis.atq; ideo frequẽtiori doctorũ ſuffragio improbat.

eſt

est ergo,& dicitur ille nominatim excõmunicatus qui hac notatur cẽ sura expresso nomine proprio: aut aliquot appositis signis,quæ certe, & absq; vllo dubio eum, qui excõ municatur significent, & demonstrẽt.tex.optimus in.l.nominatim. ff.de cond.& demonst.l.prima,& 2.ff.de lib.& posth.§. nominatim. Inst.de exhæred.lib.ex quibus hãc opinionem adnotarunt glo.in capitulo,cum & plantare. §. excommunicatos.de priuileg.& in capi. constitutionem.hoc tit.& lib.glo. in cle.1.verb.nominatim.de vit.& honest.cleri.quas Doct.communi consensu probant,& sequũtur inibi.& Panor.in cap.in Lateranensi. de præb.Card.in dict.Cle.1.7.quæ. idem in Cle.1.de sepult.Areti. post alios in.l.1. & Soci.in.l.2.ff.de lib. & posth.Chosmas in prag.sanctio ne tit.de excommunicatis non vitand.verbo,expresse.quorum sententia ea ratione constat quantum ad hunc tractatum,quẽ modò explicamus,quia tantum hic requiri tur,quod nominatim fiat excommunicatio ad certitudinem illius, qui excommunicatur. Quod si ad substantiam, & formam exigatur nominatim aliquid fieri,an sufficiat, signa aliquot adscribi omisso nomine proprio,quæ certum con stituant eum, in quem actus dirigitur,tradunt Iason,Areti.& Soci. in dicta lege prima,& secũda,post alios.ff.de liber. & posth. Abb. in dicto capitulo, in Lateranensi. Tiraquellus,in lege,si vnquam.C.de reuo.donat. verbo, reuertatur. numero.234.

Quintò perpensa litera Concilii Basilienses colligitur,notorie excõmunicatum ita,vt nulla possit tergiuersatione celari,aut excusari, vi tandum omnino esse.quod manifeste probatur in eadem constitutione,qua quidem partim sustinetur quod veteri iure statutũ est in dicto capit.cum non ab homine. siquidem ex eo etiam ante denuntia tionem vitandus est secreto, & publice is,qui publice,& notorie sit excommunicatus.Etenim iure cõcilii Basilienses ea conclusio obtinebit, cum ita notoria fuerit excõmunicatio,quod nulla possit excusatio suffragari.Huic interpretationi conuenit quod Feli.tradit in dicto cap.Rodulphus.de rescript.nu
9 me.37.post Panormit.in capi.cum nõ ab homine.de iudic.col.12.versi.sed certe subtiliter. & Domini. in cap.cum secundum leges.de hæret.in.6.nempe,nullam sententiam declarationis requiri,aut necessariã fore,vbi quid notoriũ ita sit, quod nullam excusationem habeat,nec possit vlla tergiuersatione celari: licet alioqui declaratio necessaria sit vbicunque pœna aliqua, etiam ipso iure pro aliquo crimine infligitur. capitulo,cum secundum leges.de hæret.ist.lib.lege, eius qui delatorem.vbi Bartolus.ff. de iure fisci.Ancharran? in Clement.1.notab.6.de pœnis.Guilielm.à Monte

Lauduno in cap.vnico,ſupra,de vita,& hon.cleri.Feli.in cap.2. col.1. &.2.de ſponſ.Abb.in conſ.68. lib. 2.Francus in cap.vlti.col.penul.de confeſſ.in.6.his etenim in locis frequentiſsimo omnino conſenſu receptum eſt, regulariter ſententiam in pœnis ipſo etiam iure ſtatutis requiri,quæ declarationem inducat. & tamen eam nõ eſſe neceſſariam, vbi crimen ita notorium ſit, quod nulla poſsit obtegi,aut celari tergiuerſatione, adnotarunt Panormit. Domi.& alii modò expreſsim citati.& idem Panor.in capitu. cum Vintonienſis.de electione.col.vlt. Sed hæc conſideratio non omnino congruit huic materiæ: ſiquidem ante cõcilium Baſilienſe ad euitationem publicam excommunicati,ſatis erat ſufficiens ipſa publica excommunicatio, licet non foret ita notoria,quod nulla tergiuerſatione celari poſſet:& ad occultam, ſufficeret item occulta excommunicationis ſcientia:ſicuti probatur in dict.capitu.cum non ab homine.de ſent.excõ. nec oberit tex. in ca. peruenit.in.1.de appellat.vbi denuntiatio neceſſaria videtur aduerſus notorium percuſſorem clerici. quia inibi tantum agitur de ea quęſtione,an non obſtante appellatione ſit declarandus,& denũtiandus notorius percuſſor clerici:& reſpõſum eſt à Romano Pontifice,quod non obſtante appellatione, quæ in ea ſpecie friuola eſt,iudex procedat ad declarationem,& denuntiationẽ notorii percuſſoris clerici. quin & præter iſta opinio Panormitan. & Feli.tunc vera erit, cum iudex exequutionis,ſit etiam iudex competens ad cognitionem ipſius cauſæ:tunc etenim non erit neceſſaria ſententia declarationis,ſi ita notorium ſit crimen,quod nulla valeat excuſari ratione:ſed poterit exequutio fieri abſq; declaratione, at ſi iudex,qui exequuturus pœnam eſt, non ſit iudex competens cauſæ cognitionis,profecto etiam in notoriis omnino,erit neceſſaria declaratio illius iudicis, qui de re principali iure cognoſcere poterat:quod notant Domini. in conſil.136.col. vlti.& Alberti.in rub.de hæret.q. 13.numero.43. & .46. ipſe verò adhuc indiſtincte potius admitterẽ eam opinionem, quæ declarationẽ requirit ad exequutionem pœnæ,etiam ipſo iure impoſitæ,etiam ſi notorium crimen ſit, & itidem eius author:quod praxis recepiſſe videtur: & plurimum probat tex. in dict.capit.peruenit.& in cap.inter dilectos.de exceſſ.prælat. atque ita aduerſus Felin. & alios tenent Hippo.in rub.C.de probationi.numero.226.Caieta.2.2. quæſtione.12. articulo ſecundo:& Sylueſt. verb. Aſſaſinus.in fine.quibus addi poterit,etiam ante declarationem poſſe conferri beneficium eccleſiaſticum tanquã ipſo iure iam vacans: licet non poſsit poſſeſsio auferri ab ipſo poſsidente, donec lata ſit ſententia declaratoria, ſecũdum

Fran-

Franciſ.de Ripa in capitu.ſæpe. de reſti tut.ſpoliat.col.penulti. cuius ſententia erit obſeruanda ad interpretationem tex.in capit.1.de homicid.iſt.libro.

Supereſt igitur,quo ad excommunicati cuitationem,nouam eſſe cõſtitutionem iſtam concilii Baſilienſis ad exceptionem notorii excommunicati,in hoc equidem ſenſu, ſi præmittamus Martinum quintum iam olim tempore Conſtantienſis ſynodi, tantum excepiſſe notoriũ clerici percuſſorem:quod ſi vetera iuxtà obſeruanda forent, maxime his conueniens eſt ſimplex,ac generalis exceptio notorie excommunicati:tametſi ea non admodum cõueniat fini,in quem iſta conſtitutio dirigitur:nempe ad vitanda ſcãdala,& ſedandas proborum virorum conſcientias.idcirco magis recepta eſt in Chriſtiano orbe Martini quinti,& Cõſtãtiẽſis cõſtitutio. illud vero eſt adnotandum,etiã cõſtitutionem Baſilienſis concilii in exceptione notorie excõmunicati, maxime differe à veteri iure. Nam ſecundum vetera iura ſatis erat,aliquem eſſe notorie excommunicatum eo modo,quo aliquid dicitur notorium iuris:ſcilicet per confeſſionem,per ſententiam, & ſimilia argumenta.cap.veſtra.de cohabit. cleri.& muli. At iuxta conſtitutionem Baſilienſem eſt neceſſarium, quod ſit notorius excõmunicatus per operis euidentiam,ita vt nulla poſsit tergiuerſatione celari: quod explicat Choſmas in prag.ſanctio. titu.de excõmu. non vitand.verb. ſuſpenſionis.

Sextò ex eiſdem conſtitutionibus poterit tolli anxia quædã quæſtio, quæ pleroſq; torquet. Etenim iure cautum eſt,non eſſe audienda miſſarum ſolennia, cum ea celebrantur à preſbyteris notorie fornicariis,& concubinã habẽtibus.ca. nullus.ca.præter.32.diſt.vbi doc.ca.vlti.& c.veſtra.de cohab.cleri.& mulier.glo.in cap.de homine.de celebr.miſſar.Henri.in cap.ſi celebrat. col.5.de cleri.excom.miniſtr.Theologi in.4.ſent.diſt.13.vbi Gabriel.q 1.dubio.4.Card.à Turre Cremata in dict.cap.nullus. nec item ſacramentum prœnitentiæ accipere ab eiſdem per confeſsionem ſacramẽtalem.Hoc ſiquidem verum eſt iuxta prædictarum coſtitutionũ deciſionem:tunc demũ,quando hic notorie fornicarius fuerit denuntiatus,vel in aliquo caſu excepto in dictis Martini quinti, & Concilii Baſilienſis Canonibus: quorũ paulò antè mentionem fecimus.ex quibus ita hanc cõtrouerſiam definiẽdam eſſe cẽſent Choſmas in dict. verb.ſuſpenſionis.Florent.2.parte, titu.9.capitu.10.§.vlti.Ioan. Maior in.4.ſent.diſtinc.9.dubio vlti.Sylueſt.verb. Miſſa.in.2. quæſtione.3. Adrian.in.4.ſenten.tract.de eucha riſtia.q.penulti.& in tracta.de cõfeſsione,quæſtione.9.Martinus ab Azpilcueta in cap.1.§.laboret.2.colu.de pœnit.diſt.6.

¶Postremò non est prætermittendum quod in eadem constitutione Basilienſis concilii parte vltima est statutũ:nempe per eã decisionẽ nullũ ius ipsis excõmunicatis tribui,nec concedi:imò ipsi iuxta ve-
ri teres Canonicas sanctiones, etiã ante denuntiationẽ tenentur abstinere ab his, quæ excõmunicatis sunt interdicta eodem modo,quo ante eandem cõstitutionem tenebãtur. iure autem Pontificio excommunicati,etiam ante denuntiationẽ, regulariter abstinere debent à cõmunione fidelium,quæ & aliis cum eisdem excommunicatis est interdicta.Nam & grauius peccatũ est excommunicato,si alios non vitauerit,quã aliis,si eum nõ fugerint, & ab eius communione abstinuerint.Magis etenim obligat excõmunicatus ad vitandũ alios,quã alii ad vitãdũ illũ.ipse siquidẽ excõmunicatus propter propriũ delictũ,& in pœnã illius obligat ad vitãdũalios. alii verò nõ in pœnã sui delicti,sed in pœnã ipsius excõmunicati tenẽtur vitare illũ.vnde sequitur,quod magis peccat excõmunicatus communicãdo aliis,quàm alii cõmunicãdo illi.tex.optimus in ca.illud. de cleri.excõ.ministr. glo. celebris in ca.quoniã.11.q.3.quę asserit,excõmunicatũ cõmunicando personis sibi subiectis mortaliter peccare,licet illę cõmunicando ipsi non peccẽt. Est tamen illius glo.conclusio in eum accipienda sensum,quẽ superius exposuimus in.§.præceden. nu.8.scilicet,maritũ non posse nec patrem cõmunicare vxori,aut filio excõmunicatis:quãuis hi absq; vllo crimine cõmunicare valeant marito,& parenti excõmunicatis.Nec glo.vsquam sensit,grauius peccare parentẽ excõmunicatũ cõmunicãdo filiis nõ excõmunicatis,quã ipsi filii,si liberi ab hac censura parenti excõmunicato communicauerint, qui tamẽ in hoc nullã culpã excõmunione contraxere.rursus in dic. ca.illud.Papa tantũ scribit, multo magis periculosum existere excommunicato nõ vitare,quã nõ vitari: quia nõ vitare,cũ in eo sit, excommunicatus sine delicto nõ potest: sed cũ ex aliis pendeat,sine suo delicto poterit non vitari.quibus sane verbis constat,excommunicatũ delinquere, si ipse minime abstinuerit à fidelium cõmunione: cũ in hoc dignus culpa sit: at si ab aliis nõ vitetur,nullo posse notari crimine:siquidẽ absq; eius culpa potest ab aliis nõ vitari.Ex his verò minimè colligitur,grauius peccare excõmunicatũ,si alios non vitauerit, quàm alii, si eum non fugerint. Hæc obiter adnotauimus, existimantes nihilo minus, excommunicatum regulariter peccare,si se cõmunioni fidelium,qua interdictus est,etiam ante denuntiationẽ immiscuerit:quod in dict.capi.illud. satis probatur.vbi gloss.& docto. Quam ob rem cum per Basilienſe concilium nullum detur ipsi excommunicato patrociniũ,manifestum

ſtum fit,ipſum teneri,vt iure veteri tenebatur,etiam nunc ante denun tiationem abſtinere ab ea communione fidelium,qua interdicitur à iure , ea quidem lege qua & alii ante Baſilienſe cõcilium ipſum vi tare tenebantur . ipſe verò excommunicatus iure tenetur abſtinere à cõmunione fidelium, & à diuinis, ſicuti poſt alios tenent Panormit. in dict.cap.illud.& in cap.nulli.de ſent.excom.Sylueſt.verb.excõmunicatio.3.q.5.qui expreſſim hanc interpretationem concilio Baſilienſi, vel Cõſtãtienſi aptiſſimam eſſe opinatur,vt excommunicatus , etiam occultè teneatur à cõmunione fidelium,& à diuinis abſtinere ante denũtiationem.Cuius opinio mihi ſatis placet,modò illud obſeruetur, quãdoque excommunicatum, nondũ denuntiatũ,minime teneri à cõmunione fidelium abſtinere,ſi ex hoc occultum eius crimen , & occultã excõmunicationẽ proderet grauiſſimo cum ſcandalo.quod,licet Sylueſt.refragetur,ipſe admitterẽ quo ad communionem fidelium , quæ nõ pertinet ad Sacramẽtorũ perceptionẽ.Nõ etenim cẽſeo,etiã occultũ excõmunicatũ poſſe diuina miſſarũ ſolẽnia celebrare,aut Sacramẽta percipere . nã ſiue is occultus ſit, ſiue publicus excõmunicatus, ipſo iure prohibetur ſacramẽta percipere,ac miſſarũ ſolennia celebrare: ſicuti inferiùs trademus.Vnde nulla expectata denuntiatione tenetur omnino abſtinere,etiam omnino occultus ,àdiuinis Sacramentis percipiendis.præſertim cum hæc pœna, quæ excommunicationis cauſa iure indicitur, occultiſſimũ criminis authorem afficiat . Nec ob ſcandalum vitandum fieri rectè poteſt, quod quis ea Sacramenta percipiat, quæ iure ſunt eis iuſtiſſimè interdicta.Nec rectè ſacramenta conferri poſſunt his,qui ea percipere vetantur,licet cauſa occultiſſima ſit,quæ ipſos indignos efficiat.

Quam ob rem quod plerique adnotarunt,nempe occultè excõmunicatum minimè teneri , nec obligari ad ſe ſubtrahendũ à cõmunione aliorum , cum is abſque graui ſcandalo,& ſui proditione ab aliorum cõmunione abſtinere non poteſt:ita ſanè viſum eſt his , quorum Sylueſt.meminit,& Alfonſo à Caſtro lib.2.de poteſt.leg.pœnal. cap. vlt.concluſ.2.& Martino ab Azpilcueta in dict.c.1.§. laboret . in fine, de pœnit.diſt.6.fortaſſis erit intelligendũ quo ad cõmunionẽ fideliũ quæ extra ſacramentorũ perceptionem cõtingit:& id ratione ſcãdali vitandi. cuius equidẽ ratio prudentis viri arbitrio præponẽda ſit, prohibitioni huius communionis cum excommunicato . Attamen circa ſacramentorum perceptionẽ, non video , quo iure ob ſcandalum cuitandum permittendum ſit , quod excommunicatus vtcunque occultus ſacramentis percipiẽdis ſe immiſcere abſq; grauiſſimo peccato , & pœnis humani iuris

impune possit. idcirco Syluestri sententiam quo ad istum sensum ipse libenter sequor, præsertim his animaduersis, quæ de scandalo diximus in reg. peccatum. in principio, de reg. iur.

¶ His accedit quod Adria. notat in. 4. sent. in tract. de clauib. quæ. 3. scribens, non esse sacramenta Conferenda excommunicatis etiam ante denũtiationem, etiam post Constantiense decretum, licet non sint ipsi excommunicati vitandi prius quàm denuntientur. huius sententiæ ratio verissima est, quia iure naturali, & diuino tenemur non dare sacramenta excommunicatis: atq; ipsi tenentur ab eorum perceptione eodem iure abstinere: quem ad modum satis manifestum est, cum excommunicati sint ab vnione fidelium ecclesiastica authoritate segregati. idcirco sanctum canibus dandum nõ est. Matthæi cap. 8. Nolite sanctum dare canibus. Cõstitutio autem Basilien sis concilii nec voluit, nec potuit mutare quod erat iuris diuini, aut naturalis iuris super vitandis criminosis excõmunicatis, & his, qui ab ecclesiæ catholicæ mystico corpore sunt separati, vt scribit Ioan. Driedo de libertate Christi, pagina. 89. & sensit Adria. in dict. quæ. 3.

Ex. §. sequenti.

1 *Excommunicatio, an probetur per denuntiationem, vel literas denuntiatorias? & ibi intell. capituli, pia. de excep. in. 6.*

2 *Excommunicatus in vna prouincia, vbique vitandus est.*

3 *Communicans cum excommunicato. regulariter minori excommunicatione, quãdoque maiori à iure afficitur.*

4 *Intellectus capituli, significauit. de sent. excommunicationi.*

5 *Intellectus capituli, nuper. & cap. si concubinæ. de sent. excom.*

6 *Excommunicatio lata in communicantes cũ excommunicato non præmissis iuris monitionibus, est nulla ipso iure.*

7 *Communicans cum excõmunicato, an mortaliter peccet, an tantum venialiter?*

8 *Communicans potest, & tenetur dicere horas canonicas ratione sacri ordinis.*

9 *Communicans cum excommunicato per metum, an excusetur à culpa, & pœna iuris? atque inibi latè expenditur vera interpretatio cap. sacris. de his, quæ vi, metusue caus. fiunt.*

§. Tertius.



Aeterũ si qs exacte obseruauerit quę in præcedenti paragrapho dicta fuere, plane comperi et plurimũ inducere denũtiationẽ ad probationẽ excõmunicatiõis: atque inde fit per literas, quas appellant denuntiatorias, excommunicationem probari. glo. singular. in capitulo, licet. sup. ist. tit. cuius opinio probatur per locum à consequenti: siquidem à consequenti vero constat, & colligitur antecedẽs: lege, illud. ff. de adquir. hæred. l. 2. & ibi Bal. C. de dotis promiss. notatur in cap. ex parte. C. de spõsali. Sed denũtiatio

1 tiatio præmittit excommunicationem, igitur per denuntiationis literas ipsa excommunicatio constat. cap. pastoralis. §. verũ. de appel. vbi Deti. indistincte tenet hanc opinionem glo. Eius verò argumentatio non omnino conuincit, huius assertionis certitudinem esse apertissimam. etenim à consequenti tũc deducitur antecedens, cum antecedens sit necessarium, & semper contingens. Quod si antecedens non sit omnino necessarium, nec semper contingens, argumentatio minime est sufficiens, nec certa: sicuti omnes eam tractantes frequentissime docent, sic etenim licet denuntiatio plerunque, & sæpissime fiat post excommunicationem, attamẽ fieri potest, & fit quandoque, quod ea contingat iniuste nulla præcedente excommunicatione. text. optimus in dict. capitulo, licet. quã ob rem idem Deti. in capitulo, prudentiam. §. sexta. de off. delegat. col. pe. post Barb. ibi & Roma. in lege. 1. in principio. ff. de noui oper. nuntiat. existimat, per denuntiationem nusquam probari excommunicationem, saltem quo ad excludendum quem à iudicio, & à similibus actibus: cuius opinio in capitulo. 1. de excep. in. 6. maximam authoritatem habet: cum mihi statutum sit, excommunicationem probandam fore apertissimis documentis, vt excommunicatus ea ex causa ab agẽdo & iudicio repellatur. vnde quibusdam visum est, non satis probatam esse quo ad hunc effectum excommunicationem per vnum testem, & famam. atque ita censent Antoni. in cap. veniẽs. in. 1. col. vlt. de testib. Deti. in. cap. 1. de appellat. num. 23. idem Deti. in cap. 1. de postulat. prælat. num. 27. Roma. in singular. 198. Speculat. tit. de notorio crimine. §. Fama. vers. quid si agenti. Iason in lege, admonendi. in rep. num. 284. ff. de iureiur. Hippo. in rub. C. de probat. num. 7. Felin. in rub. de probat. num. 4. Ioan. Andre. & Domini. in dict. capitulo. 1. de except. in. 6. & de fama sola idẽ adnotarunt Abb. & Deti. in dict. §. sexta. col. vlt. quidquid ibi dicat Felin. nos itẽ hoc explicuimus in §. præcedenti, num. 5. sic licet alioqui habenti vnum testem, deferatur iurameutum ad supplendã probationem: non poterit hoc fieri ad probandam excommunicationẽ, vt actor à iudicio reiiciatur, secundum Roma. in singul. 197. Ioan. Andre. Domi. & alii in dict. capitulo 1. Iason. in dict. lege, admonendi. num. 284. Feli. in dict. rub. de probat. num. 4. & Hippo. in ead. rub. C. de probatio. nu. 7. glo. insignis in. l. nõ est verisimile. ff. quod met. caus. verb. præsumptioni. quam latissime explicat Ioannes Baptist. in dicta lege, admonendi. col. 57. Quod si verum est, famam, & vnum testem minime probare excommunicationem ad hoc, vt quis propter eã à iudicio repellatur

nec

nec posse iuramentum deferri habẽti vnum testem: profecto Romani, & sequacium opinio satis defendi potuerit. Ego verò duo, vel tria in hac quæstione notanda esse censeo. Primum communi fere omnium sententia receptum est, excommunicationem alicui obiectam vi exceptionis perẽptoriæ ad graue quidem prẽiudicium, nequaquam probari per denũtiationem: oppositam autem in vim dilatoriẽ ad repellendum quem à iudicio probari quidem per denuntiationem. hanc distinctionem sequuntur Rota in nouis. 252. Roma. cons. 349. Domi. in. c. 1. §. 2. de except. lib. 6. & ibi Doct. Francus in dict. capitulo, licet. Chosmas in pragmat. Sanctione, tit. de excommunicat. non euitand. verb. denuntiata. Abb. & alii in dict. c. prudentiam. §. sexta. vbi Deti. asseuerat, hanc opinionem communẽ esse quæ rationẽ habet ex eo, quod iuxta consuetudinem totius Christiani orbis constitutissimum sit, neminem denũtiari, nisi primum fuerit solenniter excommunicatus. & licet possit contingere, inique aliquem denuntiari non præmissa ex cõmunicatione, id rarissimum est, nec tollit à frequentiori vsu legitimam præsumptionẽ, quæ argumentum inducit saltem vbi non agitur de grauissimo præiudicio, excommunicationem præcessisse. Secũdo erit hac in controuersia non prætermittendum, potiorem esse quo ad excommunicationis probationẽ, præsumptionem, quæ oritur ex literis denuntiatoriis, & ex ipsa denũtiatione, quam ex fama, & simul vno teste: vel vno teste, & litigantis iuramento. quod probatur ex litera Cõstantiensis, & Basiliensis cõcilii. quorum constitutio paulò ante commemorata satis ostendit plurimum tribuendum fore denuntiationi excommunicationis, vt quis sit omnino vitandus. etenim minime vitandus erit secundum decretum Basiliensis concilii is, qui vere fuerit excommunicatus: & tamen videmus quotidie vitari eum, quẽ constat denuntiatum fuisse, licet de excommunicatione vere non constiterit alia probatione, quam ipsius denuntiationis præsumptione. Tertium, quod hic cõsiderandum est, pertinet ad intellectum tex. in dict. cap. 1. de exceptioni. lib. 6. siquidem opinamur sequuti communẽ sententiam ad effectum repellendi quem à iudicio, satis probari excommunicationem per denuntiationẽ: tametsi nec probetur vno teste, & fama: nec item sit deferendum iuramentum habenti super ea re vnicũ testẽ ad supplendã probationẽ. quæ quidẽ resolutio deducitur optime ex his, quę proxime tradita fuere.

¶Quæritur tandem opportune, an excõmunicatus in vna ciuitate, nempe à iudice ecclesiastico vnius prouinciæ, sit vbique locorum vitandus? & videtur sane certi iuris esse, quod is sit vbique vitandus. Excommunicatio etenim afficit animam,

mam, & sequitur excommunicatum, vt lepra leprosum. capitulo, cito turpem. 1. quæs. 1. ex Ambrosio in Commentariis ad caput. 4. Lucæ. hoc ipsum probatur in canonibus Apostolorum, capite. 13. & cap. 16. & in concilio Arelatensi. 2. canone. 8. tex. ad idem in capitulo, cum & plantare. §. 1. de priuileg. vbi Abb. idem Abb. & Felin. in cap. 1. de treug. & pace. glo. in capit. siquis presbyter. 7. quæs. 1. glo. in cap. pastoralis. §. verũ. de appellat. glo. in capitulo, officii. de sent. excommunication. & ibi Felin. glo. in capitulo, quisquis. 4. quæs. 5. Card. in Cle. pri. verb. ipsi⁹. de pœnis. Abb. in capitu. ad nostram. in. 3. col. 3. de iureiur. Innoc. in capitulo, inquisitioni. de sent. excom. quem inibi sequũtur Doct. & in capitulo, cum non ab homine. eo. tit. præsertim Abb. & Feli. quæ quidem opinio cõmunis est, vt asseuerat Martinus Azpilcueta in cap. inter verba. 11. q. 3. corollario. 67. idem probat Ioãnes Maior in. 4. sent. dist. 18. q. 8. addit tamen, hoc procedere iure humano, non diuino: à quo discedit ibi. q. 1. art. 3. Iacob. Almain, tenens, excommunicatum Parisiis, vitandum esse vbique, etiam iure diuino, quo prohibita est communio cum excõmunicatis. & profectò, si ius diuinum prohibet communionem cũ excommunicatis, satis manifeste cõstat, eodem iure diuino, excommunicatum Salmanticæ, vbique locorum vitandum esse. Hancverò communem sententiam quidam verã esse opinantur, quando qui excommunicatum vitare vult, probare potest, eum esse alibi excommunicatum, & denũtiatum: alioqui si hoc non possit probare, non tenetur eũ vitare, nisi in eo loco, vbi fuerit excommunicatus, & denuntiatus: quod adnotarunt Henri. in capitulo, cum desideres. de sent. excõmu. Chosmas in pragmat. sãctio. tit. de excommuni. non vitand. verbo, excommunicationis. Sylvest. verb. excommunicatio. 5. dubio. 17. Pia sane est horum sententia, & fortassis cõcilium Basilien se eam habuit mentem, vt voluerit, nullibi locorum quem teneri ad vitandum excommunicatum, nisi in ea prouincia, & diœcesi, in qua denuntiatus fuerit. Ipse verò non auderem ita late concilii decretum interpretari: Nam qui in vno loco publice dinuntiatus est, minime ab ecclesia toleratur, eo quod sit publicæ excommunicatus: idcirco si probari denũtiatio possit commode, vitandus est publice, & occulte. quod si probari denuntiatio non valet, tunc equidem vitandus erit occulte: non autem publicè: atque ita existimo esse definiendam quæstionem istam.

¶ Sed si quis cum excommunicato aduersus prohibitionẽ iuris communicauerit, minori afficitur à canone ipso excõmunicatione. c. vlt. de cleri. excõ. ministr. capit. nuper. 3 cap. cum desideres. de sent. excom. capitulo, sicut. capit. excommunicatos,

catos,cum duobus ſequẽtibus.11. quæſ.3.cap.2.de except.quorum omnium præcipua eſt diſtinctio tex in dict.cap.nuper. Ex quo palam deducitur,hanc excommunicationem,quæ infligitur communicantibus cum excommunicatis, minorem eſſe.idem apparet ex capit. ſtatuimus.& capitulo,conſtitutionẽ. ſup.eo.& in dict.cap.2.de exceptioni.qua in re hæſitandum non eſt. Nam licet aliquot canonibus deciſum ſit,communicantem cum excommunicato, in excommunicationem à iure ſtatutam, & indictã incidere:illud eſt intelligẽdum de excommunicatione minori: ſicuti pluribus in locis ſatis expreſſim explicatur.quæ denique regula pluribus in caſibus fallit,in quibus cõmunicans cum excommunicato, maiori notatur excommunicatione,quorũ aliquot hoc in loco breuiter trademus ad intellectũ quarundum iuris Pontificii deciſionũ.

Primùm equidem ſolet ad hoc in medium adduci reſponſio tex. in cap.ſignificauit.de ſent. excom. vbi probatur,maiori excommunicatione affectum eſſe eum,qui cum excõmunicato communicauerit: imò & eſſe huius excommunicationis abſolutionem ab ipſo tantũ
4 Romano Pontifice poſtulandam. vnde manifeſtum eſt,non poſſe illum tex.intelligi de excommunicatione minori:dum dicit communicantem cum excommunicato eadẽ affici & ligari excommunicatione. etenim licet canones illi in capitulo excommunicatos.& cap.ſeq. 11. quæſ.3.hanc patiantur in ſimilibus verbis interpretationẽ propter ſubiectam materiam,vt eadem excommunicatio intelligatur quoad priuationem Sacramentorum, & eorum perceptionem,& ſic minor excõmunicatio. capitulo,ſi celebrat. de cleri.excom.cap.2. de exceptio. tamen tex.in dict.cap. ſignificauit. non poteſt vllo pacto ita intelligi: quia & abſolutionem huius excõmunicationis ad Romanum Pontificem pertinere probat: cum abſolutio minoris excommunicationis regulariter obtineri poſſit à ſimplici ſacerdote:capit.nuper.de ſent.excom.qua ratione hæc interpretatio minime eſt admittẽda:tametſi glo. eam expoſuerit in dict.capitulo.ſignificauit.quam ob rem adnotandum erit,communicãtem cum excommunicato,maiori excommunicatione affici,à ſolo Romano Põtifice abſoluendum,tunc demũ cũ quinque ſimul contigerint,quę in dict.cap.ſignificauit.expreſſim cõtinẽtur.Primum:quod excommunicatus,cui communicatur,ſit ea cẽſura ligatus à Romano Pontifice iudicialiter,& nominatim, ita quod nõ ſit ſatis,excommunicatum fuiſſe à papa ſententia canonis generalis.Secundum,quod communicãs ſit clericus.Tertium,quod communicet cum excommunicato, ſciens illum eſſe excommunicatum à papa.Quartum,quod hæc communi

catio

catio contingat sponte, nullo metu, nedum cõditionali præmisso. Quintum, quod sit communicatio in diuinis, in ecclesia, vel extra ecclesiam simul orando, aut aliâs. His etenim vnà constitutis, colligitur, communicantem cum excommunicato, maiorem contrahere excommunicationem, à solo Romano põtifice delendam: secundum Hosti. Card. Antoni. Abb. & Feli. in dict. capitulo, significauit. eundem Feli. in capitulo, excõmunicamus. col. 3. de hæret. Archidi. in capitulo, si quis episcopus in concilio. 11. quæst. tertia. in fine. Sylvest. verb. excommunicatio. 7. casu. 6. Caiet. verb. excommunicatio. casu. 58. Florent. in 3. part. tit. 24. capit. 32. Adrian. quodlib. 6. ad. 2. vbi fatetur, hanc opinionem communem esse: idem testãtur Sylvester in dict. casu. 6. & Mari. Soci. in capitulo, ad audientiam. de homi. num. 25. vnde patet, falsum esse quod glo. scripsit in dict. capit. 2. de exceptio. existimans, communicantẽ cum excommunicato à papa incidere in excommunicationem maiorem, & hoc ipsum esse speciale propter authoritatem Romani Pontificis. sic & regia partitarum lex non recte quæstionem istam expediuit, dũ tit. 9. part. 1. l. 37. statuit, clericum communicantem in diuinis vel humanis cum clerico excõmunicato à Papa, statim ex hoc ligari maiori excommunicatione. Hoc etenim vel falsum est, vel intelligendum iuxta eam interpretationem, quam communis interpretum consensus recepit ad tex. in dict. capitulo, significauit.

Secundo loco passim adnotatur, communicantem cum excommunicato maiori excõmunicatione, vtcunque contingat cõmunicatio, si ea sit in crimine, propter quod alter fuit excommunicatus, maiori ligari excommunicatione. tex. optimus in capitulo, si concubinæ. & in capitulo, nuper. de sent. excommunicationis. Ex quibus hæc frequentissimo omnium consensu colligitur conclusio: quæ ita erit accipienda, vt communicatio in alio crimine, cuius causa excommunicatio non fuerit inflicta, minime sit sufficiens ad hoc, vt communicãs in excommunicationem maiorem incidat: secundum Abb. & communem in dict. capitulo, si concubinæ. Ab hac verò excommunicatione is tantum absoluit, qui poterat ab excommunicatione principali, & in principalem lata iure absoluere: sicuti probatur in dict. capitulo, nuper. §. in primo quidem articulo. nec per hoc vere concluditur, hanc excommunicationem maiorem, qua communicans in crimine afficitur, esse excommunicationem hominis: non enim est, sed Canonis, & iuris, licet eius absolutio competat ei, qui ratione criminis principalem excommunicauit: quod notant Innocẽ. Ioan. Andre. Card. & alii cõmuniter in dict. cap. nuper. vbi Panor. fatetur,

fatetur,hanc opinionem communẽ eſſe,eamque ſequitur. hoc ipſũ probatur in dict.capitu. nuper. in verſ. quanuis enim & tunc. dum per dictionẽ quanuis,ac per dictionem & reſpondet, minorem excõmunicationem, qua communicãs ligatur,eſſe iuris. nam ſenſit & iſtã maiorem, quæ propter communionem in crimine imponitur,etiã iuris eſſe.

Tertiò illud generaliter eſt obſeruandum,poſſe communicantes cũ excommunicatis,quandoque maiori excommunicatione ligari, ſi id iudici viſum fuerit, ſeruatis tamen his monitionibus, quæ à iure in hac ſpecie pro forma fuere ſtatutæ, & inductę: quarum mentio fit in cap.ſtatuimus.& in cap. cõſtitutionem.ſup.iſt.tit.qua ratione ſpeciale quidẽ eſſe videtur, quod in hoc 6
caſu excommunicatio lata ſine canonica monitione ſit nulla ipſo iure.quod notat.glo.inibi communiter recepta in dict.cap. ſtatuimus. verb.non teneat.glo.in cap. quod in dubiis.de ſent.excom. Felin. in capit. cum ſit Romana.num.15.de appellat.id autẽ procedit, vbi quis excommunicat participantes cum excommunicato à ſeipſo: ſecùs ſi excommunicet communicãtes cũ excommunicato ab alio, vel à iure: tunc etenim excommunicatio lata ſine monitione,licet ſit iniuſta, nõ eſt nulla ipſo iure.Ioan. And. Domi.& Frãc.in dict.cap. ſtatuimus. Abb.& Frãc.in capitulo,peruenit. in.1.de appellat.Abb.in dict. capit. quod in dubiis.col.1. quod exiſtimo ſatis dubium eſſe.Hic verò tertius caſus olim fuit plane permiſſus in dict.capitu. quod in dubiis. in fine: quo quidem ſtatutum eſt, communicantes cum excommunicatis poſſe maiori excommunicatione affici,ſi moniti voluerint à cõmunione abſtinere. adeò ſane eſt ſpecialis monitio in hac ſpecie neceſſaria,vt licet alioqui ſufficiat monitio generalis,quoties generalis excommunicatio ferenda eſt.cap.vlt. de electione.in.6.Auth.ſi omnes.C ſi minor ab hæred.abſti.Cle.1.de iudic.lege.2.C.de decurioni.notat in ſimili Felin.in capitulo.2.de cõſtit. nu.8.& in capitulo, exhibita. de iudic.col.2.eſt etenim ſatis rationi cõſonum,quod ſufficit generalis monitio ad excõmunicationem, quæ aduerſus incertos generaliter ferenda eſt. tamen ad communicationem ferendam aduerſus excommunicantes cum excommunicatis neceſſaria eſt monitio nominatim ſpecialis,nec generalis admittenda eſt, quanuis generaliter ſit ferenda excõmunicatio: atque ita viſum eſt glo.verb.nominatim.Ioã. Andre. Franco,& Doct.in dict.capit. conſtitutionem.Sed nihilo minus Hoſti.in capituſta.tuimus. ſup. eo. exiſtimat ſufficere generalem admonitionem,quoties in genere ferenda eſt excommunicatio aduerſus communicantes cum excommunicato. idem tenet Panormit.in capit. peruenit.

uenit.in.1.de appellat.quorum opinionem praxis recepit ita quidem, quod monitio generalis tantum semper præmittatur cõtra communicantes cum excommunicatis, vt tandem in eos feratur excommunicatio maior.Hinc solet adnotari, communicantem cum excommunicato,minime peccare mortaliter. Namsi mortale crimen à communicante committeretur per cõmunionem,posset facilime maior excommunicatio ferri in communicantes:& tamen hæc ferenda non est regulariter,nec ferri debet,nisi ex grauissima causa, de quo statim acturi sumus.

¶Igitur regulam istam constituimus,quæ hanc assertionem exponit. Cõmunicans cum excommunicatis regulariter venialem tantũ, non mortalem contrahit culpam.
7 hæc probatur in dict.cap. quod in dubiis.dum præsumptuosam communicationem requirit, id est procedentem à contẽptu:ad hoc,vt cõmunicans cum excommunicato maiori afficiatur excommunicatione.vnde fit,vt secluso contemptu non detur mortale peccatum , nec possit ferri excõmunicatio maior, quæ ferenda non est,nisi præcedente mortali culpa . aliter tex.in dict. capit . quod in dubiis.ad hanc cõclusionem induxit Ioan . Maior in 4.sent. dist.18.q.3.col.2.scribens, cõmunicantem cum excommunicato non peccare mortaliter quia nõ potest is ante canonicam monitionem excommunicarì maiori excõmunicatione. Quæ quidem inductio minime sufficiens est: cum & is,qui mortale crimen absque vllo dubio cõmiserit, nequaquam possit maiori excommunicatione ligariante canonicam monitionẽ. Sed adhuc prædicta conclusio omniũ Theologorum , & Canonistarum suffragio receptissima est.

Peccat tamẽ communicans cum excommunicato mortaliter in tribus casibus:si communicet in diuinis,aut in quocunque crimine,aut in contemptum iudicis,vel excommunicationis:secundum Abb . & communem in capit.sacris.de his, quæ vi metusue caus. fiunt . & in cap.sacris.de sent.excom.S.Thomã & alios in.4.sent. dist.18.q.2.art. 4. Sylvest. verb.excommunicatio. 5. notab.3. Florenti. tertia part. tit.25. cap.1.& Adrian.in.4.sent. in tract. de clauibus,quæs.3.§ . ex dictis.Primi verò casus ea est ratio,quod præceptum de euitandis excommunicatis directe respiciat spiritualia, & legitimos actus:atque ideo qui excommunicatum ad diuina admittit,& cum eo in diuinis communicat,facit contra præceptum,& eius potissimam rationem:idcirco mortaliter peccat.qui autem communicat cum excommunicato in humanis , non facit contra præcipuam præcepti rationem:vnde veniali tãtum notandus est culpa . hæc sane cõmunicatio in diuinis,cuius causa mortalis criminis reus est,qui cũ

excõ.cõmunicat,pertinet ad officia diuina,quæ publico eccleſiæ catholicæ nomine in eccleſiis celebrãtur, itẽ ad ſacramẽta: & ad eccleſiaſticã ſepulturã. his etenim exemplis paſſim doctores vtũtur.nec temere id adnotauim⁹,ſed vt inde opinemur, fortaſſis tũc mortale crimẽ cõmitti à communicante in diuinis cum excommunicato: cum in his diuinis communio contigerit,quæ ipſis interdicta ſunt excommunicatis:nẽpe in ſacramentis adminiſtrandis & percipiendis:atque item in eccleſiaſtica ſepultura:& præterea in diuinis officiis,quæ publico nomine & officio in eccleſiis celebrantur. Nam excommunicatus non poteſt ingredi eccleſiam eo tempore, quo diuina officia celebrantur.tex.in.c. reſponſo.de ſent.excom.cap.quod in te.de pœnit.& remiſ.capit.alma mater.cuius ſtatim in.2.huius relectionis parte interpretationem explicabimus.glo.expreſſim hoc ipſum tradens in cap. qui ſtudet. & ibi Præpo.1.q.1.Inno c.Antoni. & alii in dict.cap.reſponſo.Feli.in.c. 2.de exceptio.Deti.in cap. ad præſentiam.de appellat.Antoni.Imola & Abb.in cap.1. ad finem, de vita & honeſt. cleri.idem Abb.Clẽ.grauis.de ſent.excom.ex quibus appareret,communiter receptum eſſe, excommunicatum poſſe abſque vlla culpa eccleſiam ingredi cauſa orandi:eo tamẽ tempore,quo diuina officia nõ celebrantur.tametſi Panor. & Henri.in dict.cap.reſponſo.tenent,non eſſe licitum excommunicato eccleſiam ingredi,etiam eo tẽpore,quo diuina officia nõ celebrãtur:quos & Felin.ibi ſequitur.

Sic & excõmunicatus priuatim poteſt dicere horas canonicas.glo. in cap.2.& in cap.illud.de cleri. excom.miniſtr.& in cap.preſbyterũ. 8 28.diſt.modo eas ſolus abſq; ſocio dicat,& recitet,omittens illum verſiculum:dominus vobiſcum:ſecũdũ Archi.& Præpoſi.in dict.capit. preſbyterũ.Florẽ.3.part.tit.24.c.76. quorũ opinionẽ ſcribit cõmunẽ eſſe Marti.Azpilcueta in.c.quãdo.de cõſecrat.diſt.1.notab.7. nu.18. quo in loco aſſeuerat,nõ tantũ poſſe excom.horas canonicas dicere priuatim:imò & teneri ſi alioqui ordine ſacro præditus ſit quod ante ipſũ reſpõderũt alii in clerico depoſito,& adhuc in degradato per ſolennẽ degradationẽ:quos & ipſe nu.ſequẽti citat:Sed præ cæteris Albert⁹ Ferrari.in tract.de horis canonicis.q.12 &.13.Abb.& Doct. in dict. c.2. de cleri.excõ.miniſtr.Sylueſt.verb.de gradatio.q.8. Ioan. de Ligniano in Cle. dignum.de celebrat.miſſ.q.3. Deti in. c.intellexim⁹.de iudic.col. 2.quid autẽ dicẽdũ ſit in excõmunicato, an is ratione beneficii eccleſiaſtici teneatur ad horas canonicas paulò poſt explicabimus in ea quæſtione,qua tractabitur,an excommunicatus poſſit fructus beneficii eccleſiaſtici percipere.& id nos obiter tradidimus in lib.3. Varia. reſoluti.capit.13.num.8.Hæc ſane expoſuimus,

ſuimus,vt oſtenderemus,quæ diui na officia ſint excommunicato interdicta.Nam fortaſſis,licet cõmunicans excommunicatũ in his diui nis,quæ in ſpecie ſunt ei interdicta, mortale crimẽ cõmittat,nõ ita mor taliter peccabit: ſed venialiter ſi cũ excommunicato communicauerit in priuatis horis canonicis recitandis,& in ingreſſu eccleſiarum eo tẽ pore,quo officia diuina nõ celebrã tur.Etenim excommunicatus ipſe non eſt his actibus interdictus,nec priuatus:atque ideo licet nemo poſ ſit abſque veniali culpa in his cũ eo communicare, quemadmodũ nec in aliis,quæ ad diuina nõ pertinẽt: attamen non ex hoc contrahitur mortale crimẽ per communicationem iſtam in diuinis contingentẽ: cum ex mente Doctorum,qui exiſtimant,mortale crimen committi ſi quis communicet cum excõmu nicato in diuinis,ea cõcluſio intelligenda ſit in Sacramentis, in ſepul tura,in diuinis officiis,quæ ſolenni ter, & publice in eccleſiis celebran tur.quod iudicio lectoris commit tendum eſſe cenſemus.

¶Verùm his,quæ ſuperius tradita fuere plurimum obſtat deciſio elegãs in cap.ſacris.de his,quæ vi,metuſue cauſ. fiunt.nam in eius parte vltima probatur, cõmunicantẽ cũ excommunicato mortale crimen committere:& deinde nullo metu excuſari à pœna, quæ iure canonico ſtatuta eſt contra cõmunicantes cũ excommunicatis. Hinc etenim duo conſtãt,quæ videntur iure defendi non poſſe.Primum,quod cõmunicans cum excommunicatis mortalem culpam committat. Secundum,quod nullus metus, niſi is à vi præciſa procedat, excuſat cõmunicantẽ cum excommunicato. cum alioqui periculũ mortis ratione famis procedens,à furti crimine excuſet.cap. ſi quis propter neceſſitatẽ.de furtis. & præterea licita ſit communicatio cũ excommunicato ad emendũ vel petendũ ea, quæ ſunt victui,& veſtitui neceſſaria,nè quis fame pereat.capit. ſi vere.§.eſt autem.de ſent.excom.

Primus igitur hac ex cauſa intellectus ad prædictam deciſionẽ ita ſolet explicari,& diſtingui, vt qui communicat cum excõmunicatis, ab eis petẽdo ea,quæ neceſſaria ſunt victui,& veſtitui,minime culpam contrahat nec mortalem,nec venialem, nec incidat in minorẽ excommunicationem:quia is non agit directe ad cõmunionẽ cum excõmunicatis,ſed ad petendũ alimenta,& quæ neceſſaria ſunt,nè fame pereat: & ſic metu mortis ex fame imminẽtis non agit prima intẽtione,& directa ad peccatum,nec in id cõſentit principaliter:ſed in petitionẽ ipſã alimẽtorũ. at ſi quis metu mortis ſibi cõminatione inſtantis, niſi cõmmincauerit cum excõmunicato,eidẽ cõmunicet, metu quidẽ cõſentit in peccatũ primo & principali conſenſu.quã ob rẽ in priori caſu metus mortis excuſat: non ſic

in posteriori: cũ maleficia voluntate distinguantur. c. cũ voluntate. de sent. excõ. l. qui iniuriæ. in princip. ff. de furt. sic sane interpretãtur has decisiones iuris canonici Panormi. in dict. c. Sacris. col. penult. Adriã. in quodlib. 1. art. 3. vers. ad quintũ. idem Adrian. optime in. 4. sent. in tract. de clauibus. q. 3. exceptione. 8. apud quem longius hæc prima interpretatio discutitur.

Secundo, quo apertius prænotata distinctio percipiatur, aliter ipse rẽ istam discutiendam esse censeo: si quidẽ quoties agimus de his, quæ iure naturali, diuino, vel humano prohibita sunt, an ea liceant ex aliqua causa cõtingẽti ob aliquẽ euẽtum, & circũstantiã actus: illud est omnino cõsiderandũ, an qualitas illa, vel circunstãtia tollat actus malitiã propter quã is prohibitus fuerit: etenim tũc cessat ipsa prohibitio: quod si illa circũstantia nõ tollat, nec auferat malitiã actus prohibiti, profectò prohibitio adhuc manet, & ideo nõ obstãte illo euẽtu & circũstantia, peccatũ cõtra prohibitionẽ cõmittitur. quã distinctionẽ latius nos explicuim⁹ in relect. reg. peccatũ. de reg. iur. 2. parte. §. 1. num. 7. metus autẽ mortis nõ tollit malitiã actus in hac prohibitione communionis cũ excõmunicato, nec eã cessare facit. nã licet metus instet, nihilo minus ipse cõmunicans cũ excõmunicato consentit in illam cõmunionem prohibitam, & in peccatũ: qui quidẽ cõsensus adesse nequit absque malitia, quã habet communicatio cũ excommunicato. cũ coacta voluntas, voluntas sit. sicuti nec malitia actus fornicationis, aut adulteri tollitur, si qs metu grauissimo fornicationẽ, aut adulteriũ cõmittat: is equidẽ, etiam si metu, consentit tamen in peccatũ, quod absque malitia fieri non potest. igitur qui metu cõmunicat excõmunicato, in prohibitum cõsentit actum, qui adhuc malitiã habet, quã circũstãtia met⁹ nõ tollit: quia nõ obstante metu hæc cõmunicatio cũ excõmunicato fit aduersus iuris prohibitionẽ. At qui petit ab excõmunicato alimẽta sibi necessaria, rem debitam exigit, resque debita peti omnino, & licite potest ab ipso excõmunicato: tex. in dict. c. si vere. atq; hæc circunstantia cũ permissam faciat cõmunionẽ cũ excõmunicato, nè is conmodum consequatur ab excommunicatione, & crimine contumaciæ, malitiam actus tollit, & ea ratione cessat prohibitio communionis cum excommunicato. Quibus accedit locus celebris Macchabæ. primo, capite. 2. Macchabæ. 2. capite. 7. vbi constat, Iudæos metu coactos noluisse carnes porcinas comedere: quas tamen comederunt fame coacti. In priori quidẽ casu metus circũstãtia non abstulit malitiam actus lege Mosaica prohibiti: & tamen in posteriori fames imminẽs amouit, & excluſit ab eo actu omnẽ eius malitiã, quã ex prohibitione habebat.

Tertiò

Tertiò solet aliter intelligi respon sio tex. in. dict. capit. sacris. in eius vltima parte, vt nullo metu excuse tur quis à communionis cum excõ municato prohibitione: imò ad- huc peccet ei cõmunicans propter quẽcunque metum, quoties com municatio est in diuinis, vel in cri- mine: & his similibus casibus. nam tex. ille præmittit peccatum morta le contrahi ex illa communione: er go de ea tantum agit, quæ sub rea- tu mortalis culpæ prohibita est, & sic de ea, quæ in diuinis, vel in cri- mine contingat. tex. optimus in. c. vlt. 24. q. 1. & in specie hãc interpre tationem exponit Sylvest. verb. me tus. quæs. 7. & verb. excommunica tio. 5. q. 3. quasi secùs sit, si quis in hu manis, & temporalibus cum excõ- municato communicauerit per me tum: nõ enim peccabit, nec excom municatione minori afficiet. Huic verò intellectui duo videntur obes se: primum, quod lex humana, quę prohibet communicationem cum excommunicato, etiam in tẽporali bus, potest obligare sibi subditos sub peccati reatu, & culpa, etiam cũ periculo mortis. nam & Caieta. in 1. 2. q. 96. art. 4. scribit, posse legẽ hu- manam obligare, etiam cum peri- culo vitę ad aliquid vitandum, vel agẽdum, sub pœna mortalis culpæ. igitur potuit humana lex prohibe- re communionem cum excommu nicatis adhuc in temporalibus sub reatu mortalis criminis, etiam cùm periculo vitæ alterum grauiter vr- get: nempe nec veniale crimen esse committendum propter quẽcun- que metum, qui dubio procul non excusat etiam à veniali peccato: quod feruori charitatis opponitur. glo. in verb. benedictionem. in pro œmio sexti. quam ob rem nec licet communicare cum excommunica to in tẽporalibus & humanis pro- pter quemcunque metũ: quem ad modum sentit Panor. in dict. cap. sacris. col. peult. tenent Thomas in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 4. & ibi Durã dus. q. 5. ad. 3. idem Thomas quod- libet. 11. art. 9. & in additionibus ad 3. partem. q. 23. art. 3. Summa confess. tit. de senten. excom. q. 165. in gene- re autem, veniale peccatum non es se committendum ob vitandam mortẽ probatur in capit. primum. 22. q. 2. & cap. nè quis. ea. q. ex Au- gustino in lib. contra mendacium: & aliis, quorum & nos memini- nus in Epitome ad. 4. Decretal. 2. part. ca. 3. §. 4. num. 3. Nõ oberit tex. in dict. cap. sacris. nam in eo tantũ mentio fit de mortali crimine pro- pter eius grauitatẽ. fit ergo, non esse congruam rationem, quæ in hoc in tellectu adducitur ad percipiendũ verum sensum dict. cap. sacris.

Quartò, licet hæc decisiò difficilẽ rationẽ habeat, ipse censeo verioré eius interpretationem aliunde fore deducendam: & potissimum à ve- ra cuiusque legis moderatrice ratio ne, quæ in legibus diuinis, naturali bus, & humanis tãtam habet vim, vt commodè non valeat legis ali-

cuius interpretatio adsumi, nisi ratio viã veritatis aperiat. Etenim ipse opinor, legem pontificiam, quæ in humanis, & temporalibus cõmunionem cũ excõmunicato vetuit, minime voluisse obligare quẽquã ad vitandum excommunicatũ cũ mortis grauissimo periculo, & sic dato metu cadente in constantẽ virum. quod mihi apertissimũ fit ex eo, quod canon ipse, iusque pontificiũ ex leuioribus causis cõmunicationẽ cum excõmunicato permiserit: nempe iure patriæ potestatis, co habitationis cõiugalis, & familiaritatis. cap. quoniam multos. 11. q. 3. par igitur est, quod cõiectemus fortiori ratione, communicantẽ cũ excõmunicato excusari, si id fecerit coactus metu mortis sibi imminẽtis, si communicare voluerit. Quara tione præcedẽs intellectus optime defendi poterat, vt prædicta respon sio cap. sacris. nõ obtineat in eo, qui cũ excõmunicato cõmunicat in tẽporalibus, & humanis propter metũ, & mortis periculũ. Sed & amplius obseruandũ est, quod nec in diuinis prohibitio cõmunionis cũ excõmunicato habet eam vim, vt cũ periculo mortis obliget quẽquã ad vitandũ ipsum excommunicatum. Hoc sane à ratione, quæ legẽ ipsam vere interpretatur deduci re ete potest: siquidẽ præsumẽdũ nõ est, hanc communicationẽ prohibitam esse cum tanto vitæ discrimine ipsius nolentis cõmunicare. Piè etenim, & maturo iudicio censendũ est noluisse legem que vetuit communionem cum excommunicato in diuinis, quenquam obligare ad vitandũ excommunicatũ cũ graui mortis periculo: nisi vbi communicatio cõtigeret in crimine, vel in detrimentũ fidei catholicæ, vel in cõtemptũ ecclesiasticæ censuræ. Nam si quis hæreticus cẽsuras ecclesiæ cõtẽnẽs, in vilipẽdiũ ecclesiasticæ disciplinæ cõminaretur mortẽ alicui, nisi cũ eo in diuinis communicet, profectò potius mortẽ pati debet is quã cũ eo ita cõmunicare: sed si qspiam tyrannus metu cogeret sacerdotẽ, vt coram ipso celebraret missarum solennia, non in contemptũ religionis, nec in vilipendiũ fidei catholicæ, absq; vlla hæreseos labe: is nequaquã mortaliter peccaret, nec minori excõmuuicatione affectus est, licet corã tyranno missarũ solennia peregerit. quam sentẽtiam verã esse existimant Ioan. à Friburgo in summa cõfessorũ, tit. de sent. excõ. q. 165. Syluester verb. excommunicatio. 5. dubio. 14. Ioannes Maior in 4. sent. dist. 18. quæs. 4. & Martinus ab Azpilcueta in cap. inter verba. 11. quæs. tertia: præludio. 8. ex quibus apparet, vltimam partem capituli sacris. esse intelligendam vel in metu leui: vel quoties communicatio contingit in diuinis quo ad præiudicium fidei catholicæ, vel in crimine, aut in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ.

Tandem dũ in dict. cap. sacris. asseritur, communicãtem cum excommu

communicato mortale crimen cõmittere, intelligendus est is tex. iuxta præmissam distinctionem: scilicet cum communicatio fit in diuinis, in crimine, vel in comtemptũ, vnde & mortaliter peccat qui post monitionem canonicam, nè communicet cum excommunicato, ab eius communione non abstinet: quasi tunc contemnere videatur ecclesiasticam censuram: & ideo maiori excommunicatione ligari poterit. capitulo, statuimus. capitu. cõstitutionem. sup. ist. titulo.

Illud non est prætermittendum ad veram interpretationem cap. Sacris. in prima eius parte, quod Ioan. de Selua in tract. de iureiur. 3. parte, q. 1. col. 8. vers. sexto limita. ex illa decisione probare nititur, posse quempiam vi præcisa compelli ad iurandum: & sic ad loquendum: quod præmittunt Goffred. & Felin. in. c. si verò. in fine, de iureiur. cum tamẽ contrarium adnotauerit Ioan. Andre. & Panormit. in cap. verum. eo. tit. quia licet possit quis cogi ad loquendum metu, & vi conditionali: nõ tamẽ vi præcisa. Est enim vis præcisa, quando in nobis nõ est potestas resistendi, vel vtrùm agamus, vel non agamus, etiam si velimus mortẽ pati potius quàm agere: nec vlla in nobis est volũtas: at metus conditionalis, aut vis quæ conditionẽ habet, particeps est nostræ volũtatis, & voluntatem, quãuis coactã, nobis dimittit: quem ad modũ distinximus in Epitome ad. 4. decret. parte prima, cap. 4. §. 1. num. 11. nam cum in loquutione consistat sicut & in aliis communicatio cum excõmunicato, & hæc possit dari per vim præcisam: vt probatur in dict. cap. sacris. in parte. 1. consequitur, vt opinatur Selua, inibi satis euidẽter apparere, posse quem vi præcisa cogi ad iurandum, & loquendum. Quæ tamen adnotatio mihi nõ placet: quãdo quidem communio cũ excommunicatis possit plane contingere in multis per vim præcisã absque loquutione: nempe in eo quod quis sit simul præsens diuinis officiis: quod audiat ab excommunicato diuina officia: in mensa: osculo: amplexu: & his similibus: in quibus satis poterit ad exempla deduci prior pars cap. sacris. nec necessario debet exponi de communione in oratione, aut loquutione: vnde non est omnino certa inductio Ioan. de Selua: nec cõuincit Ioan. Andre. & Panor. difficultatem, falsam esse.

Ex. §. sequenti.

1 *Nemo potest alteri, nec sibi, ex bonis operibus primam gratiam ex condigno mereri: & ibi vnde procedat meritum condigni.*

2 *Gratia gratis data, auxilium speciale dei, & gratia gratificans, qualiter distinguantur.*

3 *Nemo potest solis viribus naturalibus absque speciali dei auxilio ea efficere, quæ sunt ad iustificationem necessaria: & tamen cum hoc extat liberum arbitrium.*

4 *Opera bona iusti meritoria sunt ex condigno vitæ æternæ.*

5 *Opera bona iustorum dupliciter considerãtur: & item meritum condigni distinguitur.*

6 *Nullus potest quidquam alteri ex condigno mereri.*

7 *Potest quis pro alio de rigore iustitiæ satisfacere pro pœna temporaria: modo vterque sit in charitate.*

8 *Opera extra charitatem facta nõ sunt ex rigore iustitiæ satisfactoria, etiã recedẽte fictione.*

9 *Opera extra charitatem facta, etiam iniuncta in pœnitentiã Sacramentalẽ nõ sunt de iustitia satisfactoria, adhuc accedẽte charitate.*

10 *Opera facta in charitate, & per peccatum mortificata, charitate accedente, priorem effectum recipiunt.*

11 *Opera bona facta extra charitatẽ, quãdoque vtilia sunt.*

12 *Traditur intellect. glo. in cap. quod quidam. de pœnitent. & remiss.*

13 *Sacramentum pœnitẽtiæ, an sicut baptismus recedẽte fictione sortiatur suum effectum. & quid de aliis Sacramentis.*

§. Quartus.

OCtauo à definitione maioris excommunicationis potissimus præter alios eius effectus infertur, & deducitur, quod excommunicatus omnino priuatus sit suffragiis ecclesiæ catholicæ. Hoc etenim superius satis probauim⁹, & cõstat: quia excommunicatus extra ecclesiã est, nec eius membrum vere dici potest, igitur suffragia ecclesiæ, quę tantum eius membris communia sunt, minime prosunt excõmunicatis. Sed quò manifestius hãc illationem exponamus, hoc in loco agere libet de effectibus, quos suffragia ecclesiæ potissimũ operãtur. & præsertim, vt propositæ materiæ subseruiamus, queritur, an orationis, & suffragia vnius alteri prodesse possint: nã hic locus nõ exigit, quòd in specie tractemus de effectibus orationis, & sacrificiorũ erga ipsũmet operãtẽ. sũt igit aliquot cõstituẽda ad huius rei cognitionẽ, qbus facilimè cõstabit ei⁹ ad vnguẽ resolutio.

¶ Primùm. Nemo potest alteri primã gratiã ex cõdigno mereri. Pro-
1 batur hæc assertio Hieremiæ. c. 15. Si steterit Moyses, & Samuel corã me, nõ est anima mea ad populũ istũ. & tamẽ maximi meriti fuere apud deũ Moyses, & Samuel. ergo null⁹ potest alteri de cõdigno primã gratiã mereri. Idẽ cõstat Ezechiel. c. 18. Erit iustitia iusti super iustũ: & impietas impii super impiũ. nam sicut nõ nocet homini patris impietas: ita nec poterit prodesse ex lege iustitię ipsius patris iustitia. Deide meritũ cõdigni nõ excedit personã ipsi⁹, q meretur. etenim meritũ cõdigni nõ procedit ex solo libero arbitrio, quo aliquid agimus, nec ex natura operũ nostrorũ: Sed simul ex libero arbitrio & virtute spiritus sãcti gratiã specialem tribuẽtis per motionẽ ad opus bonũ & cooperationẽ ei⁹. Ita quidẽ nullũ opus procedẽs à libero arbitrio potest esse meritũ sine virtute, & gratia dei: nec item opus dei esset meritum, nisi fieret per liberum arbitrium humanæ, vel angelicæ naturæ. Meritum enim opus est dei, & nostrum: dei scilicet

mouen

mouẽtis auxilio ſpecialis gratiæ,& noſtrũ vt libere cooperãtiũ : ſi qui dẽ poſtquã deus voluntatẽ noſtrã ſpeciali auxilio gratiæ excitauit ad bonũ:eſt in ipſa hominis voluntate hæc poteſtas,vt deo mouenti, & inſpiranti conſentiat,aut diſſentiat. Eſt elegãs hac de re Pauli teſtimoniũ.1.ad Corinth.cap.3.non quod ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid ex nobis,quaſi ex nobis:ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. idẽ Paulus 2.ad Corinth.cap.9.Potens eſt autẽ deus omnem gratiam abundare facere in vobis,vt in omnibus ſemper omnẽ ſufficientiã habentes,abũdetis in omne opus bonũ.Quibus locis palàm probatur,non eſſe nos ex libero arbitrio ſufficientes ad opera bona ſine gratia dei.Rurſus & hac præmiſſa manere apud nos liberum arbitrium docet euangeliũ Ioan.1.dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri.& Iẽſus Lucæ.9.cũ ait:Si quis vult venire poſt me abneget ſemet ipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me:nr̃am libertatẽ manifeſte indicat.Paulus item.1.ad Corinth.ca.7. Qui ſtatuit in corde firmus non habens neceſsitatẽ, poteſtatẽ autẽ habens ſuę voluntatis,& hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginitatem ſuam,bene facit.Hoc ipſum pleriſq; aliis teſtimoniis à viris catholicis aduerſus Pelagii,& Lutheri peſtilentiſsimos,ac omnino diſsidẽtes errores lõgius cõprobatur:maxime per Ioan.Roffẽſem cõtra Lutherũ art.36.Ioan.Eckium art.31.Ioan. Bunderiũ à Gãdauo in Cõpendio cõcertationũ, tit.6.Alfõſum à Caſtro aduerſus hęreſes:verbo,Gratia.& verb.libertas.Domini.à Soto lib.3.de natura & gratia. cap.1.&.ca.7.& aliis.Andreã à Vega in lib.de fide iuſtificante.q.6.& ſequentibus.Extat hac de re ſanctę ſynodi Tridentinæ definitio in ſeſſione.6.cap.5.ſunt præter alia multa diui Auguſtini in.3.lib. Hypognoſticõn ad finem pulchra verba. Audi,inquit,ergo breuiter,proprię voluntatis tunc eſt meritum bonum, quando gratiæ donũ prędecedit vniuſcuiuſq; voluntatem,vt meritum faciat homo per propriam voluntatem.& idem author ibidem paulò ante. Sed clamas iterum,& dicis:ſi nullum eſt meritum operantis,quomodo ſcriptũ eſt:& tu reddes vnicuiq; ſecundum opera ſua? Auſcultа & intellige,ſi tamen aures habes audiendi,& cor nõ ſit indurатũ inteillgẽdi. propter liberũ arbitriũ,quo bona,& mala operantur homines,dictũ eſt:vnicuiq; reddes ſecũdũ opera ſua. Habet enim homo malũ meritũ cũ vitio ſuo:iã baptizatus declinat à bono,& facit malũ,ideſt cũ derelinqt deũ,& diligit ſęculũ.Habet nihilo minus & bonũ meritũ,cũ in omnibus grãæ dei bona in ſe operãti nõ reſiſtit,ſed cooperator exiſtit,& omnẽ ſpẽ ſuã habet in illũ cum aurem ſuam, & cor deo loquenti intus, hoc eſt in interiori homine prębet,& non foris in malis ſæculo perſtrepẽti.hæc

Augustinus. Quę cum, vt modò argumentabamur, certa sint, & probent, meritum condigni procedere ab operibus nostris libero arbitrio cooperante ei dono grãæ, quod deus impartitur alicui per motionem ad opera bona, vt ipse ad vitã æternam perueniat: patet condigni meritũ non extendi vltra hãc motionem. quod .S. Thomas expressim hac vsus argumentatione respondit in. 1. 2. q. 114. arti. 6. & in. 4. sent. dist. 45. q. 2. art. 1. vers. respõdeo dicendum. & est omnium Theologorum conclusio receptissima: quæ asseuerat, neminẽ posse alteri mereri de cõdigno primã gratiam. Eadẽ assertio apertissimè fulcit ea ratione quod mereri vnũ alteri gratiam primam, nihil aliud est quàm deprecari à deo bonum motũ alterius. quod non cadit sub condigni merito: siquidem id iustitiæ innititur: motus autẽ ad opera bona, gratiæ tantũ Spiritus sancti tribuitur: atq; ideo non pertinet ad condigni meritum. deinde eandem conclusio satis alia simili adstruitur: qua certissimum fit, Neminem ex merito condigni primam gratiam sibi mereri: sed ex mera dei liberalitate. Sic enim inquit Paulus ad Roma. cap. 11. si ex operibus, iam non est gratia: si autem gratia, iam non ex operibus. Quam ob rem cũ hæc prima gratia nomẽ hoc ex ipsis diuinis testimoniis habeat, non potest ad condigni meritum pertinere: quia tũc non esset gratia. Diuus Augustinus lib. 3. Hypognosticõn inquit: Vitiato libero arbitrio totꝰ homo vitiatus est. per quod absq; adiutorio dei, & gratiæ, quod deo placet nec valet incipere, nec perficere sufficit. Præuenitur autem medicina: id est Christi gratia, vt sanetur, & reparetur in eodem vitiata, atq; præparetur voluntas, quæ sem per indigens adiutorio, illiminante gratia Saluatoris posit tam deũ cognoscere, quàm secundum eius viuere voluntatem. Hactenus Augustinus. Deus enim, cui vult misereatur, & quem vult indurat: igitur non volentis, nec currentis, sed miserentis est dei: teste Paulo ad Roma. cap. 9. Hanc conclusionem asserit diuus Thomas communiter receptus in. 1. 2. q. 114. art. 5. multisque authoritatibus eam probant Dominicus à Soto lib. 2. cap. 3. & .4. & lib. 3. de natura & gratia, cap. 7. & 8. Andreas à Vega lib. de fide iustificante. q. 7. igitur gratiam gratis data tam, qua deus benignissima sua voluntate trahit peccatores ad suam gratiã & iustitiam, nemo meretur: sed illa omne meritum antecedit.

Obiter tamen, nam id nostrates minimè explicarunt, vt lector faci
2 lius hæc percipiat, adnotare libet, gratiam generaliter dici, quodcunque donum, quod nõ debetur suscipienti, sed volũtate donatur. Ita enim inquit Paulus: Si ex operibꝰ, iam non est gratia. & tamen licet hoc sit generale nomen: speciali tamen nomenclatura dicitur gratia

quædã

quædam gratum faciens: reliquis nomẽ genericum retinentibus, vt dicantur gratię gratis datę. Eſt autem gratia gratum faciens, per quã homo ipſe deo coniungitur, & formaliter fit amicus, & deo gratus, ac iuſtificatur, iuxta illud ad Roman. cap. 3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Gratiæ autẽ gratis datę, ſunt dona illa, quæ cõferuntur nõ in bonum ipſius ſuſcipientis, ſed in aliorum vtilitatem, vt vnus alteri cooperetur ad hoc, quod ad deũ reducatur. De quibus apoſtolus ad Corinth. 1. ca. 12. inquit: vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem: ſcilicet aliorum. & inibi meminit harũ gratiarum: vt ſint dona prophetiæ, linguarum, & ſanitatum: quæ nihil vetat prauis hominibus donari. Dicuntur autem gratię gratis datę: quia conceduntur ſupra facultatem naturæ, & ſupra merita perſonæ. Hanc diſtinctionem explicat Thom. 1. 2. q. 111. arti. 1. Gratia autem iuſtificationis poteſt tripliciter accipi. Primò quidẽ pro gratia gratum faciente, qua formaliter iuſtificamur & efficimur amici dei. Secũdo modo pro gratia gratis data, qua deus nos adiuuat, & peculiariter mouet, vt ea efficiamus, quę requiſita ſunt, vt obtineamus gratiã & amicitiam ipſius. Tertiò accipitur à quibuſdam gratia iuſtificationis generaliter, vt ſub ſe comprehẽdat gratiam in prima & ſecunda ſignificatione: & tandem vt gratia iuſtificationis dicatur, quidquid gratis à deo fit, vt iuſtificemur. Hęc diſtinctio ex eo probetur, quod ſæpiſsime à catholicis autoribus auxilium ſpeciale dei mouentis affectum ad opera bona, & concurſus ipſe dei præuenientis, conuertentiſque ad ſe nos, appellatur gratia iuſtificationis. Idem Thomas. ead. 1. 2. q. 109. art. 6. dum tractat de dei auxilio ſpeciali ad mouendum, id videtur tribuere gratiæ iuſtificationis: ſic idem non ſemel in dicta. q. 111. ex eo diſtinguit gratiam gratũ faciẽtem, à gratia gratis data, quod gratia gratum faciens tendit in vtilitatem ipſius tantum ſuſcipientis: gratia verò gratis data non confertur in bonum ipſius ſuſcipientis: ſed in vtilitatem aliorum. ſed auxilium ſpeciale dei, tendit in bonum & commodum illius, cui confertur tantum. igitur id non omnino pertinet ad gratias gratis datas: imò eſt proprium gratiæ iuſtificationis. Gratia igitur iuſtificationis generaliter accepta complectitur gratiam gratis datam, quæ ſpeciale dei auxiliũ dicit: & gratiã gratũ faciẽtẽ, qua formaliter iuſtificamur. Sancti emꝑres in cõcilio Mileuitano: & Auguſtinus, paſsim gꝛam iuſtificationis appellant quidquid gratis à deo fit, vt iuſtificemur.

Gꝛa verò gratũ faciẽs à gꝛa gratis data hac in parte diſtinguit in hoc, quod gꝛa gratũ faciẽs eſt habit⁹ quidã ſupernaturalis, quem deus infũdit animabus noſtris, quoties nos ſibi recõciliat, & ad ſuã amicitiam admit-

quid ſit gꝛa gratum faciens.

quid gꝛa gratis data.

gꝛa iuſtificationis tripliciter accipit.

gꝛa iuſtificationis ſumpta quid complectat.

diſcrimen inter gꝛam gratum faciẽtẽ, et gꝛam gratis datam.

admittit:vt per illam formaliter simus illi grati, sic, vt albedine sumus albi.sed & gratia iustificationis pro vt accipitur pro speciali dei auxilio,operans dicitur in illo effectu,quo mens nostra mouetur: co operans verò in illo,quo mens nostra mota est,vt velimus, & volumus sic,vt faciamus: sic dum mẽs nostra mouetur tantũ,est operans: dum mouet & mouetur,est coperans:quia cooperatio non solũ tribuitur deo, sed etiam animæ. Eodem modo gratia gratum faciens, dum sanat & iustificat,dicitur gratia operans:sed qua parte est principium meritoriè deinceps operandi ex libero arbitrio, dicitur gratia cooperans:quemadmodum hęc explicat Thomas.1.2.q.111.art.2.de his etiam late tractant Ioan.Driedonius lib.1.de gratia & lib.arbit.2. tract.cap.2.in prima eius parte. Diuus Augustinus de grat.& lib.arb. cap.17.Andreas à Vega super concilium Tridentinum in caput octauum cap.13.

Ego sanè opinor,auxiliũ dei speciale,concursumq; eius præuenientis,conuertentisq; ad se nos,licet cõ numeretur inter gratias gratis datas,ab eis tamen posse distingui,& nomen habere speciale,auxilii quidem gratuiti peculiaris,quo nos super naturam deus euehit: vt discernatur à generali dei cõcursu,quo mouet,fouetq; res naturales:& tamen à gratia gratum faciẽte differre:licet ad gratiam iustificationis pertineat.Hæc omnia constant ex superius adnotatis: & quia gratia gratum faciens est habitus quidam supernaturalis, & diuini prosus ordinis,quem deus infundit animabus nostris,quoties nos sibi recõciliat,& ad suam amicitiam admittit,vt per illum sic simus formaliter ei grati,& amici,vt albedine sumus albi,& cognitione cognoscẽtes,& fide fideles.Gratia verò gratis data non habitus est,sed auxilium quoddam speciale,& peculiare ipsius dei,quo deus peculiariter adiuuat,& potentius mouet,& inflectit potentias nostras, vt ea facere possimus,quæ sunt necessaria ad iustificationem nostram, & sic ad consequendam gratiam gratum facientem,& ita habitum,quem modò significauimus.quæ distinctio colligitur ex. S. Thoma in.1.2.q. 109.art.6.Auxilium autem istud speciale dei mouentis hominem ad bene operandum, & præparandũ se ad consequendam iustificationem,& habitum gratiæ,seu gratiã habitualem,quia tẽdit omnino in bonum ipsius suscipientis,ad iustificationem pertinet,tametsi gratia gratis data appelletur.

Hinc sequitur Catholica conclusio,qua constanter asseueramus, Neminem posse solis viribus naturalibus absq; dei auxilio speciali ea efficere, quæ sunt ad obtinendam gratis iustificationem necessaria.

3 Hæc probatur Ioã.6. Nemo potest venire ad me,nisi pater, qui misit me,

me,traxerit eum.& Ioan.cap.15.Sine me nihil poteſtis facere.Eadem concluſio pluribus in locis ab Auguſtino defenditur aduerſus Pelagianos hæreticos,& à.S.Thoma in dict.art.6.atq; aliis theologię profeſsoribus omniũ cõmuni ſententia:cuius varia doctiſsimorum virorum teſtimonia tradidere Dominicus à Soto lib.2.de natura, & gratia:capit.3.Alfonſus à Caſtro de hæreſib.verb.Gratia.Andreas à Vega in lib. de fide iuſtificante.q.8. & Gregorius Ariminenſis in.2.ſenten.diſt. 26.q.1.& in diſt.29.q.1.idque definitum fuit olim in concilio Mileuitano cap.4.& capi.5.atq; in Tridentina Synodo: ſeſsione.6. capi.5.cuius Canon primus ita inquit:Si quis dixerit hominem ſuis operibus,quæ vel per humanæ naturæ vires,vel per legis doctrinam fiant,abſq; diuina per Criſtum Iẽſum gratia poſſe iuſtificari coram deo:Anathema ſit.

Deducitur item ex his,prẽparationem,& diſpoſitionẽ ſufficientẽ ad gratiã eſſe opus,& dei,& noſtrũm. dei quidẽ prẽuenientis:noſtrũ autẽ conſentientiũ, & cooperantiũ. vnde & in nobis nullum eſt initium præparationis ad gratiã,& iuſtificationẽ: ſed deus inceptor eſt, ſicuti in eodẽ cõcilio Mileuitano: & ſynodo Tridẽtina dic.ca.5. definitum extat.idẽ Auguſtinus docet de gratia & lib.arbitrio.c.5.ſcribẽs ita: Niſi donũ dei eſſet,etiã ipſa ad deũ noſtra conuerſio, non ei diceretur:Domine Deus virtutum cõuerte nos. Rurſus idẽ Auguſtinus lib.1.ca.4.contra duas epiſtolas Pelagii:Nõ poteſt homo aliquid velle boni, niſi adiuuetur ab eo, qui malũ non poteſt velle:hoc eſt,gratia dei per Iẽſum chriſtum.Paulus ad Philippenſes ca.2.deus, inquit, operatur in nobis velle,& perficere.Quibus & alia plura teſtimonia ſuffragantur, quæ hic miſſa facimus, quandoquidem à præcitatis authoribus diligentiſsime traduntur.

Infertur etiam ex prænotatis, ita ab eccleſia catholica liberum arbitrium conſtitui, vt ei infirmo, & egeno neceſſariam eſſe iudicet gratiam dei:at verò ita viciſsim gratiã extolli,vt liberum arbitrium minimè ſublatum eſſe cenſeat:ſed definiat cooperatione noſtra opùs eſſe in iuſtificatiõe.Huius catholicæ aſſertionis probatio conſtat, præter ea,quæ in initio huius paragraphi adduximus, authoritate Synodi Tridentinę,ſeſsione.6.ca.5.& cano. 4.vbi definitũ eſt,quod deus nemine coactũ ad ſe trahit,aut neceſsitate inducit,ſed in noſtra poteſtate eſt,gratiã eius reſpuere, vel aſſenſum noſtrũ ei præbere,& cooperari. Diuꝰ Auguſtinus de peccat.meritis,libro.2. capite.18. ſic ait: Liberum arbirium huc atque illuc ſic flectitur,vt male vti malus poſsit, & bene bonus.ſed nõ niſi ex deo bonam voluntatem habemus.Paratur enim voluntas à dño qui operatur

raturin nobis velle,& operari. Tertullianus in lib. definitionũ ecclesi. dogmatum, ca. 21. manet, inquit, ad quærendam salutem arbitrii libertas, id est rationalis volũtas, sed admonente prius deo,& inuitante ad salutem: vt vel eligat, vel sequatur. His etenim & aliis testimoniis satis apparet, liberum arbitriũ per primi parentis peccatũ læsum: manere quidem in malum per se cum concursu generali naturæ: in bonũ autem gratia dei mouente & adiuuante, secundum illud Oseæ. 13. Perdito tua ex te Israël, tantunmodo in me auxilium tuum. Extat igitur catholica definitio aduersus hæreticos, quos multis tractatib⁹ ad hoc editis conuincunt diuus Augustinus, & alii ecclsiæ catholici doctores, quos nostra ætate imitati sunt Roffensis aduersus Lutherum art. 36. Ioan. Driedo de libero arbitrio: Bunderius in compendio concertationum, tit. 7. Alfonsus à Castro de hæresi. verb. gratia. Dominicus à Soto lib. 1. de natura & gratia, cap. 15. exponit & hanc conclusionẽ. S. Thomas. 1. 2. q. 109. art. 2. & art. 6. & idem. 1. parte. q. 83. art. 1. & rursus. 1. 2. q. 113. art. 3. His tamen & aliã catholicam conclusionem adiicimus, quam necessariam fore opinamur ad eorum, quæ modò exposuimus, apertiorem intellectum.

¶Opera iusti, quę genere suo, ac
4 circunstantiis bona sunt, omnia sunt meritoria de condigno & cumulatioris gratiæ, & vitæ æternę.

Hæc assertio probatur ratione, & authoritate. Ratio enim ex eo constat, quod quidquid redditur secundum iustum iudicium, merces condigna est: cum id ad iustitiam pertineat: sed vita æterna redditur adeò secundum iudiciũ iustitiæ. 2. ad Timothe. 4. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex: igitur homo iustus ex operibus meretur condigni merito vitam æternam. Deinde meritũ est opus, quo quis fit mercede dignus. & pluribus in locis sacrę scripturæ mẽtio fit mercedis operibus iusti retribuendę: præsertim Marci cap. 9. Amen dico vobis non perdet mercedem suam. &. 1. ad Corinth. cap. 3. Vnusquisq; mercedem accipiet secũdum laborem suum. ergo prę̃mittitur, opera iusti meritum habere, & ideo esse mercede digna. merces autem glorię ęternæ est. Nam si opera apud deũ merita non sunt, nisi virtute præuiæ gratię, potisimè sunt digna merce de ipsius vitę ęternę: cuius semẽ est ipsa gratia: vt inquit Thomas. 1. 2. q. 114. artic. 3. ad. 3. & innuit Paulus ad Romanos cap. 6. Gratia dei, vita ęterna. Authoritate adstruitur hęc conclusio Pauli. 2. ad Thessalonicẽ. 1. vbi scribens de tribulationibus, inquit, quas in exemplum iusti iudicii dei, vt digni habeamini regno dei, pro quo & patimini. & Matthęi cap. 5. Gaudete, inquit Ie̅sus, & exultate, quoniam merces vestra

copiosa

copiosa est in cœlis. Hoc ipsum sacrosancta Synodus Tridentina cõfitetur sessione. 6. ca. decimo sexto. & cano. 26. & 32. sunt & ad hæc verum authorum, & sanctorum virorum plura testimonia, quæ aduersus impium Lutherum tradidere plures authores ex iunioribus, atq; item ex veteribus Diuus Thomas in dict. quæstione. 114. arti. 3. & in epistolam Pauli ad Roma. capi. 4. & 8. S. Bonauentura in. 2. senten. dist. 27. q. vlti. Richar. in. 4. sent. dis. 46. art. 1. q. 1. Ioan. Bunderius in cõpendio concertatio. tit. 6. Alfonsus à Castro in lib. aduersus hæreses: verbo, meritum. Domi. à Soto lib. 3. de natura & gratia, capitu. 7. & 8. Andreas à Vega lib. de fide iustificante. q. 5. idem in defensione concilii Tridentini lib. 15. cap. 12. & sequentibus. à quibus duo huic assertioni obiiciuntur. Primum: quod meritum ad iustitam pertinet, & ius est æqualitatem præmittens: nihil autem nos possumus præstare deo æquale vitæ æternæ: siquidem vita ęterna nullis sit nostris obsequiis ęstimabilis. Paulus ad Roma. cap. 8. non sunt condignę passiones huius sæculi ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ergo nulla est iustitia, aut meritũ nostrum apud deũ, ad futuram gloriam. quod comprobatur ex Aristotele. 8. Ethi. dicente: diis & parẽtibus non possumus reddere ęquale. Alterum: merces, & prẽmium quid debitum significant: deus autem nihil potest debere nobis: nullus enim ei prior dat, vt retribuatur ei, vt scribit Paulus ad Roma. cap. 11. nec deus debet iustis vitam æternã propter quęcunq; eorũ opera: posset equidẽ iustis eam non dare: nec eis faceret iniuriam. Nam quidquid est nostri officii suũ est, & id debitum: atq; ideo quod suũ est ei reddim⁹. Igitur nulla est obligatio dei propter nostra opera vtcunq; sanctissima. His vero obiectionibus à catholicis vnanimi cõsensu distinctione quadam respondetur: quam hic breuiter exponemus.

¶Opera iustorum dupliciter cõsiderantur. Primò quidem considerari possunt secundũ suam perfectionẽ naturalẽ, & quatenus sunt à libero arbitrio iuxta vires naturales, etiam ex speciali auxilio dei ante gratiã gratũ facientẽ, & amicitiã diuinam. Et in his non est condignitas ad beatitudinem, & vitam ęternam. Longissime enim excedit beatitudo valorẽ omnium talium nostrorũ operũ, sicut & virtutẽ nostrã naturalẽ: cũ ipsa sit supernaturalis. Est tamen cõgruitas proportionis, quod homini operanti secũdũ suam virtutẽ, deus recõpenset secũdũ excellentiã suæ virtutis. Possunt tamẽ secundò considerari opera iustorum secundũ perfectionẽ supernaturalem, quam habent à gratia, & spiritu sancto inhabitante animas ipsorum: & sic considerata sunt meritoria vitę ęternæ de condigno

digno. nam valor meriti attẽditur ſecũdum virtutem ſpiritus ſancti: iuxta illud Ioan. 4. fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. attenditur etiam pretium operis ſecundum dignitatem gratiæ per quam homo efficitur conſors diuinę naturę, adoptaturq; in filiũ, cui debetur hæreditas: ad Roma. capit. 8. ſi filii, ergo hæredes. Hac diſtinctione vſus eſt. S. Thomas. 1. 2. q. 114 art. 3. quẽ Theologi omnes ſequuti ſunt in. 1. ſent. diſt. 17. & in. 2. diſt. 28. Domini. à Soto in lib. 3. de natura, & gratia. cap. 7. & in epiſtolam ad Roma. cap. 2. Andreas à Vega in lib. de fide iuſtificante. q. 5. verſ. ad primum: & conſtat ex his, quæ ſtatim in ſequenti diſtinctione dicemus. Etenim qui illa vtuntur, & hanc, ni fallor prę̃mittere videntur ſenſim quidem, etiam ſi non oẽs hanc expreſsim adnotauerint.

¶Meritum item diſtinguendum eſt. Aliud eſt etenim proprium, & perfectum, ac ſuapte natura meritum: cui de rigore iuſtitiæ merces debetur: vt plane iniuſtus cenſeatur qui hanc mercedem non reddiderit. Hoc meritum non eſt hominis ad deum. nam ſi deus nemini redderet operum ſuorum mercedem, iniuſtus non eſſet, etiam ſi noſtra opera adſumamus ſecundũ perfectionem ſupernaturalem. Aliud dicitur meritum, quod non ſuapte natura, aut ſimpliciter dignum eſt mercede de rigore iuſtitiæ: ſed ex ſuppoſitione ſponſionis ipſius retribuentis, & eius ordinatione. quale eſt præmium, & meritũ bra uîi in haſtiludio in quo rex promittit victori gemmam, aut aliquid pretioſum: quod multo maioris valoris eſt, quã labor, & induſtria victoris: quæ quidem ſua propria natura ęſtimata, nõ ſunt digna ex rigore iuſtitiæ tanta mercede: ſed tamẽ præmiſſa, & ſuppoſita ordinatiõe, ſeu promiſsione Regis, victor in haſtiludio dign⁹ eſt oĩno, & de iuſtitia illa mercede. eiuſmodi eſt meritũ hominis ad deũ. Nam etſi noſtra opera non ſint ex ſeipſis digna vita æterna: tamẽ quia miſericors deus promiſit ſeruanti mandata ſua ſe illi daturum vitam ęternam, Matthæi ca. 19. poſt talem promiſsionem iuſtum eſt, quod deus det vitam æternam ſeruanti eius mandata: conſtituiturq; deus debitor vitę ęternæ non ex operibus noſtris, ſed ex promiſsione ſua: quæ quidem promiſsio ſimpliciter, & abſolute eſt tribuenda gratiæ: ſic inquit Paulus ad Coloſſenſes. 1. dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum. Hoc ipſum aſſerit Auguſtinus de trinit. lib. 14. capi. 15. quid animam, inquit, faciet beatam? niſi meritum ſuum, & prę̃miũ domini ſui? ſed & meritum eius, gratia eſt illius: cuius prę̃mium erit beatitudo eius. idẽ Auguſtin⁹ ſermone 151. de tempore: laudemus, inquit, fratres dominum, quia eius fidelia promiſſa retinemus: nondum accepimus. Parum putatis, quia promiſſorẽ

missorem tenemus: vt iam debitorem exigamus: promissor deus debitor factus est bonitate sua, non prærogantia nostra. idem in sermone. 16. de verbis Apostoli. in his, quæ iam habemus, laudemus deũ largitorem, in his, quę nondum habemus, tenemus debitorem. debitor enim factus est non aliqd à nobis accipiendo: sed quod ei placuit promittendo. Hæc Diuus Augustinus. qui præmissam distinctionem sensisse videtur. quam post alios exponunt authores ad prędcedentem citati: & Ioan. Bunderius in compendio cõcertationũ. tit. 6. art. 5. & sequẽtib⁹: atq; optime Alfõsus à Castro aduersus hęreses verb. meritũ.

Ex his distinctionibus multa deducuntur, quæ necessaria sunt ad intellectum huius conclusionis, quam catholicam esse diximus, & ad respondendum obiectionibus, quę eidem opponi solent.

Primum: opera iustorum ex sua propria natura, & vi, vt à libero arbitrio, etiam ex auxilio speciali dei antecedenti gratiã gratum facientem, procedunt, non esse meritoria merito condigni: tametsi de congruo possint esse, & sint meritoria. Hęc Diuus Thomas paulo ante citat⁹, & alii, quorũ mẽtionẽ fecim⁹.

Secundum: opera iustorum vt procedunt, & considerantur à perfectione, quam habent super naturalẽ à gratia & spiritu sancto inhabitante animas ipsorũ: & sic à gratia gratum faciente, meritoria esse apud deum merito condigni. Hoc ipsum satis superius probatũ est.

Tertiò infertur, meritũ condigni proprie, & immediate, vt interim ita loquar, procedere à gratia cooperanti, & ei tribuendum esse, & sic habitualem gratiam, idest gratum facientem, esse principiũ meriti condigni. hãc illationẽ plane probat. S. Thomas. 1. 2. q. 109. art. 6. & q. 111. art. 2. postdiuũ Augustinum in lib. de libero arbitrio.

Quartũ: constat ex his, iustorum opera, vt procedunt à gratia gratũ faciente, & sic à perfectiõe supernaturali, nõ esse simpliciter meritoria merito condigni glorię, beatitudinis, & vitæ æternę, sed suppositа ordinatiõe dei, & ei⁹ gratuita diuina promissione, qua iustis vitã ęternã promisit, & gratis se cõstituit debitorem. Sic sane locus Pauli intelligendus est ad Roma. capi. 8. nam si naturam ipsam operũ consideremus secluſa promissione diuina, & eius ordinatione, non sunt condignę passiones nostrę ad futuram gloriam. Hanc illationem plane catholici omnes fatentur: & post alios Diuus Thomas prima secundę quæstione. 114. articulo primo, & 2. & hi doctores, quorum modo mentionem fecimus.

Quintò, patet ex rigore iustitiæ, suppositа hac diuina ordinatione, vitam æternam, & beatitudinem deberi, ipsumq; deum debitorẽ esse propter meritũ operum iustorũ. Hoc probaẽ ex prędcedẽtibus: vnde

si recte omnia considerentur manifesta est responsio ad obiectiones ex his postremis duabus illationibus.

Et licet plęrisq; visum sit, deum ipsis iustis debere beatitudinem, & vitam ęternam, atq; ipsis debitorẽ esse suppositа promissione diuina: vt opinatur Scotus, Bonauentura, & Ricardus in.2.sent.dist.27. illud tamen consultius probari, & teneri potest, quod S. Thomas docet in dict.q.114.art.1.ad.3.dũ asserit, deũ effici non simpliciter debitorem vitæ æternę, sed suppositа ei⁹ promissione: atq; ideo non esse debitorẽ ipsis iustis operantib⁹: sed sibi ipsi, suæ propriæ bonitati, & firmissimæ veritati, vt eius lex, & ordinatio impleatur.

Sextò hinc proxime constat, qualiter accipiendum sit quod Diuus Bernardus scribit in sermone primo de annũciatione: dum inquit, quod absq; iniuria potest deus nõ dare beatitudinem iustis. & rursus quod Augustinus tradit quarto libro, contra Iulianum Pelagianum capitulo tertio, dicens, deum fore iniustum, si non ad ipsius regnum verus admitteretur iustus. Ad hæc Paulus Apostolus .2. ad Timothe. capitulo secũdo, inquit, fidelis sermo. Nam si commortui sumus, & conuiuemus. Si sustinebimus, & conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos, si non credimus, ille fidelis permanet, negare se ipsum non potest. idem ad Hebræ. capitulo sexto, nõ enim, inquit iniustus est deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. Etenim hæ authoritates sunt accipiendæ suppositа, vel non pręmissa promissione diuina. aut tandem aliter, quod petendum est à viris in sacra Theologia doctissimis, eisdemq; religionis Christianæ, & catholicæ ecclesiæ obseruantissimis. Nostrum siquidem non est, rem à propria professione iuris humani alienam penitius explicare: legat vero quispiam Andre. à Vega in dicta quæstione quinta, & eundem super concilium Tridentinum lib. vltimo. capitulo vigesimosecundo.

Septimo, si ad amussim quæ dicta sunt perpendantur, elicitur, nõ esse necessariam nouam dei acceptationem præter gratiam gratum facientem, vt opus sit de condigno meritorium. Hoc corollarium probatur: quia gratia gratum faciens nihil aliud est, quam acceptatio ad gloriam, vt omnes fatentur in.2. sent.dist.27. & in tertio. distin. decimaoctaua, si ergo per gratiam homo iam est acceptus ad gloriam, non est opus noua acceptatione operis. Nam si filii, ergo hæredes, vt inquit Paulus. & propterea opus est gratum, quia persona est grata. respexit enim deus ad Abel, & munera eius. Alioqui esset repugnantia, personam esse acceptam, cuius

opus

opus non sit deo gratum : atq; ita Dominicus à Soto libro tertio, de natura, & gratia, capite septimo elegan ter, vt & multa alia, hanc illationem probat, & defendit aduersus Scotum, qui in. 1. sent. distin. 17. quæstione prima, existimat, non satis esse, opus elici à gratia, vt sit meritorium vitæ æternę: sed vltra hoc requiritur, quod sit acceptũ à Deo, & ordinatum ad talem finem.

Fateor optime lector me longius digressum fuisse, quam ab initio constitueram: sed tamen hęc ad faciliorem huius materiæ intellectũ mutuati sum⁹ à veris catholicis, & sacræ Theologiæ professione celebratissimis, quæ in eum sensum accepimus, & accipere obtestamur, quem sancta mater ecclesia probauit, & catholicum esse definierit.

¶ Secunda conclusio. nullus potest non tantum primam gratiam, sed nec quidquam aliud alteri me
6 rito condigni mereri. Hæc probatur eadem ratione, quam ad probationem primæ conclusionis adduximus ex Diuo Thoma prima, secundę. quæstione. 114. articulo sexto. & præterea, quia meritum condigni proprie, & vere iustitiæ tribuitur, & ad eam pertinet: quod satis manifestum est, iustitia autem est ad ipsum operantem. Paulus secunda ad Corinth. capitulo quinto. omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit siue bonum, siue malum. & Apocalipsios capitulo. 14. opera enim illorum sequuntur illos. Paulus item ad Roma. capitulo secundo, referens iustum Dei iudicium inquit: qui reddet vnicuiq; secundum opera eius. deinde iustitia ad alterum est, teste Cicerone lib. primo, de officiis. tradit Thomas secunda secundę, quæstione. 58. artic. secundo, post Aristot. libr. quinto, Ethi. capitulo secundo, & capitulo quinto, actiones autem, quę sunt ad alterum, considerantur per comparationem ad agẽtem, & ad eum, in quem fiunt, vt constat. igitur cõdigni meritũ, quod iustitię tribuitur, respectu agentis versatur : atq; ideo non potest ex alterius operibus alter de condigno quidquam mereri. idem etiam probatur, quia iustitia est reddere vnicuiq; quod suum est: idest ei debitum secũdum proportionis æqualitatẽ: sed iuxta hanc æqualitatẽ non potest vni deberi quidquam ex operibus alterius, cũ is nihil egerit, nec dederit: ergo nõ potest quis alteri ex cõdigno mereri. Et pręter hęc apparet : quia meritũ condigni personam operãtis non excedit. Nã gratia cooperans, à qua meritum procedit ex cõdigno, vt suum possessorem ad beatitudinem perducat, datur : non vt per eam alteri mereatur ex condigno. Alteri enim ex condigno mereri soli Christo seruatum est: vt explicat Thomas præter alios in dicto. articu. 6. ex quibus constat

hæc ſecunda concluſio,quæ communis eſt apud Theologos: & eã proponit Adrian.in quodlibeto.8. parte.2.

¶Tertia concluſio.poteſt quis nõ tantũ pro ſuis culpis ideſt,pro pœ-
7 nis temporariis, quæ reſiduę ſunt ex remiſsis peccatis,de condigno, & rigore iuſtitiæ ſatisfacere, ſed & eodem iure pro alienis:modo ambo ſint amici dei.Hæc aſſertio quo ad primam partem probatur multis,quæ de ſatisfactione adnotarũt Theologi præſertim catholici aduerſus impium Lutheri dogma. Roffenſis inquam in arti.de ſatisfactione.Caſtro de hæreſib.verb ſatisfactio.& pœnitentia.Bunderius in compendio cõcertationum.tit. 16.Thomas & alii in.4.ſent.diſt.15. nec enim Chriſtus Lucæ.cap.11.dixiſſet,date eleemoſinam,& ecce omnia munda ſint vobis, ſi remiſſa culpa conſummata eſſet mũdatio, aut ſi pœna tẽporaria,quæ pro peccatis iam demiſsis ſupereſt,nõ poſſet operibus noſtris tolli,& exolui: quod autem hæc ſatisfactio ad iuſtitiam,& eius rigorem pertineat, & ſic ex condigno fieri ſatisfactionem probat Thomas in.4.ſent.diſtin.20.queſtio.1.arti.2.dum diſtinguit meritum de congruo à ſatisfactione.explicat eleganter Domini. à Soto.in libro tertio,de natura & gratia.capitulo.6. etenim ſi pœna temporaria, quæ ſupereſt dimiſſa culpa,per opera noſtra pœnalia ſoluitur,vt eſt in confeſſo apud catholicos,& id ſynodus Tridentina definiuit ſeſsione.6.capi. 14.debitum tollitur rigore iuſtitiæ.

Secunda pars concluſionis probatur ex eo,quod manifeſtum ſit, poſſe quempiam pro pœna ab altero debita ſatisfacere.id enim Paulus aſſerit.1.ad Corinth.cap.8.ex æqualitate,inquit,in prẽſenti tempore veſtra abundantia illorum,ſcilicet pauperum miniſtrorum Chriſti,inopiam ſuppleat,vt & illorum abundantia veſtrę inopię ſit ſupplementum.abũdabant nanq; Corinthii temporalibus bonis:egeni vero erant in ſpiritualibus:E diuerſo miniſtri Chriſti ſpiritualibus abundabant,egentes terrenis.voluit itaq; Apoſtolus,bona opera pauperũ Chriſti cõmunicari.idẽ Paulus ad Coloſſen.ca.1.Nũc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea,quæ deſunt paſsionũ Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt eccleſia.Hęc Paulus.quẽadmodũ ergo paſsio Chriſti ſuffragatur eccleſiæ,hoc eſt membris Chriſti: ita mẽbra Chriſti myſtica ſibi mutuo operibus ſubſidio ſunt,dũ vnius ſatisfactio alteri ſubueĩt.ſic hãc ſecundã partẽ concluſionis tenent Thomas in dict.quæſtione prima, articulo.2. Adrian, quodlibet.8.2. parte.Card.à Turre Crema.in capitulo.menſuram.de pœnit. diſt.1.§. in leuitico. numero.13. Domini.à Soto.in dicto capitulo ſexto.quibus placet,hanc ſatisfactionẽ fieri de cõdigno,& rigore iuſtitię:qa nõ

agitur

agitur hic de merito, vt vnus alteri mereatur, sed de solutione debitę pœnę. atq; ideo apud Deũ, si quis velit soluere quod alter debet, non est cur Deus non acceptet opera, quę ex gratia procedunt, si pro amico offeruntur, ac si pro se ille obtulisset. Sic Diuus Thomas in dicto art. 2. in specie hanc quęstionem tractans hanc satisfactionẽ vnius pro altero distinguit à merito congrui. Hanc opinionem tenet, ac defendit Ioan. Medina in Codice de pœnitentia tractat. 3. quæstione quinta, dicens esse communem tametsi addiderit, vnum pro alio saltem de congruo satisfacere. His accedit quod iuxta ecclesiæ catholicas traditiones apud eam est Thesaurus maximus indulgentiarum constans ex meritis, & operibus satisfactoriis passionis Christi, atq; ex martyriis, & operibus Sanctorum, qui, cum dimissa culpa, pœna temporalis sit, & finita, potuere per gratiam, & auxilium Christi ad iustum satisfacere, & insuper opera supercrescentia agere ad satisfaciẽdum pro aliis, quibus sanctorum opera communicantur. quod manifestum est ex constitutione: vnigenitus inter extrauagan. communes, tit. de pœniten. & remissio. & multis, quæ de indulgentiis tradidere Roffensis auersus Lutherum articulo. 17. Ioan. Eckius aduersus articulo nono, &. 24. Castro aduersus hæreses verbo. indulgentiæ. Ioan. Bunderius in compendio concertationum. titu. 17. Caieta. in secũdo, tracta. indulgentiarum. Card. à Turre Cremat. in dict. §. in leuitico. articulo. 1. &. 2. S. Thomas & alii in. 4. sentent. distin. 20. & præter hos pleriq; alii qui de indulgentiis tractauere. Hæc enim est illa sanctorum communio, quæ in Symbolo exponitur, dum fatemur sanctorum communionem, quæ quidem & in hoc versatur, quod opera sanctorum satisfactoria, qua ex parte supersunt satisfactioni pro eorum peccatis quo ad temporalem pœnam, & merita passionis Christi communia sunt Christianis per charitatem. Hinc sane appareret secunda conclusionis pars: cui addendum est, posse quem etiam si ipse debeat pœnæ temporalis satisfactionem, amici debitum prius quam proprium soluere.

Tertia conclusionis pars, multis apertissima fit, sed præsertim authoritate Pauli. 1. ad Corinth. capitu. 13. si distribuero, inquit, in cibos pauperum omnes facultates meas, etsi tradidero corpus meum ita, vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil sum: scilicet apud deũ. Hoc ipsum probatur ratiõe. Nam per culpã peccati fuit offensa facta deo, cui ob hanc offensam satisfactio debetur, quæ aliter contingere nequit, quam si offensa tollatur, & hæc tolli non potest nisi amicitiæ restitutione vt constat: igitur extra charitatatem opera facta minimè sunt apud Deum de lege iu-

stitię satisfactoria.ex quibus,& alis hanc sententiam tenẽt Thomas, & communis Theologorum scho la in.4.sent.dist.15.q.1.art.3. Gratianus cap.sceleratior.§.his authoritatibus.& ibi Card.à Turre Cremat. art.1.&.2.de pœnit.dist.3. Adria.in dict.quodlibet.8.part.1.&.2. idem in.4.sent.in tract.de satisfactione. in cap.discusso. & Ioan.à Medina in Codice de pœnitẽtia. trac.3.q.2. vnde manifestum fit, operantem extra charitatem nec pro se satisfacere de rigore iustitiæ,nec equidẽ pro alio,qua ex parte illi operanti tribuenda sunt eius opera,quia nõ operatur vt instrumentum alterius,quamuis velit pro altero satisfacere.quod paulo post explicabitur ex.S.Thoma.in.4.sent. dist. 45. quæstione secũda,articulo primo, ad. 3. item & illud certum fit, opera iusti non prodesse ad satisfactionem pœnæ temporalis ei, qui est extra charitatem : nam & hoc eisdem rationibus probatur,& cõmuni omnium Theologorum cõsensu receptum est.Etenim satisfactio ipsi debitori est adscribenda, etiam si ab alio fiat eius nomine. idirco oportet,quod non tantum is,qui operatur,in charitate sit, & amicitia dei,cum hoc ad acceptationem operum sit necessarium, sed quod ipse pro quo satisfactio fit,& qui satisfacere tenetur, non sit extra charitatem,vt deus ex lege iustitiæ teneatur satisfactionem,admittere.Hæc etiam confirmatur ex his,quæ docet eleganter Thomas in tertia parte.quæstione vlti.artic. 2.scribens,alio modo fieri offensæ recompensationem in pœnitentia: alio in vindicatiua iustitia.Nam in vindicatiua iustitia fit recompensatio per arbitrium iudicis:non secundum voluntatẽ offendẽtis,vel offensi.at in pœnitentia fit recompensatio offensæ per voluntatem peccantis,& secundum arbitrium dei,in quem peccatur.quia hic nõ quæritur sola reintegratio æqualitatis iustitiæ,sicut in iustitia vindicatiua,sed magis reconciliatio amicitiæ,quod fit dum offendens recompensat secundum voluntatem eius,quem offendit. Hæc.S. Thomas,quem Caieta.inibi sequitur.

Tandem illud sit hac in re constitutissimum, opera extra charitatẽ facta,de rigore iustitiæ minimè satisfacere pro temporali pœna debita licet ea fuerint à sacerdote pro sacramentali pœnitentia iuncta: quam sententiam præter superius citatos etiam probant multa, quæ citat Magister sent.in.4.dist.15. eandem tenet simpliciter Caiet.in.q. 2.de satisfactione.& esse communem fatetur Martinus Azpilcueta in cap.1.de pœnit.dist.6. nume.45. licet ipse Scotum sequutus in dic. dist.15.q.1.velit tenere contrarium, quod non potest recte defendi, nisi omissa lege iustitię id referamus ad liberalitatem ipsius diuinæ maiestatis : vt Ioannes à Medina in dicta quæstione secunda, expli-

explicatur, post Adria. in dict. cap. discusso. & idem Medina latius explicauerat in tract. 2. capi. de pœnitentia iniũcta. vers. esto igitur. & vers. sed vltra.

Et hęc quidem adeo vera sunt, vt subinde cẽseamus, opera extra charitatem facta, de lege, & rigore iustitię minimè esse pro pœnis tẽporalibus satisfactoria, etiam postmodum charitate accedente. Hoc manifeste patet ex eo, quod opera nostra, vt satisfactoria sint, debẽt à charitate procedere: nam sicut meritũ operibus nostris tribuitur à charitate, vt supra ostendimus, ita & virtus satisfaciendi de rigore iustitiæ non aliunde tribuitur quam coniuncta virtute passionis Christi, à qua secludimur, si extra charitatem simus. Nec ad hoc prodest charitas post facta opera accedens: nam ea non facit, quod illa opera, quę facta fuere extra charitatem, facta sint in charitatem, vt frequentissimo omnium consensu receptum esse videtur: ergo opera ista non sunt satisfactoria. Quod comprobatur: quia opera quantum ad vitam, vel mortem considerandasunt, & distinguenda secundum comparationem, à quo procedunt, siquidẽ vel procedunt à principio vitæ, vel à principio mortis: igitur si semel processerunt ab initio mortis, non poterunt iterum eadem numero resumi: atq; ideo mortua opera nõ possunt per charitatem fieri viua: deinde meritum, & satisfactio ex operibus ab eadem ratione procedũt, nempe à charitate, & eius causa, ab acceptatione diuina suppositalege promissionis, quæ iam ad iustitiæ rigorem pertinet: opera etenim quæ meritoria sunt, eadẽ & satisfactionem inducunt: & quę meritoria non sunt, nec satisfacere possunt deo ex lege iustitiæ, vt plane fatẽtur omnes, & præ cæteris Thomas in. 4. sent. dist. 15. q. 1. art. 3. vers. ad. 3. quęstionem. sed opera mortua, & sic extra charitatem facta, ob charitatem denuo accedentem nõ efficiuntur meritoria: sicuti receptum est apud Theologos, & tradit Thomas in. 3. parte, quæstione 89. artic. 6. ergo nec satisfactoria. sic deniq; hanc extensionem ad tertiã conclusionis partem veram esse cẽsent. S. Thomas in dict. quæstione 1. art. 3. ad. 3. q. Card. à Turre Crema. in dict. §. his authoritatibus. arti. 3. idem in cap. intermittentes. artit. 3. de pœnit. dist. 4. Sylues. verb. satisfactio. q. 7. Hadria. in. 4. sent. in tracta. de satisfactione. capi. ex dictis oritur alia dubitatio. Ioan. à Medina in Codice de pœnitentia, tract. 3. quęstione. 3. & est communis opinio Theologorum in dict. dist. 15. vbi Paluda. q. 1. arti. 3. post alios. Idẽ notant Archid. in capitu. vltim. de pœnit. distin. 3. Abb. in capit. quod quidam. de pœnitentia & remiss. asserentes, hanc esse communem opinionem.

Idẽ erit in operibus, ex qbus aliqs manet effectus in ipsis operantibus

post ipsius operis transitū: vt in ieiunio, & eleemosyna. etenim licet post factam eleemosynam adhuc maneat diminutio patrimonii, & post ieiunium debilitatio corporis: attamen & hęc opera extra charitatem facta nequaquam satisfaciunt ex rigore iustitiæ, accedēte postmodum charitate. quod in specie adnotarunt Adrian. in dict. cap. ex dictis oritur. & Ioan. Medina in dict. tracta. 3. vers. pręsuppositō. & in eodē Codice tract. 2. ca. de pœnitentia iniuncta. vers. sed vltra. aduersus. S. Thomam in dict. arti. 3. & ibi Palu da. quos etiam sequitur card. à Turre Cremat. in dict. art. 3. Nam hi existimarunt, opera, ex quibus manet aliquis effectus in operantibus ad huc ex interuallo, & post eorum transitum, etsi facta fuerint extra charitatem, esse satisfactoria charitate accedente: quorum sententia ab illo effectu continuo, qui super est factis operibus rationem habet: quæ vere sufficiens non est: etiam si Sylvest. eandem distinctionem. S. Thomæ probauerit in dict. q. 7. quia si opera facta in statu mortalis peccati extra charitatē, mortua sūt, & extincta, certe dubio procul & extincta sunt cum suis effectibus. multisq; aliis rationibus hęc opinio Thomæ non est admittenda, quas diligentissime tradit Ioan. à Medina in dic. tra. 2. & trac. 3. apud quem lector eas expēdere poterit. Nos enim, nè lōgius digrediamur, eas missas facimus: & pręsertim qa ipse. s. Thom. in. 3. part. q. 89. art. vlt. indistincte probat, opera extra charitatē facta nequaquam reuiuiscere. etiam ad satisfactionem siue ea sint opera, ex quibus in operāte manet aliquis effect⁹, siue effectū nullum relinquentia. etenim licet hac vltima dicendi forma. S. Thom. nō vtatur expressim, eam tamen præmittit: quippe qui serio, & omni conatu quæstionem disputans nullam exponat inter hæc opera distinctionem: imò rationibus vtatur eam omnino excludentibus.

Tertiò ita pręscriptam conclusionem probamus, vt opinemur, opera extra charitatē facta non esse ad satisfactionē sufficientia, adhuc charitate accedente, etiam si fuerint o-
8 pera in pœnitentiam sacramentalē à sacerdote iniuncta. probatur hæc assertio his rationibus, quibus proximę fuere probatę: & eam defendit Ioan. à Medina in di. tract. 2. ca. de pœnitētia iniuncta. vers. sed vltra esset dubitatio. eandē sententiā pręmittunt plane Palud. in di. art. 3. Card. à Turre Cremat. & Adrian. paulo ante citati, qui expressim asseuerātes, per opera extra charitatē facta, esse satisfactū sacerdotis iniūgentis pœnitētiam, & ecclesię præcepto, quod statim tractabitur, nō tamē deo, palā prefatam cōclusionem admittunt: sed & Sylvest. in dict. quęstione. 7. eam omnino explicans inquit, esse veritatem, & mentem pene omnium doctorū.

quod

quod & nos constanter asseueramus. & nihilominus Caiet. in. q. 2. de satisfactione, existimat, opera iniuncta à sacerdote in pœnitentiam sacramentalem facta extra charitatem, satisfactoria esse, & effectum satisfactionis habere accedente charitate: & hoc probat ex eo. quod opus sit sacramentale: quod regulariter, licet quando fit effectũ suũ propter obicem peccati non operetur, recedente tamen peccato illum operatur: sicuti de baptismo Augustinus scribit lib. 1. de baptismo capit. 12. cap. tunc valere. de cõsecrat. dist. 4. at satisfactio sacramẽtalis pars est sacramẽti, vimq; habet ex clauibus & virtute sacramẽti, atq; opere operato: ergo sortitur effectũ receden te peccato. Fatetur tamen ipse Caieta. hæc opera charitate accedẽte nõ tantũ habere effectum ad satisfaciẽdũ, quantũ habuissent, si facta forẽt in charitate. qua in re satisfactionẽ sacramentalẽ distinguit ab aliis operibus sacramentalibus: hæc enim facta extra charitatẽ recedẽte fictione, & peccato, totum, & tantũ effectum sortiuntur: quantum habuissent facta in charitate, quia opera dei sunt, non hominis: illa vero cũ maxima ex parte hominis sit, facta quidem extra charitatem, recedente fictione, licet effectum recuperet & sortiatur, non tamen quantum habuisset facta in charitate. Hæc Caiet. cuius opinionem adeo veram esse censet egregius vir Martinus ab Azpilcueta in capitu. 1. in princip. num. 49. de pœnit. dist. 6. vt opinetur, opera facta extra charitatem, iniuncta tamen in sacramentalem satisfactionem, accedente charitate eundem effectum habere ad satisfaciendum, quem habuissent, si facta forent in charitate: & hoc propter virtutem sacramenti. ego vero Caietani sententiam, & viri doctissimi extensionem arbitror esse cõtrarias opinioni communi theologorum, vt modo adnotauimus. imo communem assertionem nõ obstante ratione Caiet. veriorem esse opinor.

Illud etenim in primis fatemur, quod Caiet. optime asseuerat, opera satisfactoria iniuncta in sacramentalem pœnitentiam, & satisfactionem, magis quidem cæteris paribus satisfacere, & maioris valoris esse virtute Sacramenti, quam opera non iniuncta in sacramentalem satisfactionem. hoc fatentur communiter Theologi, & notant Thomas, & ibi Caiet. in tertia parte quæs. 90. art. 2. ad. 2. idem Thomas expressim in quodlibet. tertio art. 28. hoc præmisso probatur, falsam esse Caiet. sententiam: Primum: quia satisfactio licet sit iniuncta in sacramento pœnitentiæ, & habet maiorem valorem virtute sacramenti, & clauium, est tamẽ opus hominis, non Dei: atque ideo eius valor merito innititur operantis: hoc etenim proprium est satisfactionis: vt fatetur Thom. in. 4. sent dist. 15. quæs. 1. art. terti. ad tertiũ quẽ

alii sequũtur:igitur cum præcipue consideretur ex opere operantis, si fiat extra charitatem omnino mortua est,nec accedente charitate sortitur effectum.qua ratione cessat argumentatio Caiet.ab aliis sacramẽtis deducta. Sacramenta siquidem opera sunt solius dei diuinitus instituta,quæ valorem habent à meritis Christi:non à meritis operantis: & ideo etiã si fiant extra charitatem, non amittunt proprium valorem, licet non prosint operanti, & cessante fictione sortiuntur effectum. præsertim tollitur ratio Caiet. quia ea locum habet in Sacramentis imprimẽtibus characterem in anima, quæ iterari non possunt:hæc enim recedente fictione sortiuntur suum effectum:alia verò Sacramenta nõ hanc sequũtur legem:nam indigne sumpta extra charitatem recedente fictione non cõferunt effectum recipienti,vt Ioan.à Medina ex rationibus aliquot Theologorum fatetur in codice de pœnitentia, tract. 3.q.3. & in tract.2.c. de pœnitentia iniũcta.vers.sed vltra.& in cap. de cõfessione ficta iteranda.& Adria. in.4.sent.in tract.de confessione. c. quintum dubium. & tractabitur in fine hui⁹ paragraphi. Secũdo aduersus Caietani opinionem argumentatio efficax fit ex eo,quod cõmuni omnium iudicio in dist. 25. 4.sent. definitum extat,eadem opera,quæ sunt satisfactoria,esse & meritoria,& quæ sunt meritoria esse satisfactoria: quia & meriti & satisfactionis vna,& eadẽ radix est gratia cooperans, & gratum faciens: sed si opera iiuncta in Sacramenta li pœnitentia facta extra charitatem recedente fictione forent satisfactoria,sequeretur eadem esse & meritoria,quod dicẽdum non est:siquidem opera extra charitatem facta, vt pote non procedentia à gratia, nullo modo recedẽte fictione meritoria sunt: imo contrarium esset erroneum:igitur hæc opera nõ sunt recedente fictione satisfactoria.Tertio,virtus Sacramẽti pœnitentiæ operatur remissionẽ culpæ, pœnæ æternæ,& portionẽ aliquã tẽporalis,iuxta catholicas,& communi consensu receptas definitiones, ex opere quidem operato:non autem satisfactionem:cum hæc ad operantis opus pertineat:sed & si detur,recedẽte fictione virtutem Sacramenti accedere,& prodesse:id obtinet quo ad virtutis effectus,quos modò diximus,non quo ad satisfactionem: ergo opera hæc licet maioris valoris sint ratione,& vi sacramenti:nõ tamen extra charitatem facta reuiuiscunt.ad effectum satisfactionis propœna temporali idcirco tutior est opinio,quam ni fallimur,cõmunẽ esse censemus, aduersus Caieta.

¶Opera verò facta in charitate, quæ per subsequens peccatum fuerint mortificata,recedente peccato, & iterum accedente charitate,priorem effectum recipiunt, & satisfactoria,ac meritoria sunt.hoc cõstat ex his,quæ.S.Thomas omnium cõ

sensu

sensu receptus adducit in .3. part . q. 89. ,art.5. & theologi in .4. sent. dist. 15. quæs.1. glo in cap. quęrat hic aliquis. verb. non percipitur . de pœnit. dist.3. Adria. Sylvest. & alii proxime citati. præsertim. glo. super illud Iohel. capitu . 2 . reddam vobis annos, quos comedit locusta. inqt enim . glo. nõpatiar perire vbertatem, quam cum perturbatione animi amisistis . vbertas autem ista meritum bonorum operum est, quod fuit perditum per peccatum: ergo per pœnitentiam reuiuiscunt opera meritoria prius facta ante peccatum. eandem sententiam probat Card. à Turre Cremat . in . cap. intermittentes. de pœnit dist. 4. art. 2. quo in loco Gratianus eidẽ subscribit opinioni ita intelligens quæ ex Augustino in capitulo. 14 . lib. de pœnitentia citauerat: & ex Hieronymo ad capit. 1. in Aegeum. de pœnit. dist. 3. cap. pium . & cap. si quando. tametsi idem Gratianus in cap. quęrat aliquis. & in cap. vlt. vers. pœnitentia. vbi glo. de pœnit. dist. 3. ad finem censeat, opera extra charitatẽ facta , quæ vere mortua dicuntur, per penitentiã recedente fictione, satisfactoria esse, & reuiuiscere, quod falsum esse constat ex his, quæ hoc in. §. tractauimus. & licet Augustini & Hieronymi sentẽtiæ in dict. cap . pium & cap. si quando. huic Gratiani vltimæ opinioni suffragari videantur, attamen intelligendæ sunt in hũc sensum, vt opera facta extra charitatẽ multa possint ex cõgruo à deo, & eius maxima liberalitate impetrare, non autem in eũ, vt vel meritoria sint: vel satisfactoria recedẽte fictione. sunt vero hæc opera extra charitatẽ facta, etiam ante fictionis, & peccati discessũ, ad plurima vtilia vi impetrationis ex congruo à liberalitate Dei.

¶ Primum: ad impetrandum aliquod tẽporale bonum, & præmiũ. 11 cap. quid ergo. de pœnit . dist. 3. ex Chrysostomo homilia. 67. ad populũ Antiochenum . itẽ ad obtinẽdũ facilius à deo auxilium speciale, & gratiã cõuersionis, qua citius peccator resipiscat. & ad adquirẽdos bonos mẽtis habitus, quibus facilius homo & si peccator bona opera exercẽs vitiis resistat. quin & vtilia sũt ad cõsequẽda ex impetratione, & iure liberalitatis dilationem pœnæ, & remissionẽ pœnæ tẽporalis. quod de Achab refertur. 3. reg. cap. 21. c. talis. cap. Achab. de pœnit. dist. 3. 5 . ad impetrandas intercessiones sanctorũ: & ad multa alia quæ passim Theologi tradidere: præsertim Card à Turre Cremata in. c . nihil. de cõsecrat. dist. 5. Sylvestr. ver. charitas. q. 8. rursus idem Card. in cap. Primũ consolatio. §. quanquã bonorum. art. 2. de pœnit. dist. 3. Adrian. in quod lib. 8. art. primo. & in. 4. sent. in tract. de satisfactione . capitulo . discusso . Ioannes Maior in. 4. sent. dist. 35. quæs. prima. vers. dubitatur. & Ioannes à Medina in Codice de pœnitentia . tractat. tertio. q. 2. quæ quidẽ peccator operibus bonis

bonis à liberalitate diuina poterit impetrare:non ratione iuſtitiæ, nec proprie ex merito:ſed ex congruita te quadam:ſicuti & prædicta colli guntur fere ex.S.Thoma in.4.ſent. diſt,15.q.1.art.3.ad.4.

Hinc ſane expendi poterunt quæ adnotauit.glo.in cap.quod quidã. de pœnit.& remi.quæ ſingul.eſt ſe cundum Abb.ibi & Angel. verb. pœnitentia.§.14. cui eſt ſimilis in.c. quærat aliquis.de pœnit.diſt.tertia verb.nõ percipitur. etenim.glo.ali quot effectus commemorat, quos operantur bona opera facta extra charitatem, quorum duo:nempe qnod valeant ad faciliorem illuſtra tionem mentis,vt ea facilius à Deo impetretur:& ad bona temporalia liberalitate diuina conſequenda:ſu perius expoſiti fuerũt. Addit tamẽ glo.in dict.cap.quod quidam.hæc bona opera facta extra charitatem prodeſſe ad vitam æternam prome rendam.quod falſiſſimum eſt: præ ſertim quia glo.præmittit hunc effectum,& alios, etiam eo tempore quo quis eſt extra charitatem non recedente fictione:in quo grauiſſime errat.nam opera bona facta extra charitatem etiam recedẽte fictio ne nec meritoria, nec ſatiſfactoria ſunt:vt ſuperius oſtendimus:atque ideo temerarium eſt dicere, quod opera bona extra charitatem facta nondum recedente fictione proſint ad promerendam vitam æternam:cum eo tempore,nec iure meriti de condigno, nec ex congruo, nec ex vi impetrationis poſſunt vitam æternam ipſi operanti adquirere.quam ob rem ſuſpicor.glo.nõ ita mente ſenſiſſe, vt eius verba ſignificare vidẽtur.& ita glo.in dict verb.non percipitur. hunc effectũ horum operum omiſſit.Addit etiã vtraque glo.opera extra charitatem facta vtilia eſſe ſaltẽ ad minus ſupplicium ſubeũdum.& id ſane glo. tracta.4.nõ recedente fictione:eritque vera eius concluſio in hoc ſenſu,vt pœna inferni, & æterna non debeatur tanta,quanta deberetur,ſi peccator hæc bona opera non feciſ ſet:nam vere tanta non debetur: ſiquidem per hæc bona opera peccator in hunc conſtituitur ſtatum,vt minori contemptu peccet.eſt autẽ falſa concluſio.glo.in hunc modũ accepta,vt propter bona opera peccatoris minuatur pœna æterna iam pro eius peccatis debita: hæc etenim non minuitur: ſecundum.S. Thomam.in.4.ſent.diſt. 15.q.1.art. 3.ad.5.q.& ibi Durãdum.&.Card. in cap.prima cõſolatio.§.quanquã bonorum.art.2.de pœnit diſt.3.

Tradit præterea glo.in dict.capit. quod quidam. pœnitentiam factã extra charitatem recedẽte fictione, & charitate accedente, ſuum proprium effectum operari.quem admodum & baptiſmus cap.tũc valere.de conſec.diſt.4.huius glo.poteſt eſſe duplex ſenſus.prior quidẽ, vt opera extra charitatem facta in pœnitentiam tamen ſacramentalẽ iniuncta accedente charitate eſſe

vel me

vel meritoria, vel satisfactoria, aut vtrunque effectum habitura vere constituamus. quod tamen falsum esse superius ostendimus: atq; ideo hic sensus verus non est, nec rectè defendi potest.

Alter sensus in hunc modum explicatur, vt confessio, & pœnitentię sacramentum extra charitatem contingentia, cessante fictione vim, & effectum sacramenti sortiantur: sicuti & in baptismo satis est manifestum. huic opinioni adstipulatur Gratianus in capitulo. quærat hic aliquis. ad finẽ. & in capit. vlt. §. vlt. & ibi glo. de pœnit. dist. 3. qui videtur asserere, etiam in aliis sacramentis obtinere illud, quod de baptismo Augustinus adnotauerit: nempe, quod recedente fictione suum effectum operentur. idem notat. S. Thomas in. 4. sent. dist. 17. quæs. 3. art. 4. ad primum. dum adducẽs cõclusionem de baptismo inquit, idẽ & in aliis sacramentis. hoc ipsum Caiet. tenet expressim. q. 5. de confessione. vbi de illa disputat quæstione, an confessio sacramentalis facta extra charitatem sit iteranda: in cuius intellectum hic tria proponemus ad præsentis controuersiæ definitionem, & quidem breuiter, rationum concertationem omittentes, quod ea non omnino sit nostrę professionis.

13

Primum illud apud omnes est in confesso, quod confessio sacramẽ talis facta ab eo, qui nullum dolorem habet, nec cõtritionem, nec eã attritionem, ex qua virtute sacramẽti non fiat contritus, omnino repetenda sit: cum hæc confessio non sit materia sacramẽti pœnitentiæ: quippequæ à nulla pœnitẽtia deducatur. huic assertioni cõsentiunt omnes, præsertim Caiet. in dict. q. 5. Capreol. in dict. dist. 17. q. 2 & ibi Durandus. q. 13. Melchior Cano. qui diligentissime de hac re disputauit in relect. de pœnitentia. parte. 5.

Secundo: si quis habeat attritionẽ ex qua virtute sacramẽti contritus fiat, gratiam scilicet adsequutus, nõ est huius confessio iteranda. suscipit etenim hic verum pœnitentiæ sacramentum, ac remissionẽ peccatorum per absolutionem sacramentalem. Maius igitur dubium est de illo, qui integre omnia mortalia peccata confitetur nullo ex certa scientia omisso, & habet attritionem adeo imperfectam, vt virtute sacramenti contritus non fiat, imo sacrilegus sit ex eo, quod irreuerenter tã tũ suscipiat sacramentũ: quod ei cõcedendũ nõ erat, cap. quod quidã. paulò ante citatum: an huius cõfessio, cui accessit absolutio, sit, repetẽda? & tũc proponitur. 3. conclusio,

Tertio: cõfessor fictus sine debita dispositione, attritionem tñ habẽs admodũ imperfectã, si integrecõfiteatur, sacramentalẽ facit confessionẽ, & verã absolutionẽ percipit: sibi tamẽ tunc minime efficacẽpropter obicẽ sacramẽto positũ. huiꝰ assertiõis effectus maximꝰ est, quod nõ erit necessario cõfessio iteranda.

hanc

hanc opinionem probant, & verã esse opinantur. S. Thomas in. 4. sent dist. 17. q. 3. art. 4. ad primũ. cui magis communiter cõsentiunt cæteri Theologi ibidem: & Caiet. in dict. quæs. 6. de confessione: quam sentẽtiam doctissime defendit Melchior à Cano in dict. relectione de pœnit. parte quinto & profecto hæc pars benignior est, & probabilior: tametsi contraria maximis innitatur rationibus, quam probare, & tutari conantur Ioan. Maior in dist. 17. quæs. 9. Adrianus, in. 4. sent quæs. 4. de confessione. & dubio. 5. eiusdem tractatus: Ioan. à Medina in codice de pœnitentia. tract. de confessione. capitulo de confessione ficta iteranda. opinio autem diui Thomæ non aliter est accipiẽda, quam si quis aduertens se carere dolore efficaci accuset se ipsum illius indispositionis: cum alioqui huius culpæ omissio efficeret confessionem non integram: & ideo ea foret iteranda. vnde glo. in dict. §. vlt. de pœnit. dist. 3. verb. vtilis, quæ dictat, hanc simulationem, qua quis ecclesiam decepit, post modum cõfitendam esse: cum quis vere pœnituerit: non tamen esse confessionem primam iterandam, est intelligenda de fictione illa exteriori, & sacrilegio, quod peccator commisit recipiendo exterius absolutionem. nam hæc antea explicari non potuit. non autem de illa indispositione, animo, atque fictione, quam peccator habuit antequam susciperet absolutionem: hæc enim tunc ad illam absolutionem confitenda est. quem. admodum satis colligitur ex. S. Thomæ resolutione in dict. art. 4.

Nec tamen statim sequitur: confessio ista informis iterenda nõ est, ergo recedente fictione, sacramenti effectum operatur, & habet. Nam, vt statim in. §. sequẽti. probabimus, potest contingere, quod non sit iterenda confessio extra charitatem facta sequuta absolutione: quia iam est præcepto confessionis obtemperatum: & ideo ad vitandum nouũ peccatum non est necessaria iteratio: nouum inquam peccatũ, quod ex omissione præcepti committeretur: nec ex hoc necessario deducitur, eam non esse iterandam ad obtinendam veram, & efficacem illorum peccatorum absolutionem. nihilominus. S. Thomas. Caiet. & Melchior à Cano, & alii, quibus frequentius placet. S. Thomæ sententia palam asseuerant, confessionem integram, informem tamen, quia facta sit extra charitatẽ, sequuta sacramentali absolutione: recedente fictione, suum operari sacramenti effectum, & esse idem in sacramento pœnitentiæ, quod in sacramento baptismi. & sane Caiet. & Thom. idem esse in omnibus aliis sacramẽtis opinantur. Melchior Cano reliqua sacramenta præter baptismũ, & penitentiam ab hac lege excludit. etenim censet, sacramentum baptismi, & pœnitẽtiæ, quia ea sint ad salutem necessaria, fictione recedentesuum

te ſuum operari effectum : at reliqua ſacramenta extra charitatem ſumpta , etiam recedente fictione probat,non operari ſuum effectum . ſed Gabriel in quarto ſent. diſt. 17. quæſ.prima. art.tertio. dubio.2. Ioannes Maior. ibi quæſ. 9. Adrian.& Ioannes. à Medina ſæpe in hoc paragrapho ad id citati exiſtimant , hoc eſſe proprium ſacramenti Baptiſmi & eorum,quę iterari non poſſunt , vt tandem baptiſmus extra charitatem ſuſceptus recedente fictione effectum proprium , & verum ſacramenti operetur: cætera verò ſacramenta, etiam pænitentiæ ,recedente fictione non habeant ſacramentum effectum quo ad ipſum recipientem extra charitatem , tametſi vera fuerint ſacramenta . horum authorum ratio ea eſt,quod in ſacramento baptiſmi peculiaris quædam obtineat huius priuilegii cauſa,quæ aliis communis non eſt:aliis inquam , quæ iterari poſſunt: nã quod dicim⁹ de baptiſmo,idem intellegimus in ſimilibus ſacramẽtis, quæ iterari non poſſunt.etenim cũ hæc ſacramenta iterari non poſſint, & fructus illorum ſit admodũ neceſſarius, veroſimile eſt , diuinam maieſtatem fructũ horum ſacramẽtorũ abſcedente fictione cõferre,ne baptizati, confirmati , & ordinati perpetuo priuentur horum ſacramentorum fructu , qui baptizatis omnino neceſſarius eſt , confirmatis autem,& ordinatis maxime vtilis.Hæc vero ratio aliis ſacramentis non conuenit: ſi quidem recedente fictione iterum recipi poſſunt, & recipientes ita in charitate fructum eorum conſequuntur. & plane Ioan . Maior fatetur. S . Thomæ ſententiam in hoceſſe contrariam communi opinioni, quod ipſe nõ ita certum eſſe opinor.

Illud tamen eſt omnium conſenſu receptum , confeſſionem ſacramentalem , hoc eſt , ex qua cum abſolutione verum pænitentiæ ſacramentam conſiſtit , eam non eſſe iterum faciendam, nec iterandam . quod ſi ſit aliqua confeſſio , ex qua non eſt conſtitutum verum pænitentiæ ſacramentum , ea erit omnino repetenda, & iteranda . huic etenim ſcopo omnia , quæ vtrinque in diſputationem adduci poterunt,& adducuntur,dubio procul intendunt.

Ex.§.ſequenti.

1 *Præceptum diuinum, vel humanum regulariter ſeruatur per opera extra charitatẽ facta ad hunc effectum,ne quis nouam violati præcepti culpam contrahat.*

2 *Clericus in peccato mortali dicens horas canonicas ſatiſfacit præcepto eccleſiæ.*

3 *Circunſtantia temporis feſti, an ſit neceſſario confitenda?*

4 *Poteſt quis alteri à benignitate diuina multa impetrare:& an primam gratiam?*

5 *Suffragiorum,& orationum triplex valor cõſtituitur.*

6 *Opera habentia valorem ex ope-*

re

re operato quæsint, & ibi de sacrificio missæ.

7 *Horæ canonicæ, an habeant vim ex opere operato?*

8 *Suffragia quo ad effectum operis operantis dupliciter considerantur.*

9 *Suffragium factum pro multis, non ita cuilibet prodest, ac si pro eo tantũ foret ministratũ.*

10 *Valor suffragiorum publicorũ, & priuatorũ vnde procedat: quo ad vim operis operantis?*

11 *Suffragia per viuos exhibita, etiam prosunt existentibus in purgatorio.*

§. Quintus.

CAEterũ & si bona opera facta extra charitatem aliquot effectus habeant, quos paulò ante ostendimus, potissimum supereſt alium effectum exponere: in hunc denique modum, vt certi iuris sit, opera bona extra charitatem facta in hoc vtilia esse, quod per ea quis excusetur

1 à peccato, & noua culpa, quam cõtraheret transgressione præcepti, si ea non faceret. non enim est præcepti trãgressor qui actui bono in genere suo, quem lex præcipit, apponit aliquam malam circunstantiã, vel illum fecerit existẽs in mortali crimine extra charitatem, nam quę dam præcepta sunt, quæ sine charitate non implentur: vt præceptum de cõtritione, & de charitate. & in his charitas necessaria est ad obseruationẽ præcepti. At sunt alia præcepta de actibus exterioribus, quæ non exigunt necessario charitatem ad eorum obseruationẽ: & hæc seruantur etiam absque charitate, aut saltem eorum transgressor non est, qui actum præceptum extra charitatem fecerit. scribit sane eleganter S. Thomas in. 1. 2. q. 100. art. 9. non cadere sub præcepto legis humanæ, nec diuinæ modum virtutis quantum ad hoc, vt aliquis ex habitu radicato operetur, quãuis bene cadat ipse actus virtutis. nec enim secundũ eum ab homine, nec à deo punitur tranquam præcepti transgressor qui debitum parentibus honorẽ impendit, quanuis id fecerit absque habitu pietatis. nam licet lex præcipiens actum virtutis intendat sibi subditos ad virtutẽ inducere: tamen de actu virtutis non de fine præceptum facit: finis siquidem legis præcipientis non cõtinetur, nec est sub ipso legis præcepto: quod idem Thomas sensim explicat. 1. 2. quæs. 96. art. 3. ad. 2. & 2. 2. q. 44. art. 1. 4. & 8. exquibus locis passim hoc adnotauit Caieta. Paluda. in. 3. sent. dist. 37. q. 1. col. 3. & ibi Ioan Maior. q. 15. & est communis opinio secundum Almain in. 4. dist. 16. q. 1. cui adstipulatur altera diui Thomæ distinctio in eadem. 1. 2. q. 100. art. 10. ita enim scribit. actus charitatis dupliciter considerari potest. vno modo secundum quod est quidam actus per se: & hoc modo cadit sub præcepto legis, quod de hoc specialiter datur: scilicet: diliges dominũ deum tuum, & diliges proximum tuum. alio modo potest considerari actum charitatis secũdum quod

est mo

est modus aliarum virtutũ: hoc est eo modo, quo actus aliorum virtutum ordinãtur ad charitatem, quæ est finis præcepti: & tunc actus charitatis non cadit sub præcepto. hæc Thomas, adiiciẽs exemplum idẽ de honorando parente. Non enim in hoc præcepto includitur, quod honoretur ex charitate, sed solũ quod honoretur pater. denique multis aliis rationibus, & authoritatib⁹ probatur cõmunis opinio: quã Panormit. & alii itidem tenent in dict. c. quod quidem, de pœnit. & remiss. Scotus in. 2. sẽt. dist. 28. Almain in. 2. tract. moraliũ, cap. 8. & esse cõmunẽ asseuerat Andreas à Vega eam sequutus in lib. de fide iustificãte. q. 13. col. 2. hoc ipsum tenent, & sequũtur alii Doct. quorum statim in aliquot corolariis, mentionem faciemus: & hi, quos in proximo. §. citauimus ad effectus operum, quæ extra charitatem facta sunt. idem. S. Thomas rursũ tenet in. 1. 2. q. 109. art. 4. cuius sententiã sequitur & explicat Dominicus à Soto lib. 1. de natu. & gratia cap. 22. qui omnino legendus est capit. 21.

¶ Sunt tamen qui existiment, hãc conclusionẽ nõ esse in vniuersum accipiendam: & id verũ est, nã minime procedit in his præceptis eorũ actuum, quibus positis semper venitur ad gratiam gratũ facientũ, vt præceptũ de martyrio: & de dilectione dei super omnia: quod cõstat ex ratione. S. Thomæ in dict. art. 10. & id latius à Theologis traditur in. 2. sent. dist. 28.

idem est in præcepto de pœnitentię virtute: id est de contritione: nã præceptũ habemus de pœnitẽtia tãta quanta sufficit ad reponẽdũ peccatorem in gratia dei, quod cõmuni omnium Theologorũ sententia receptum est: & probatur his rationibus, quibus cõstat, esse diuinæ legis speciale præceptum de pœnitentia cordis. quas rationes cæteris diligẽtius exponunt Ioan. à Medina in codice de pœnitentia. tract. 1. q. 2. vers. esto sit necessaria. & Melchior Canus in relect de pœnitẽtia. 4. parte. quo fit, vt hoc præceptũ de pœnitentia cordis minime possit impleri extra charitatẽ. quod inspecie probant Iacob. Almain in dict. capit. 8. & Andre. à Vega in dict. q. 13. & deducitur ab his, quæ Thomas scribit in dict. art. 10. vnde potest expendi conclusio. glo. in dict. c. quod quidam. cuius in. §. præced. intellectũ tractauimus. inqt enim glo. quod licet nõ possit quis vere de vno peccato mortali pęnitẽtiã agere, absq; eo quod & de aliis pœniteat. c. sunt plures. de pœnit. dist. 3. notant Adr. in. 4. in tract. de pœnitẽtia. q. 3. c. qa iam ostensũ est. Card. à Turre Cremata in. cap. prima cõsolatio. §. sed quod ei. de pœnit. dist. 3. vbi Gratianus de hac quæstiõe disputat. tamẽ hæc pœnitentia cordis habebit effectũ cũ de aliis peccatis peccator pœnituerit. hic enim illius glo. sensus ad cordis pœnitẽtiã refertur: & plane respõsio glo. nõ placet: quia nõ

satisfacit peccator præcepto de pœnitẽtia cordis eo quidem casu, quo pœnitere tenetur, nisi id fecerit, quod sit sufficiẽs ad reponendum eum in amicitia Dei, a qua excluſus est per aliud peccatũ, de quo nõ pœnitet, nec pœnituit. igitur etiam recedente illa fictione tenebitur ad obseruationem præcepti pœnitere, vt præcepto, & eius diffinito tempori satisfaciat. qua ratione constat, peccatorẽ istum præcepto de pœnitentia non satisfeciſſe, nec tunc, nec recedẽte fictione: atque ideo culpa omissionis præcepti iuste notari.

Præter hæc opinantur quidã præ notatam cõmunem sententiam nõ esse admittẽdam quo ad præcepta de sacramentis percipiendis: nam hæc præcepta in hũc modum sunt intelligẽda vt quodlibet præceptũ de sacramentis vnicũ sit: nempe de suscipiendo sacramento debite, & absque mortali peccato. qui quidẽ sensus non patitur, quod dicamus in sacramẽtis duplex esse præceptũ: vnũ de eo suscipiendo: alterum de non recipiendo sacramẽto in mortali culpa. nam iuxta hunc dicendi modũ, qui perciperet sacramẽtũ in mortali peccaret contra præceptũ secundum, seruaret tamẽ primũ: id circo hi Doct. priorẽ sequntur sensum: & ita intelligũt cõmunem cõcluſionẽ: sic sane Durandus censet in. 2. sent. dist. 28. q. 3. & 4. & Almain in dict. cap. 8. ad finẽ. quorũ sententiam defendi posse opinatur Andreas à Vega in dict. q. 13. & eam facile admittẽt, qui aduersus cõmunẽ, concluſionem, quam in principio huius. §. constituimus, in vniuersũ tenẽt. sed nihilominus quo ad istũ effectũ ne peccator in peccato suſcipiens sacramentũ, nouum peccatũ omiſſionis cõtra præceptum de eo suſcipiendo committat, verior, & receptior videtur ea sentẽtia, qua solet diffiniri, præceptũ impleri etiam extra charitatẽ ab eo, qui est in mortali peccato: tametsi verum sit, eum mortaliter peccare ob irreuerentiã maximam, quam cõmittit cõtra diuinum sacramentum: & præterea obicẽ ponere gratiæ, & effectui sacramẽti. in his etenim duobus nulla est opud theologos cõtrouersia. sic & opinionem Durandi falsam esse censet Domini. à Soto lib. 1. de nat. & grat. capit. 22. sed generaliter conantur alii probare, nullum per actum peccati satisfacere præcepto dei, vel eccleſiæ: quæ quidẽ opinio, si vera est, manifeste cõuincit, verũ esse quod aduersus cõmunẽ modo diximus: scilicet in sacramẽtis illud esse cõsiderandũ, quod nemo ea recipiẽs extra charitatẽ præceptis dei, vel eccleſiæ satisfaciat: cũ extra charitatẽ in peccato mortali irreuerẽter & maxima cũ iniuria diuina adsumãtur: & ex eo solo culpa mortalis à recipiẽte contrahat. sic Adri. in. 4. sẽt. in tract. de sacramẽto cõfessionis. c. quartũ dubiũ. q in effectu tenet opinionẽ, quã proxime deduxim⁹ ex Durãdo, & Almaino. nos tamẽ & in hoc casu, sicut ĩ præcedẽti

commu-

communem sentẽtiam probamus, & tenere profitemur. denique amplius quidam asseuerare non formidarunt, existẽtẽ in mortali, & extra charitatem non posse implere præceptũ aliquod dei, vel ecclesiæ. & hi non tantum cõtendunt sub præcepto alicuius actus, contineri ipsũ actum virtutis, sed & finem ipsius præcepti, & legis latoris: quod diximus esse cõtrariũ opinioni. S. Thomæ, & aliorũ, qui eũ sequuti sunt. & tamen hanc opinionem aduersus cõmunẽ defendunt Dionysius Cistercienſis in . 1. sent . dist. 17. q. 1. & Gregorius Ariminẽsis in. 2. dist. 18. q. 1. & . 2 . quorũ opinio ab eis & in hoc sensu adsumitur, vt in hac specie præcepta impleri nõ possint etiam ad vitãdam nouam culpam ex transgressione imminentem . & tamen adeo aliena est à veritate, vt nec probabilis censeri valeat. Ex cõmuni tamen sententia plura deduci poterunt, e quibus aliquot exponere decreui.

Primum infertur ratio eius conclusionis, quã in. §. præcedenti . nu. 13. vers. Tertio. proposuimus. nam si fictus confessor nõ habens eam attritionem, quæ ex vi sacramẽti fiat cõtritio, & sic cum imperfecta peccatorũ displicentia, quæ sufficiens ad veram attritionem nõ est. huius conscius status eũ sacerdoti se ipsũ accusans detexerit, & absolutionẽ acceperit, præcepto de recipiẽdo sacramẽto pœnitentiæ, cuius effectui obicem ponit, quia extra charitatẽ est, nihilominus in hoc sensu satisfacit, vt euadat nouam ex trangressione præcepti culpam. hinc deniq; authores, qui hanc conclusionẽ defendunt, quos ibi citauimus, plane concedunt, primam huius paragraphi assertionem etiam in præceptis de sacramentis, obtinere.

Secundo cõstat ex his, satisfactionem sacramentalẽ a sacerdote iniũctam, & extra charitatem post modũ exequutioni traditã: etiam si nec accedente charitate satisfactionis effectũ sortiatur. quod in. §. præcedẽti explicuimus, hũc tamen effectũ habere tempore ipso, quo fit, vt sacerdotis præcepto, & obligationi pœnitentiã implendi sub nouæ culpæ reatu peccator satisfaciat. Hoc probatur ex eo, quod licet teneatur quis opera pœnalia facere, quæ sacerdos ei iniũxerit in satisfactionẽ pœnæ tẽporalis, vel ex acceptione ipsius pœnitentis, vel aliunde, sub pœna noui reatus: non tamen tenetur ea opera exercere, & exequi in gratia, & charitate: imo liberat ab hac noua culpa, si hæc bona opera fecerit extra charitatẽ: tamesi ad huc maneat peccator obligatus ad satisfactionẽ vel in hoc seculo, vel in alio subeũdã . atq; ita cõstat ex. 1. huius §. assertione: & tenent hi authores, quos in proximo. § . cõmemorauimus, num. 8. ex quo subinde colligitur, non esse necessarium quod iterum ab ecclesia satisfactio sacramẽtalis iniungatur, nec ea repetenda erit ad effectum implendi præcep-

tum ecclesiæ,vel sacerdotis confessarii:sicuti notat.glo.in.§.vlt.de pœnit.dist.3.verb.vtilis est.

Tertio infertur, clericũ extra charitatem dicentem horarias preces, ad quas tenetur ratione beneficii ecclesiastici,vel ordinis sacri,præcepto ecclesiæ satisfacere ita quidẽ, quod
2 nec teneatur eas iterum exoluere, nec sit pœnæ præcepti obligatus. hæc etenim corolaria conclusio satis apparet vera ex adnotatis superius in initio huius.§. & quia oratio existentis in peccato mortali sibi,& aliis ad multa est vtilis: sicuti in.§.præcedenti respondimus. Sed & hanc illationẽ in specie veram esse censent Abb.in cap.quod quidã de pœnit.& remis.Chosmas in pragmati. sanct.tit. qualiter horæ canonicæ sint dicendę.verb. debent. Ioan.Medina in codice de pœnitẽtia tract.6.c.de horis canonicis reiterandis. & Martinus Azpilcueta in capit.inter verba.11.q.3.nu.388.& id sane videtur admittendũ præter alias rationes,& ea quidẽ,ne totsceru pulis occasio detur.quanuis cõtrarium in clerico publice concubinario teneat Abulensis in tract. de cõcubinariis.cõclus.9.& in omnibus denique existentibus extra charitatẽ mortali culpa affectis sensim idẽ insinuent Adri.in.4.sent.tract.de restitutione. c. pro clariori.vers.pro responsione. & Ioan.Briart.quodlibet.2.propositione.1.& seq. post eiusdem Adriani quod libeta.illud tamen absque vlla controuersia certum est,pluris valoris esse orationẽ illius,qui est in gratia, & charitate, quã eius,qui extra charitatẽ cõstitutus mortalis culpæ reatu afficitur.

Quarto hinc apparet veritasilli⁹ quæstionis:an sit necessario cõfitenda,& sacerdoti reuelanda circũstã
3 tia festi ab eo, qui mortale crimen commisit in die festo:quasi sit nouum peccatum, quod eo tempore mortalem culpam contraxerit: & quidem contra præceptũ de obseruatione festorum. visum siquidem est quibusdam, obligari christianum ad diligendũ deum super omnia diebus festis, & sic ad abstinendum à mortali culpa,& peccato, illo quidem peculiari præcepto.item eorum sententia solet persuaderi ex eo, quod extra charitatem non possint impleri præcepta diuina,vel ecclesiæ,nec eorum aliquod.igitur præceptum de obseruatione festorũ violatur præcipue, si quis eo tempore peccatum mortale commiserit. quibus præterea suffragari videtur tex.in cap.16.leuitici.Sabbatum requietionis est, affligetis animas vestras,ab omnib⁹ peccatis vestris mundabimini. & rursus capit.23.affligetis animas vestras,omne opus seruile nõ facietis in die hac:omnis anima, quæ afflicta non fuerit,in die hac peribit de populo suo,vt propitiet vobis domin⁹.Quarto his accedit.S.Tho.sẽ tẽtia in. 2.2.q.122.art.4.ad.3. vbi expresim inqt, eũ facere cõtra præceptũ defestis obseruãdis,q eo tẽpore

pecca-

peccatum mortale cõmiserit. quibus & aliis rationibus hãc opinionem asserunt Alexand. de Hales. 3. part. quæs. 32. membro. 5. art. 2. Nicolaus Lyra. exodi. cap. 20. Florenti. tertia part. tit. 17. cap. 17. §. 5. Angelus in summa verb. ferię. & verb. interrogationes. præcep. 3. & verb. præceptum. §. 5. Ioan. Maior in. 4. sent. dist 17. quæs. 4. Adria in. 4. sent. tract. de cõfessione. quæs. 4. vers. venio nũc. Nider in præcepto. 3. Scotus. & Gabriel in. 3. sent. dist. 37. Ambrosi. cathar lib. 5. contra Caietanum.

Contraria sententia nihilominus verior est: & constat hac argumentatione. præceptum de colendis festis non est arctius Christianis, quã Iudæis præceptum de sabbato colẽdo: imo laxius: siquidem multa opera nobis licet diebus festis, quæ iudæis minime licita erant die sabbati: vt decoctio ciborum: & similia: sicuti Diuus Thomas fatetur in 2. 2. q. 122. art. 4. ad. 4. & tamẽ Iudæis solus exterior cultus, & quies imperabatur externa: vt docet idem Thomas inibi in corpore quæstionis: igitur apud Christianos præceptũ de colẽdis festis diebus ad exteriorẽ cultũ pertinet: non ad interiorem.

Sic sane hanc opinionem veram esse defendere conantur Sylvest. verb. confessio. 1. quæs. 10. Caieta. in. 1. 2. quæs. 7. art. 1. & 2. 2. quæs. 122. art. 4. & in summa verb. dies festos. & in opusculo. 27. quæstio. cap. 10. Almain in quarto sent. dist. 17. quæs. 1. vers. nec solum peccata. rursus Sylvest. verb. circunstantia. quæs. 3. & verb. dominica. q. vlt. & post alios diligenter admodum Martinus Azpilcueta in capitulo. consideret. in princip. nu. 22. quorũ opinio verior profecto est, atq; ideo admittẽda.

Ad primum respondeo, præceptum de colendis festis qua ex parte sensum habet mysticum & continet ab omni peccato abstinentiam, & mentis in deo quietem, generale esse, atque cum præcepto illo conuenire: declina à malo, & fac bonum. at ea ex parte qua præceptũ istud est speciale, iuxta literalem sensum est accipiendum, ac prohibet tantum exteriores operationes seruiles, non ea ratione quod sint peccata, sed quod sint opera seruilia exteriora: vt explicat Thomas in dict. quæs. 122. art. 4. vis autem specialis præcepti secundum communem sententiam Theologorum est considerãda ad hoc, vt necessario sit circunstantia illius confitenda. igitur festi circunstantia non est confitenda: cùm speciali præcepto peccatum in diebus festis prohibitum non sit.

Ad secundum satis respõsum extat ex his, quæ in principio huius. §. explicuimus receptissimam opinionem sequuti.

Ad tertium cum viro doctissimo Melchior e Cano ĩ relect. de pœnit. quarta parte. ad finẽ, respondemus, primum: quod lex illa vetus abolita est, nec nos obligat, nisi ea parte, qua legis naturæ præcepta contine-

bat. deinde quod lex illa de certo quodam die loquebatur, quod festum propitiationis erat, vbi sacerdos semel in anno peculiariter pro peccatis populi orationem fundebat ad Deum, atque hostias offerebat, vt quod nunc ecclesia facit semel in anno obligans ad pœnitentiæ sacramentum, tunc in veteri illo populo præsignaretur. Nec erat lex, quæ singulis festis, & sabbatis hanc animi afflictionem præscriberet. siquidem & nunc in lege euangelica non obligamur speciali præcepto nec diuino, nec humano ad agendum diebus festis pœnitentiã. præceptum enim de colendo Deo, quo festis diebus adstringimur, opera religionis præscribit: pœnitentia vero non est opus religionis, sed vindicationis secundum diui Thomæ sensum in tertia part. quæs. 85. art. 3. ad. 4. & art. 4. & in quarto sẽt. dist 14. quæs. 1. art. 1. ad. 5. & dist. 15. quæs. quarta. art. 7. ad. 1.

Ad quartum nempe ad. S. Thomæ authoritatem constat ex eo responsio: quod is author, vt inibi explicat Caiet. vel loquatur de præcepto sabbati colendi iuxta mysticũ sensum. aut plane tractet de præcepto isto quantum ad eius finem, qui non cadit sub speciali vi præcepti: quemadmodum ex eodem. S. Thoma paulò ante latius deduximus. quibus tandem fit, posteriorem huius illationis partem omnino tenendam fore.

Quarta conclusio principalis. Potest quis alteri ex congruo a dei liberalitate impetrare bona temporalia, augmentum gratiæ, & quandoque primam gratiam. Hæc est propositio Adriani in quolibet. 8. art. 2. S. Thomæ in quarto sẽt. dist. 45. q. 2. art. primo ad primam. & prima. 2. quæs. 11. 4. art. 6. ad. primo. & in tertio sent. dist. 19. quæs. pri. art. 2. ad primam. & de bonis tẽporalibus cõstat: quia Sodomitis summis peccatoribus pepercisset dominus, si vel decem iusti potuissent inter eos inueneri. quod Diuus Ambro. lib. de Patriarcha Abraham cap. 6. adnotauit dicens. Hinc discamus quantus amicus sit patriæ vir iustus. De prima vero gratia cẽsendũ est, eam non posse impetrari per vnum alteri, qui omni bono motu careat, nec ad eã dispositus sit per opera ad eã recipiendam efficacia. imo cõtraria assertio in hoc sẽsu esset erronea: At si quis optime sit institutus per bona opera ad id efficacia: nempe sufficientia ad dispositionem recipiendæ primæ gratiæ: ob alterius orationem, & suffragia ex vi impetrationis à liberalitate diuina consequetur maiorem gratiã primam, quam ipse alioqui absque hac intercessione consequeretur. Sic etenim intelligẽdi sunt. S. Thomas, & Adri. dũ tenẽt, posse quẽ alteri ex congruo impetrare à liberalitate diuina primam gratiam: quẽadmodũ disputat Ioan. à Medina in codice de pœnitent. tract. 6. vers. sed de oratione pro altero. asseuerans posse quem

alteri

alteri impetrare ex congruo gratiã vltra gratiam correſpõdentem pro priis alterius operibus. tametſi tutius ſit, quod nullus poſſit alteri à diuina liberalitate ex congruo aliquã gratiam impetrare: licet bene illuſtrationẽ cordis: nam & Paulus inqt. 2. ad Corinth. capit. 5. omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, & reportabit vnus quiſque ſecundũ ea, quæ in proprio corpore geſſit. pertinent & ad hoc plura alia teſtimonia, quæ à Theologis quæſtionẽ iſtam tractantibus adducũtur.

¶Cæterum & præter ſuperius adnotata, illud hoc in loco neceſſario eſt memoria repetendũ, quod elegãter diſſeruit Scotus in quodlib. 10. nẽpe, cuius libet operis boni, & meritorii triplicem eſſe valorẽ: ſpeciali ſimũ quidẽ, ſpecialem, & generaliſſimũ: vt interim his dictionibus vtamur. eſt enim valor ſpecialiſſim⁹ quo ad ipſum operãtẽ: & is, qui operanti cõpetit, & applicatur. ſpecialis, qui competit ei, pro quo quis orat, ieũinat, aliũde opus ſimile operatur, generaliſſimus autẽ, qui toti⁹ eccleſiæ eſt, & omnibus Chriſti fidelibus propter illã ſanctorũ communionẽ cõuenit, & adiicitur. hãc diſtinctionẽ vt vtilem admodũ ad percipiendũ valorẽ ſuffragiorũ eccleſiæ, ſequũtur frequentiſſimo omniũ cõſenſu theologi poſt Scotũ: præſertim ipſe Adria. quodlibet. 8. art. 3. Gabriel. ĩ canone Miſſæ. lectione. 26. Doct. in. 4. ſent. diſt. 45. Ioan. à Medina in dict. tract. 6. c. de multiplici valore orationis. Martinus Azpilcueta in cap. quando. de cõſecratio. diſt. 1. notab. 20. num. 81. hæc diſtinctio colligitur ex veterũ autherũ ſentẽtiis: ſicuti conſtat ex his locis, qui ab his doctoribus citantur: vt hinc plane colligendum ſit, quod cũque opus Chriſtiani, vtile quidẽ eſſe omnib⁹ Chriſti fidẽ profitẽtib⁹, quo ad tertiã valoris partẽ.

¶Eſt etiã & in hac quæſtione conſiderandũ eſſe opera quædam valorem habentia ex opere operato, & ſic ex inſtitutione Chriſti, & hæc operantur ſuum effectum abſque operantis meritis: alia vero ſunt opera, quorum valor ab ipſius operantis meritis, & ſtatu pendet. & priora quidem operantur in eum, qui obicem non poſuerit eorum effectui: his operibus Miſſa tribuitur ſecundum Thomam communiter receptũ in. 4. ſent. diſt. 45. q. 2. art. 1. ad. 3. q. Gabriel. in canone miſſæ lectione. 57. qui tenent, miſſam nõ tãtum qua ex parte eſt ſacramẽtũ ex opere operato effectum habere, ſed etiam qua ex parte ſacrificiũ eſt: & hoc propter inſtitutionẽ Chriſti. huic opinioni Caieta. refragatur in opuſculis. q. 2. de celebrat. miſſæ. vbi exiſtimat, ſacrificiũ miſſæ ex opere operato nullum habere effectũ particularẽ in quocũque homine: pro cuius opinione traditur diſtinctio Diui Thomæ in. 3. parte. q. 79. art. 5. qui eleganter diſtinguit miſſã in ſacramẽtũ, & ſacrificiũ: & inquit eam habere rationem ſacramẽti in

quantum sumitur altaris hostia: rationem autem sacrificii, in quantũ offertur: atque idcirco secundum eundẽ effectũ sacramẽti habet missa in eo, qui sumit, effectum autem sacrificii in eo, qui offert, vel in his, pro quibus offertur. Hæc Thomas. qui palam sensit, ad Missam, qua ex parte sacrificium est, attendi offerẽtem ipsum, vel eum, pro quo offertur: & in specie, eam habere rationẽ sacrificii vim satisfaciendi, in qua magis attenditur offerẽtis affectus, quam quantitas oblationis. rursus idẽ Thom. 3. part. q. 82. art. 6. innuit, missam quo ad orationes, & alia præter sacramentũ, valorẽ habere à deuotione, & affectu sacerdotis orãtis, & eorum quorũ nomine orat. vnde fatetur Caiet. & denique omnes post Diuũ Thom. in dict. art. 6. missam quo ad sacrificium, valorẽ etiam adsumere à deuotione totius ecclesiæ, cuius nomine semper celebratur. item & à deuotione, affectuque ipsius sacerdotis. ita quidem apparet, missam, vt sacramẽtũ est, valorem & propriũ effectũ habere ex opere operato, eodẽ modo si fiat à malo sacerdote, quo si fieret à bono. tex singu. in cap. intra catholicam. 1. q. 1. & tamen quo ad sacrificium propter deuotionem, & affectum offerentis, maioris valoris est missa optimi sacerdotis, quã praui. sic sane infertur, missam qua ex parte sacrificiũ est, maioris valoris esse vno tẽpore, quam alio: quando videlicet est maior sanctitas, & charitas in ecclesia: à cuius deuotione valorem ipsa adsumit: quod in specie probat Gabriel in canone missæ lect. 26. col. 6.

Nihilominus, & si fateamur hæc quæ modo ex diuo Thoma, & Gabriele adnotauimus, vera esse, & à Theologis cõmuniter recepta, cõtẽdimus cõmunem sequuti, missam, qua ex parte sacrificiũ est, habere effectũ ex opere operato. est etenim ipsa oblatio cũ cõsecratione, simul & eucharistiæ sumptione sacrificiũ à deo ipso institutũ. idcirco sicut sacramenta ex opere operato propter diuinã iustitutionẽ suũ effectũ habent, ita & hoc missæ sacrificiũ à Christo institutũ ex ipso opere operato suũ effectum habebit, etiam si nullꝰ mortaliũ esset in gratia, quod est impossibile: quẽ admodũ explicat Gabriel. in. dict. lectione. 26. col 5. qui statim subdit, missam alio in sensu effectũ habere ex opere operato: non equidẽ propter institutionẽ Christi, sed propter oblationẽ huiꝰ sacrificii nomine totius ecclesiæ Catholicæ factã à sacerdote, q minister totiꝰ ecclesiæ est, in hoc sacrificio offerẽdo. qua ratione, cũ ecclesia, quæ offert, sit sẽper dilecta Christi, vt eiꝰ spõsa, effectus huius sacrificii operi operato tribuẽdꝰ est ea ex parte. qua ecclesiæ totius nomine offerẽ: siqdẽ valor iste nusquã deficiat, nec ad ipsũ offerẽtẽ referẽdus sit. ego vero, hũc effectũ, & valorẽ tribuẽdũ esse opinor operi operanti, licet verũ sit, eũ procedere ab ecclesia catholica, cuius nomine offerẽ hoc sacrificiũ. nam & ipse Gabriel fatetur, hunc

valorem

valorem tunc maiorem esse,cũ in ecclesia,quæ per eius ministrum offert sacrificium,maiorem habet charitatem.ergo operi operanti valor hic est adscribendus.deinde valor operis operantis in hoc sacrificio considerat ex parte ipsius sacerdotis offerentis,quia offert ipse licet nomine alterius,vt Thomas explicat. igitur & effectus huius sacrificii procedens ab ecclesia, quæ vere offert per ministerium sacerdotis,operi operanti erit tribuendus. sicut & eleemosynæ, orationes,ieiunia,& alia opera meritoria valorem habent operis operantis ex parte illius, qui ea fieri iusserit,& mãdauerit. quod statim probabitur. Sed & communis opinio,quæ dictat,missam qua ex parte sacrificiũ est,valorem habere ex opere operato,ex eo apparet,quod missa,quatenus sacrificium est, à Christo fuit instituta in remissionẽ peccatorũ, & ab ipso valorem habet ad hunc effectum,vt satisfactoria sit ad remissionem pœnæ temporalis, & meritoria.id vero constat Lucæ ca. 22.& Matth.cap.26.Hic est calix sanguinis mei,qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.pro vobis inquam,sumentibus:& sic sacramentum est, quod ipsi tantũ,cui confertur prodest.Pro multis:idest aliis, quorũ nomine,& pro quibus fiet hęc hostię oblatio.Et hac ratione sacrificiũ est in memoriam passionis dñi ęę,& ab ea valorẽ accipiens: sicuti eleganter explicat.S.Thomas.3.parte.q.79.art.7.

Nec pro Caiet.conuincũt S.Thomę verba.quia is, & si distinxerit missam in sacramẽtũ, & sacrificiũ, non negat sacrificium missæ præter valorem operis operantis non habere effectũ operis operati. Nec itẽ vrget,quod sequeretur,hunc valorem esse infinitũ.id etenim fatemur,modo certũ sit quo ad applicationem esse finitũ,authore Thoma in.3.par.q.79.art.5.

¶De sacramentis ecclesiæ dubiũ nõ est,quod valorẽ & effectũ habeant ex opere operato,propter Christi institutionẽ.De oratione dominica,& horis canonicis ab ecclesia
7 institutis idẽ quidã respõderũt: nẽpe eas habere valorẽ, & effectũ ex opere operato:ita quidẽ visũ est Gabrieli in Cano.Missę lect.57. col.2. Gersoni in.3.parte Alphabe. 76. & Ioanni à Medina in tract.de oratione.c.de valore orationis pro se ipso fusę.vers.sed quæres.quorũ opinio est omnino intelligẽda in eo sensu, quo Gabriel lect.26.operis operati valorẽ cõsiderauit,nõ equidem ex Christi institutione: sed ex totius ecclesiæ,cuius nomine oratio fit,deuotione,& applicatione.Nam etsi orationes canonicę,quæ ex institito ecclesiæ dicuntur,valorẽ etiã habeant ab orantis effectu,vt.S.Thoma.de sacrificio Missę tradit in dic. quęstio.82.art.6.quia tamen fiunt, & dicuntur horæ canonicæ à clericis nomine Ecclesiæ catholicæ,vt

eius ministris: secluso valore ratione ipsius recitatis, itidem valorem habent, ratione fidelium, & ecclesiæ, cuius mandato dicuntur: atq; in hunc sensum verum est, quod istę orationes effectum habeant ex opere operato, etiam si minister sit in peccato mortali. At si operis operati valorem aliter considerem̃us: scilicet ex Christi institutione: non poterit defendi Gabrielis opinio. quo fit, vt iuxta propriam significationẽ, & sensum, quo valor operis operati accipiendus est, semoto quocũq; humano affectu: dicendum sit, has horas canonicas ab ecclesia institutas, & quæ nomine totius ecclesiæ dicuntur, nõ habere valorem, & effectum ex opere operato: sed ex ipsius ecclesię, & ministrorum affectu, & deuotione. quemadmodum deducitur ex his, quæ modo exposuimus.

¶Illud vero prætermittendũ nõ est, orationes, suffragia, & sacrificia quo ad valorem operis operantis esse rursus dupliciter consideranda. primum enim, vt dicuntur, & fiunt proprio nomine: secundo, vt
8 fiunt, & dicuntur nomine totius ecclesiæ, vel alicuius priuati orationes, aut sacrificia delegantis, & alteri cõmittentis. etenim suffragia primo modo considerata, valorem accipiunt, & effectum consequuntur ab affectu, & statu ipsius met, qui orat, ieiunat, aliudue suffragiũ, & opus exequitur. Nã si is sit extra charitatem, & mortali affectus culpa, nec sibi, nec alteri prosunt quo ad satisfactionem, nec aliam vtilitatem afferunt præter eas, quas cõmemorauimus in. §. præcedẽti. nume. 11. quod si secundo modo suffragia considerẽtur. valorem accipiunt, & habent non tantũ ab ipso ministrante, sed etiam ab ipsa ecclesia catholica, vel ab ipso, cuius delegatione, & commissione fiunt: idcirco licet qui vt instrumentũ alterius operatur extra charitatem sit, valorem tamen habebunt suffragia ex parte eius, qui ea commisit ministerio alterius, si ipse charitatẽ habeat, nec sit culpa mortali affectus. sic sanè. S. Thomas communiter receptus eleganter explicat in. 4. sent. dist. 45. q. 2. art. 1. ad. 3. q. vnde plura, quo euidentior sit huius distinctionis vtilitas, inferenda sunt.

Primum, omnium suffragiorum potissimi valoris esse Missæ sacrificium: cum id valorem habeat ex opere operato, & opere operante causa totius ecclesię, cuius nomine fit, & item ipsiusmet ministri, vel eius, qui ministerium delegauerit. totius etenim ecclesiæ affectus, & charitas, præter ipsum opus operatum, maxime operãtur quo ad suffragiorum valorem.

Secundò constat, missam, qua ex parte sacrificium est, & alia suffragia, maioris esse valoris si fiant à bono ministro, quam à malo. auget siquidem valorem ipsius ministri charitas, & deuotio, authore Thoma. in. 3. part. q. 82. art. 6. cuius opi-

nio

nio recepta omnino est.

Tertiò hinc apparet, missam vt est sacrificium, & cętera ecclesiæ suffragia, maioris valoris esse, si fiant ex commissione, & ordinatione illius, qui est in gratia, & charitatem habet, quam eius qui extra charitatem est. siquidem suffragiorum valorem auget charitas illius, qui ea fieri constituit, & cuius nomine fiunt secundum Thomam & communem in dict. dist. 45. arti. 2. ad. 3. q. sic quod diuus Gregorius scribit in. 1. parte pastoralis cap. 11. cum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. cuius Gratianus meminit in princ. 49. dist. intelligēdū est quo ad valorē orationis ab ipso orante procedentem: nam hic valor nullus est, quoties fit oratio nomine, & cōmissione alterius ab eo, qui non est in charitate: valorē tamen habet ab eo, qui orationem, & suffragia alteri commisit, si is charitatem habeat.

Quartò subinde manifestū est, meliora esse, & deniq; gratiora suffragia facta à pluribus, aut plurimū cōmissione, quā ab vno, vel vnius instituto. quia horum charitas valorē orationis auget, cùm maior sit in pluribus, quā in vno. Hoc sat probatum est ex præcedentibus, si quę modò adnotauimus ad amussim fuerint considerata.

Quintò inde colligitur, orationē dominicam, & horas canonicas ab ecclesia institutas, meliores, & gratiores esse deo cæteris paribus, quā reliquę sint orationes. cuius illationis ratio est, quia hę orationes fiunt nomine totius ecclesiæ: siquidē ministerio orantis à tota ecclesia fiūt: atq; ideò valorem accipiūt à totius ecclesię charitate. Clerici etenim, & religiosi ex ecclesię instituto canonicas horas dicentes, vt ministri ecclesię pręces istas ad Deū ipsū emittūt. Nec de his, nec de sacrificio missę dubitandū est: iuxta cōmunem omniū traditionē. Sed de aliis, qui ex ecclesiæ lege non tenētur ad horas canonicas, eas tamē recitant, pleriq; dubitare poterunt, an vt ministri ecclesiæ munere isto fungātur. Et tamen egregius doctor Martinus Azpilcueta in capitu. quando. de consecratio. distinct. 1. notab. 20. numero. 66. existimat, has horas canonicas à quocunq; dictas, ecclesię nomine dictas censeri: cùm sint ab ipsa ecclesia præcipuè in hoc institutæ, vt nomine totius ecclesiæ dicantur. Quę quidem opinio pia, & benigna nihil videretur. oportet igitur hac in controuersia perpendere, an suffragia fiant nomine totius ecclesiæ, eius instituto, & ab aliquo, vt ecclesiæ ministro, vt inde cōstituamus gratiora, & meliora esse, quam si priuatim fiant.

Sextò, si prę mittamus quod omnino prę mittēdū est, valorem suffragiorū ecclesiæ quoad satisfaciēdū per applicationem finitum esse, & cuiuslibet suffragii tres esse finitos valores, quorū in hoc. §. mētionem fecimus,

fecimus, illud erit statim constituendum, suffragium factum pro pluribus non tantum prodesse cui libet ex illis, quantum si pro eo tan
9 tum fuisset exhibitum. Nam si vtilitatem operis consideremus quo ad debitum ex iustitia primum, illud profecto finitum est, & cuilibet operi constitutum: idcirco certum hoc prȩmium, & finitum inter plures diuisum, non pertinebit ad quemlibet ea ex parte, qua pertinuisset, si inter pauciores diuideretur, aut deniq; si vni tantum applicatum fuisset. quod euidẽti demõstratione percipitur. At si consideremus valorem operis quo ad impetrandum à diuina liberalitate, nulla est certitudo quid diuina maiestas pluribus, vel vni tribuet. Hęc igitur illatio verior est, & frequentiori calculo probata: eam etenim collegimus ex Scoto in dict. quod libet. 20. diuo Thoma in. 4. sent. dis. 45. q. 2. art. 1. ad. 2. q. Innocent. in ca. penult. ne prȩlat. vices suas. Imol. in cap. significatum. depręb. Præpositi. in cap. sacrosancta. 22. dist. Caiet. in opusculis. q. 2. de celebrat. miss. Ioan. Andre. & Abb. in cap. fraternitatẽ. de sepult. Card. à Turre Crem. in capi. non mediocriter. de consecrat. dist. 5. Adrian. quodlib. 8. art. 3. Ioan. Medina in tract. de oratione. capit. de valore orationis pro multis fusæ. Marti. Azpilcueta in dict. cap. quando. de consecrat. dist. 1. notab. 20. num. 77. quibus nõ oberit authoritas Hieronymi in dicto cap. non mediocriter. vbi inqt. Cum psalmus, vel missa pro cunctis animabus dicitur, non minus quam si pro vnoquoq; diceretur, accipitur. Nam illud tantũ ex hoc deducitur, missam dictã pro multis, eundem valorem habere, ac si pro vno dicta fuisse: nec indesequitur, quod ille tantus valor vnicuique ex illis multis insolidum applicetur.

Septimò est obseruandum, missę valorem ex opere operantis procedere ab ipsa ecclesia catholica, cuius institutione celebratur: & ab ipso-
10 met celebrante. Idcirco Missa maioris valoris est, si fuerit à sacerdote charitatem habente celebrata, quã ab eo, qui extra charitatem sit: quia licet valor procedens ab ecclesia, quæ plures fideles charitatem habentes continet, nusquam deficiat, etiam si malus sacerdos ministret, ille tamẽ valor qui à charitate ministri deducitur, plane omnino desideratur, quoties minister mortali culpa est affectus: quod satis colligitur ex Thoma in dict. q. 82. arti. 6. & Gabriele in Canone Missę lect. 26. col. 5. & 6.

Octauò hinc infertur, reliquorũ suffragiorum, quæ priuato nomine non equidem totius ecclesiæ catholicæ fiunt, valorẽ procedere ab ipso ministrãte, & ab eo, cuius delegatione, & commissione ministrantur. vnde si minister sit extra charitatem, dimidia valoris pars deficit: sicut ex diuerso si minister sit in

gratia,

gratia, is uero cuius cõmissione ministerium fit culpa mortali impeditus à charitate sit alienus, etiam deficiat dimidia valoris pars. quod si vterq; sit extra charitatem, nullius valoris erit suffragium istud, etiam si pro iustis ministretur, quo ad effectum satisfaciendi: iuxta opinionem, quam ex Diuo Thoma superius probauimus. §. præceden. num. 7. & constat isthęc octaua illatio ex notatis per. S. Thomam cõmuniter receptum in. 4. senten. dis. 45. q. 2. artic. 1. ad. 3. q. Hæc deniq; de suffragiorum valore, & effectu.

¶ His omnibus adiiciendum est, viuorum suffragia, si fiant pro defunctis existentibus in purgatorio eis quidem ita prodesse, vt ex rigo
11 re iustitię satisfaciant pro temporali pœna, quam in eo loco defunctorum animæ pati debent in satisfactionem, quæ non fuerat plene in hoc seculo corporis labore cõsummata: quod probatur Machabe. 2. cap. 12. vbi oblatum fuit sacrificiũ pro mortuis. Sancta, inquit, & salubris est cogitatio pro defũctis exorare, vt à peccatis soluantur. à peccatis inquam ideſt à pœna temporali, quam pro peccatis animę patiuntur in purgatorio, secundum Augustinum. lib. de cura pro mortuis agend. capitulo primo, eũdem pulchre de Ciuitate dei lib. 21. capitulo decimotertio. capitulo. animę defunctorum. 13. q. 2. vbi Cardin. à Turre Crema. S. Thomas in. 4. senten. distin. 45. quęstione. 2. articu. 2. ad. 2. quæstio. & est vere catholica conclusio, quæ aduersus Hæreticos probatur multis authoritatibus, quas de suffragiis, & purgatorio tradidere Roffensis. Ioan. Eckius, Alfonsus à Castro. Ioan. Bunderius in compendio, & alii catholici, qui nostra ætate contra pestilentissima Lutheri dogmata scripsere. item de indulgẽtiis ecclesiæ, quod ratione suffragii, & eius vi prosint existentibus in purgatorio tenuerunt omnes communiter præsertim S. Thomas & alii in. 4. sent. di. 45. Card. Abb. & Doct. in ca. quod autẽ. de pœnit. & remi. Feli. in tract. de indulg. col. 7. Sylvest. verbo. indulgentia. q. 7. Caiet. optime in tract. de Thesauro indulg. q. 5.

Ex. §. sequenti.

1 *Suffragiorum communio dupliciter consideratur.*

2 *Excommunicatio maior, qua suffragiorum communione quempiam priuet?*

3 *Peccatum mortale, an priuet suffragiorum ecclesiæ communione?*

4 *An possit quis pro excõmunicato maiori excommunicatione orare: & quid pro mortali peccatore.*

5 *Excommunicatus sacramẽta ecclesiæ vel cõferens, vel suscipiens, peccat mortaliter.*

6 *Sacramentum ordinis susceptum, vel collatũ ab excommunicato, quem effectum habeat?*

7 *Sacramentum pœnitentiæ ab excommunicato susceptum, vel ministratum, an teneat: vel sit iterandum?*

8 *Excommunicatus, an sit sacramenti pœnitẽtiæ minister in articulo mortis?*

9 *Excommunicatus maiori excõmunicatione cele-*

celebrãs irregularis eſt: & inibi de celebrante coram excommunicato: & de excõmunicato, qui authoritatem præſtat celebrationi.

§. Sextus.

HActenus, lector optime, de ſuffragiorum eccleſię valore breuiter quidem egimus, vt hinc appareat, qd referat, excommunicatum ſuffragiis eccleſiæ priuatũ eſſe, ac deſtitutũ. quod modo apertius conſtabit, ſi quę antea diximus ſpecialibus quibuſdã
1 propoſitionibus exponamus. Etenim valor ſuffragiorum dupliciter conſideratur, quo ad eorum participationem. vno quidẽ modo virtute charitatis, quæ omnes fideles conectit, vt ſint vnũ corp⁹ in Chriſto lẽſu: cuius eſt propria illa ſanctorum cõmunio, de qua in ſymbolo mentio fit. cap. loquitur. 24. q. 1. & ad Epheſ. cap. 4. inquit Paulus, vnũ corpus, & vnus ſpiritus, & vna ſpes vocationis noſtræ, vn⁹ dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus deus. tex. optimus in ca. firmiter. §. vltim. de ſumma trinit. Hęc igitur charitas facit omnia bona, & ſuffragia eſſe communia. Alio modo ſuffragia quo ad eorum valorem, & eius communionem conſiderantur ex animo, intentione, & applicatione facientis, & operantis. Hac diſtinctione vtitur S. Thomas in. 4. ſent. diſt. 45. 2. q. arti. 4. ad. 1. & ad. 2. q. quem alii cõmuni omnium conſenſu ſequũtur. repetit idem S. Thomas in diſt. 18. q. 2. art. 1. ad. 1. q. & Adrian. quodli. 8. art. 3. poſt Paluda. in diſt. 18. 4. in. q. 1. quibus ita conſtitutis, ſequentia proponimus.

Prima propoſitio. Excommunicatio maior non priuat excõmunicatum illa ſuffragiorum eccleſię communione, qua à charitate procedit: cum illa priuatus fuerit per mortale crimen, cuius cauſa fuit excommunicatione affectus. ſic ſane
2 S. Thomas communiter receptus explicat in dict. q. 2. art. 1. diſt. 18. & Gabriel. poſt alios, in canone miſſę lectio. 26. col. 7. vnde conſtat, iniuſte excommunicatum minimè hac communione priuari: quod ſatis manifeſtum eſt. item nec excõmunicatum minori excommunicatione, cum ea non inferatur propter peccatum mortale, quod hac cõmunione priuat. Iãdẽ illud certiſſimũ eſt hui⁹ cõmunionis priuatio nẽ mortali peccato, nõ excõmunicationi tribuẽdã fore. ſiquidẽ q ini que eſt excommunicatus, ratione huius excommunicationis nequaquam iſta communione deſtituitur. cum iniuſta excommunicatio non tollat charitatem, qua manente, manet vnionis vinculum, & cõmunio: ſi vero quis iuſte fuerit excommunicatus, peccatum mortale, cuius cauſa lata in eum fuit excõmunicatio, priuauit eum charitate, quæ huius cõmunionis radix eſt.

His

His accedit quod Missæ sacrificiū non habet effectum quo ad operationem operis operati, nisi in his, qui per fidem & charitatem vniūtur: secundum Thom. in. 3. parte. q. 79. arti. 7. ad. 1. quam ob rem quo ad hanc communionem nulla est differentia, nec quidquā refert, sit peccator mortali culpa affectus: excōmunicatus, vel non.

Secunda propositio. Excommunicatio maior priuat quē illa suffragiorum ecclesiæ communione, quæ ab applicatione, & intētione, totius ecclesiæ radicem habet. Probatur hæc conclusio ex eo quod ecclesia minimè vult communia suffragia applicare, nec orare pro his, qui extra eam sunt, sed tantum pro membris eius ab ea nondum abscissis, & segregatis: quemadmodū cōcordi omnium sententia satis est expeditum: idcirco hæc secunda propositio palam infertur, & notatur à S. Thoma, & his, quos in proxima assertione citauimus. & Sylvest. verbo. excommunicatio. 1. columna. 2.

Tertia conclusio. excōmunicatus maiori excōmunicatione, minimè cōprehenditur sub orationibus, & suffragiis ab ecclesia generaliter pro eius mēbris exhibitis. quod cōstat ex proxime dictis: & est omniū cōmunis conclusio. quidquid in cōtrariū senserit Hosti. in cap. cum voluntate. de senten. excom. col. 2. & Summa confessor. libr. 3. titulo. 33. quæstione. 159.

Quarta conclusio. Peccator etiam mortalis criminis reus sub generalibus ecclesiæ suffragiis pro membris eius institutis comprehēditur: 3 quia per fidem ecclesiæ membrū est, nondum publica authoritate ab ecclesiæ communione separatū. Hęc apparet ex applicatione ecclesię, quę pro mēbris eius orat. Esse autē peccatores ecclesię mēbra iā superius probauimus in huius relectionis principio nu. 6. idcirco receptū est quod in hac conclusione proponimus. siquidē præcitati authores fatentur, cōmunionem suffragiorum ecclesiæ ab eius intētione, & applicatione procedentē, mēbris ecclesię quibuscunq; conuenire. tametsi hęc ecclesiæ suffragia nō ita vtilia sint existentibus extra charitatē, sicuti his sunt, qui charitatē habent. quod apparet ex adnotatis in. §. 4. præced. & nihilo minus ad huc plurimum vtilitatis hæc suffragiorum communio affert peccatoribus: primum etenim ad defendē dum eos à tētatione dęmonis, qui hostis accerrimus est. Et ad protectionem dei, qua diuina maiestas speciali cura filios ecclesię custodit, ad impetrandam à deo illustrationēm cordis, vt citius, ac facilius à peccatis abstineant: ad bona temporalia: denique ad alia multa, quę colligi poterūt ex his authoribus, quorū mentionem fecimus in. §. 4. numero. 11. quibus quidē vtilitatibus excōmunicatus maiori excōmunicatione oīno priuat: authore Thoma.

Thoma in.4.sent.dist.18.q. 2.arti.1. ad.2.q.vt hinc plane sit cõpertum quod non semel iam in principio huius relectionis admonuimus, quãtum quo ad interiores pœnas, & interiora damna excommunicatio differat à mortali peccato, quod & Hosti.ac Ioan.Andre. adnotarunt in cap.ita quorundam de iudç.& Caieta.eleganter in tract.17. quæstione.cap.13.

Ex quo libet obiter obseruare, ecclesiam catholicam quandoq; pro excommunicatis, Hęreticis, Sarracenis, & infidelibus orare: nõ equidem vt pro membris ecclesiæ, orationibus ad ecclesiæ membra coadiuuanda institutis, sed vt exteris, & ab vnione ecclesiæ alienis, quibusdam orationibus in id ordinatis, quod dignetur diuina maiestas eos reducere ad ecclesiæ vnitatem, & pœnitentiam: quemadmodum notant S.Thomas in.4.sent.dist.18. q.2.art.1.ad.1.q.Card.à Turre Cremata in cap.si quis episcopus.11.q. 3.Sylvest.verb. excommunicatio. 1.col.2.& verb.oratio.q.4.sic denique orat ecclesia in die veneris sancti pro Hæreticis, Paganis, Iudæis, & infidelibus, non vt membris ecclesię: sed aliis ad hoc orationibus institutis.

Quinta conclusio: nõ potest quis vt ecclesiæ minister orare pro excõmunicatis maiori excõmunicatione, his orationibus, quæ pro membris ecclesiæ fieri solent. Hanc assertionem S. Thomas, & alii paulo ante nominatim citati expressim exponunt. & ea cõmunis est. idem in specie notat Gabriel in dict.lec. 26.col.7.notant Doct.in cap. cum voluntate.de sent.excõ.& in cap. à nobis.in.2.eo.tit.

Sexta conclusio. poterit quilibet christianus priuatis orationib9 pro excommunicato etiam maiori excommunicatione priuatim orare. non enim tũc nomine ecclesię pro excommunicato, vt pro membro ecclesiæ oratur. atq; ita S. Thomas communi omnium consensu receptus asseuerat in.4.sent.dist.18.q.2. art.1.ad.1.q.Sylvest.verb.excõmunicatio.1.q.1.& est communis opinio, ex qua sunt omnino explicanda quæ Abb.& alii adnotarunt in dict.cap.à nobis.

Septima conclusio. Potest sacerdos in missæ celebratiõe dũ secrete orat, in priori parte ante cõsecrationem Hostiæ pro excommunicato speciali oratione orare. Huius conclusionis ratio ea est, quod tunc sacerdos orat vt priuatus: non vt minister ecclesiæ: qua ratione ita visũ est Sylvestro verb. excommunicatio.1.col.2. quem sequitur Martinus Azpilcueta in cap. quando. de consecrat.dist.1.notab.19.num.71. quo in loco latius hac de re tractat.

Octaua conclusio. quilibet Christianus vel vt minister ecclesiæ, vel vt priuatus, orare potest pro peccatoribus nondum vita functis. huius assertionis veritas ex eo constat, quod ecclesia minimè intendit ab

4

eius

eius generalib⁹ ſuffragiis excludere exiſtẽtes in mortali peccato: modo per excommunicationem non fuerint hi ab vnione fideliũ ſegregati: ſicuti modo adnotauimus. poſſe autem orari pro peccatore viuo: non tamen pro eo, qui iam in mortali crimine deceſsit, probat Thomas in.2.2.q.83.art.7.capit.pro obeuntibus.13. q.2.cap. placuit. 13. q.5.glo.in cap.exparte.in.1.de ſepultur.idem.S.Thomas in.4.ſent.diſ. 45.q.2.art.2.Card.à Turre Cremata in capi. tempus.13.q.2.& hęc eſt omnium communis ſententia.

Ex præmiſsis apparet, quonam modo intelligendum ſit quod Gabriel aſſeuerat in cano.miſſę lec.26. col.7.ſcribens ſacerdotem eccleſiæ miniſtrum non poſſe ſpeciali oratione pro excõmunicato in miſſa orare.etenim nõ poteſt ſacerdos vt miniſter eccleſię nec ſpeciali,nec generali oratione pro excõmunicato orare vt pro mẽbro eccleſię:poterit tamẽ ea in parte miſſę,qua ſibi licet priuatis orationibus vti,pro excõmunicato orare, & erit iſthęc oratio priuata: non equidem publica.

Nona concluſio.Poterit quis vt eccleſiæ miniſter,vel vt perſona publica,ſecrete tamen,orare,aut ſacrificium applicare illi excommunicato,qui mortalis criminis iam pœnituit,& diligenter abſolutionem impetrare curauerit:licet nondum ſit abſolutus.Hoc colligitur ex Hoſtienſi communiter recepto,in dicto capitul.cum voluntate.de ſententia.excommu.notat Marti. Azpilcueta in capit.quando.de cõſecrat. diſtin.1.notab.19.numero.68.Nam & huic etiam generalia eccleſię ſuffragia vtilia ſunt,nec is ab eis excluditur,ſecundum Card.à Turre Cremat.in cap.ſi quis epiſcopus.11. q. tertia,poſt Ricardum in.4.ſenten. diſt.18.& Florenti.3.part.titulo.24. capitulo.76.

¶Nono & principaliter ab ipſius definitionis vero ſenſu apparet, eſſe alium excommunicationis effectum,quo ſatis probatur,& efficitur,excommunicatum maiori excõmunicatione priuatum eſſe paſſiua & actiua ſacramentorum participatione.tex.optimus in capit.ſi celebrat.de cleri.excõmu. miniſtr. cap.cum illorum.de ſent.excõ. & in cap.Apoſtolicæ.de cleri.excom. mi.quibus in locis hoc ipſum cõmuniter receptum eſt in hunc ſenſũ, quod male faciat, & illicite prę cipiat excommunicatus ſacramenta eccleſiæ.pecat etenim & mortaliter propter grauẽ iniuriam,quam infert ſacramentis eccleſiæ, ea percipens in eo ſtatu,quo iuſte ab eccleſiæ communione eſt ſegregatus.idcirco qui ita cenſura hac affectus percipit ſacramenta,graue ſacrilegium cõmittit in ipſum deũ, & eccleſiam.quod probatur ea ratione,quæ dictat, ſacramenta non eſſe percipienda,nec danda ab eo, qui ſe exiſtimat mortalis culpę reũ eſſe.tex.celebris de recipiente in ca. illud.95.di.quo in loco Innocẽtius

tractans de sacramento extremæ vnctionis inquit:non pœnitentibus istud fundi non potest : quia genus est sacramenti . tex.item ad idem in capit.per Esaian.1.q.1. versi.Hoc pene.ibi omnia sacramenta prosunt digne sumentibus . igitur indigne ea accipientibus nocent.facit & ad hęc ratio elegans.sacramẽta instituta sunt à Christo Iẽsu , vt per illa gratiam primã, vel eius augmentum consequamur: is ergo, qui credit se esse in eo statu,qui gratię consequendæ repugnat,scire debet,se in vanum sacramentum accipere:igitur irreuerentiæ crimen erga sacramentum committit.omne siquidem illud,quod ad irreuerentiam rerum sacrarum pertinet : ad iniuriam dei fit:& ideo sacrilegiũ est secundum S.Thom.2.2.q.99.arti.1.de dante constat in dict.ca.per Esaiã.vers.Hoc pene.dum dicitur: omnia sacramenta indigne tractantibus obsunt : prosunt tamen per eos digne sumentibus.Et in specie de eucharistia nemo vsquam dubitauit:cum Apostolus scripserit. 1. ad Corinth.capitulo.12. probet autem seipsum homo priusquam de pane illo edat : ac deinde de illo, qui indigne sumpserit,inquit:iudicium sibi manducat,& bibit.de sacramento baptismi probatur in capitulo,firmissime.15.quæstione prima.& capitulo omnis . capitulo , agunt . de consecrat . distinctione quarta.docet.S. Thomas tertia parte quæstione.68. articulo sexto . ad hoc etiam conducit tex.de confirmationis sacramento in cap . vt ieiuni.de consecrat.dist.5 . & pleraq; alia,quæ de præmittenda confessione ante sacramentorum susceptionem ex theologis tradit Marti. Azpilcueta in princip.de pœnit . dist. 5.in vlt.parte glo.num.33.& sequẽtibus.Qui in capi.1.§.sacerdos. nume.12.de pœnit.dist.6.ex eo tex. ad notauit,mortale crimen committere,qui culpa mortali affectus ecclesiæ sacramentum alteri ministrat, modo id faciat vt ecclesiæ minister,& actus is ad cõsecrationis ordinem pertinet. quod.S . Thomas docet in.3.parte.q.64.art.6.quod si ita certũ est,sacramenta illicite dari, & adsumi ab existenti in mortali peccato:idem erit in eo,qui præter mortalem culpam,cuius causa à cõmunione ecclesiæ sepositus est, extra fidelium consortiũ segregatus, minimè censetur membrum esse ecclesiæ.

¶Cæterum etiam si excommunicatus grauissime peccet sacramẽta ecclesiæ contrectãs vel ministrando,vel suscipiendo, cõstitutissimũ est,ipsa sacramenta vere cõferri, & adsumi.quod manifeste probabitur,si cõsideremus,sacramentũ baptismi vel datum, vel acceptum ab eo,qui extra charitatem est, verum esse sacramentum . capitulo , tunc valere.de consecrat.distinctione.4. sic & si quis excommunicatus cõfirmationis sacramentũ accipiat,vere confirmatus est,nec erit cõfirma-

tio

tio iteranda.quod item verisimũ est & de eucharistiæ sacramento:si quidem dubio procul excommunicatus consecrat,& verum recipit sacramentum.arg.eorum,quæ notantur in cap.de homine.de celeb. missar.cap.intra catholicam.1.q.1. Nam & matrimonium contractũ ab excommunicato,verũ esse matrimonium,& sacramentum,probauimus in epitome in.4.decret.2. parte.cap.6.in princip.vbi etiam asseuerauimus,relegionis professionem factam ab excommunicato validam omnino esse.

¶De ordinis sacramento illud cõstanter asseueramus,vere dari ab excommunicato, & excõmunicato quo ad characterem,licet non quo
6 ad exequutionem:ab illa enim do nec subsequatur dispensatio,suspẽsus est ipse ordinatus,siue ignorãs, siue sciens ipsum,vel ordinis collatorem excommunicatum esse,ordines susceperit. Hoc probatur quo ad primam eius assertionis partẽ in cap.præter hoc.§.verum.32.dist. tex.in cap.1.verb.irritas.vbi glo.& in cap.2.de schismati.cap.cum illorum.desent.excom.capi.1. & vlti. de eo,qui furtiue ord.recepit. capi. 1.&.2.de ordinat.ab epis. qui renũciauit episcop. quibus in locis itidem constat secunda conclusionis pars:nempe,ita ordinatos non posse ministrare in ordinib9 susceptis, nec eorum exequutionem habere. & hęc est omniũ concors sentẽtia, quę non potest iure negari:quippe manifeste in prędcitatis locis cõstet. de dispensatione autem est adnotãdum quo ad tertiam partem cõclusionis,eam regulariter à Romano pontifice impetrandam fore in hoc casu,præsertim si detur in recipiẽte ordines certa scientia,ca.1.de. ordi. ab epis.qui renũci.epis. vbi idem apparet,si sit ignorantia crassa, aut supina.& c. cũ illorum.desent. excom.parte prima.quod si ignorantia probabili affectus quis vel excõmunicatus,vel ab excommunicato susceperit ordines, ab episcopo proprio,qui in eo actu minimè delinquerit,dispensationem obtinebit. tex.in cap.vlt.de ordi.ab epis. qui renunci.epis.notant Doctor. præsertim Henri.in dict.capitulo.1. de schismat.& in dicto capitulo,cum illorum. vbi cæteri doct.idem cõmuniter adnotarunt, excipientes religiosos:idest eos,qui post ordinem ita susceptum religionem profiteantur:etenim his etiam scienter ordinationi,& ordinum susceptioni operam dantibus dispensatio cõcedi poterit ab eorum prelatis: & idem,si post religionis ingressum ita fuerint ad ordines promoti.quę quidem exceptio deducitur ex dic. capitulo,cum illorum.2. parte. & capitulo.2. de apostat. Innocenti. tamen in cap.1.de schismat.scribit, collationem ordinũ factam ab excõmunicato,vel excommunicato, probabili tamen ignorantia excõmunicationis,ita ratã esse, vt absq; vlla dispensatiõe eius sit exequutio

permissa,ac posit ita ordinem accipiens absq; irregularitatis pœna in susceptis ministrare, & ad alios ordines promoueri.huic sententiæ accesserunt Panor.in cap.veritatis. de dolo & cont.num.46.Collecta ri.in dict.capitulo.vltimo. de ord. ab epis.qui renunci.episcop. idem tenet Huguitio relatus à glo. in ca. ab excommunicatis.9.q.1. Repetit idem Panor. & ibi Feli. columna penulti.in cap.ad probandum. de re iudic.idq; verius esse censet Alfonsus à Castro libro secundo, de potesta.leg.pœnalis cap.15.Nihilominus contrariam sententiam veriorẽ esse censemus.semper etenim dispensatio necessaria est, siue adsit probabilis ignorantia, siue præcesserit scientia,secundum gloss.in dict.cap. ab excommunicatis. & in cap.si qui à simoniacis.1.q.1.glo. in dict.cap.1.de ord.ab epis. qui renunciat.epis. & in capit.1.de schismat.vbi Henrri.post alios ibi & in dict.cap.cum illorum.de sent. excom.hanc opinionem probat,quę communis est secundum Abb. in dict.cap.veritatis.de dol. & cont. nume.46. & hæc est tutior opinio secundum eundem & Anani. nume.12.in dict.cap.1.de schismat.Seluam de benef.2. parte.q.12.colu.3. idem fatetur Abb.in dicto cap.veritatis. sæpissime enim absq; culpa quis exequutione ordinis sacri suspẽditur,& irregularis fit:tametsi absque eius culpa non puniatur pœnis iure alioqui statutis aduersus eos, qui prohibitum actum fecerint,glo.in capit.illud.& in cap. Apostolicæ.de cleri. excommuni. mi.& ibi Card.glo.in cap.quanto. 2.quęstione quinta.Hæc vero,quæ diximus,adeo vera sunt,vt cum excommunicato scienter ordines recipiente,nullus præter Papam dispenset, etiam si excommunicatio eiusmodi sit,quod ab ea episcopus absoluere valeat, secundum Ioan. Andreã, Henri.Anto.Abb.& Feli.in.dict.cap.cum illorum.tex.& ibi Abb.in capitulo,vlti.de eo,qui furt.ordinem recepit. Panormita. in capitulo primo.eo. titu.quarto, notab.Angel.verbo. irregularitas. §.22.Sylvest.in eod.verb. versi. secundo quæritur.Ioan.Bernard. in practica criminali.capitulo.13. Nec quidquam in contrarium vrget argumentatio Romani Pontificis in dict.capitulo,cum illorum. dũ asseruit,non posse dispensare cum excõmunicato recipiẽte ordines eũ, qui non possit ab excommunicatione absoluere:quasi senserit à cõtrario,posse eum dispẽsare,qui possit absoluere. Nã isthæc collectio deficit: quia iure satis probatur,nõ posse cum irregulari dispensare eum,qui potest à peccato,quo contracta fuit irregularitas, absoluere: siquidem sacerdos, vel alius homicida absoluit ab homicidii peccato,per quencunque sacerdotem. capit.deus qui. de pœniten.& remiss.& tamen irregularitatẽ ex homicidio cõtractã solus papa tollit

cap.1.

capitu.1.de.re iud.in.6.quo fit, vt illud sit satis receptum, posse sacerdotem ordinarium absoluere à peccato, cuius ratione contracta fuerit irregularitas, licet ab ipsa irregularitate minimè possit pœnitentem eximere: quod expressim notãt Caiet.in summa.verbo.irregularitas. Card.in Clem.dudum.de sepult. q.8. Martinus Azpilcueta in ca.1.§. caueat.de pœnit.dist.6.num. 26. licet contrarium in hoc ipsemet Cardi.senserit in Cle.1. de priuileg.q. 37. & Calderi.cons.19.tit.de regularib. quibus potissimum suffragatur tex.in extra.1.de priuileg. inter communes.col.4. vers. obseruent. quæ tamen, quidquid ibi dixerit glo.erit intelligenda quo ad absolutionem ab irregularitate, nõ quo ad absolutionem à peccato, cuius causa contracta fuit irregularitas: nam ab eo poterit is absoluere, qui ab aliis peccatis poterat absolutionem ministrare. Et ne quis existimet, illam constitutionem esse intelligendam adhuc de absolutione à peccato, in his tamen, qui cõfessiones audiunt, & absoluũt sibi iure ordinario non subditos, ex priuilegio quidem, obseruandum erit iam hanc dubitationem per eas cõcessiones, quas bullas vocant, sublatam esse: præsertim quia per eas datur potestas absoluendi à peccatis multis, quorum causa irregularitas contrahitur: licet non competat ex eis facultas dispensandi in irregularitate. Tametsi absque harum literarum priuilegiis quod prius communem opinionem sequuti probauimus, tenendum fore censeam, ex his colligitur euidenter, quo ad effectum istum, de quo in hoc vers. de ordinis sacramento, egimus, magis operari maiorẽ excommunicationem, quam peccatum mortale.

¶ Supersit de sacramento pœnitentię hic agere: an absolutio prędicta excomunicato sit iteranda, & teneat? quam quæstionem iam olim tractarunt viri equidem doctissimi: & præ cæteris Martinus Azpil-
7 cueta meus olim, & nunc obseruãdissimus prędceptor in capitul.vlt. numero.38.. & in capitulo primo. §. cautus.numero. 23. de pœniten. distinct. quinta, cuius assertiones, vt propositæ materiæ subseruiam, breuiter admodum paucis additis exponam.

Prima conclusio. Sacrilegium est, vel sacramentalem absolutionem excommunicato scienter exhibere, vel ipsum excommunicatum eam recipere. Hoc probatur ex his, quæ paulo ante tradidimus, vbi ostendimus, excommunicatum maiori excommunicatione priuatum esse sacramentorũ perceptione. & hæc est communis opinio.

Secunda conclusio. Excõmunicatus maiori excõmunicatione affectus, eius tamẽ iuste quidẽ ignarꝰ, si à peccatis, absolutionis sacramento fuerit absolutus, non tenetur ad iterandam eam confessionẽ. Huius

conclusionis probatio deducitur à capit. Apostolicæ. de cleri. excom. ministr. & eam veram esse censet Caiet. in summa, verb. Asolutionis impedimentum. versi. vtrum. & verb. confessionis iteratio. & in opusculis. q. 1. de qualit. confess. quẽ sequitur Marti. Azpilcueta in dict. cap. vlt. num. 45. hanc, & præcedentem conclusionem latius probans. tametsi Angel. in verb. confessio. 5. §. 10. & verb. interrogatiões. in fine existimet, posse iuste sacerdotẽ pœnitentẽ, quem ab excõmunicatione soluere non potest, prius à peccatis absoluere, & demum illũ ad superiorem pro habenda excõmunicationis absolutione dimittere. sic & Angel. opinionem reprobat Sylvest. verb. confessio. 1. §. 4.

Tertia conclusio. Excõmunicatus maiori excõmunicatione, qui scit, ac fatetur se excõmunicatum, putans iusto quodam iuris, vel facti errore, attenta eius qualitate, se posse prius à peccatis quam ab excommunicatione absolui, non tenebitur confessionem iterare, si fuerit à peccatis tantum absolutus. Eadem fere auctoritate probatur hæc conclusio, qua præcedens: eãq; Caiet. & Martin. expressim tenẽt. quãuis Palud. in. 4. sent. distin. 22. quæstione. 3. & Sylvest. verb. confessio. 1. §. 4. probare velint, confessionem iterandam esse in hac specie non obstante probabili, & iusta excommunicationis ignorantia: idq; ea ratione fulcire conantur, quod incapax sit excommunicatus sacramentalis absolutionis. quæ quidem ratio falsa est in eo sensu, quo ipsi accipiunt, siquidem sacramenta quo ad eorum vim excommunicatis conferuntur: sicuti paulo ante probauimus: licet quandoq; non operentur proprium effectum propter obicem illis appositum. Et tamen data iusta ignorantia, & probabili, nullus obex sacramento absolutionis quo ad effectum opponitur, ab ipso excõmunicato, qui vere pœnitet, & bona fide, vt Caiet. censet, sacramentum pœnitentiæ accipere curat. Et sane si Palud. opinio vera est, quam & Adria. asseuerat in. 4. sent. in trac. de matrimonio. q. 1. scribens, Romanum pontificem per excommunicationem latam in aliquem, eum efficere materiam ineptam, & incapacem sacramentorum: profecto minimè poterit iure probari secũda conclusio, quam hac in quæstione proponimus. vere tamẽ hęc Palud. & Adriani assertio nequaquã admittenda est, per multa quidem, & per ea, quæ modo de sacramento ordinis adnotauimus.

Quarta conclusio. Excommunicatus, qui scit vel scire debet, se nõ posse prius à peccatis, quam ab excommunicatione absolui, absolutionem tamen à peccatis petens præmissa confessione sacramentali, & eam accipiens, tenetur eandẽ confessionẽ iterare. Huius assertionis authores citare possum Sylvest. Palud.

Palud. & Adria. qui ea ratione vtũtur, quod excommunicatus sit sacramentorum incapax: & præsertim huius. eandem conclusionem admittũt, ac verã esse contendunt Martinus Azpilcueta in dict. capi. vlt. de pœnit. dist. 5. num. 48. & Ioannes à Medina de pœnitent. tract. 2. cap. de confessione ab excommunicato facta. aliam tamen rationẽ in eius probationẽ inducentes, hac sanè argumentatione. etenim aut hic pœnitens non confitetur hoc peccatum, quo peccat volens absolutionem sacramentalem excõmunicatus accipere, vel ignorantiã ita supinã, vt planè à peccato nõ excuset, & confessio integra non est: atq; ideo omnino iteranda. Aut cõfitetur culpã istam, à qua minimè discedit, nec discedere proponit, vt patet: quia peccato statim operam dat: & tunc obicem ponit sacramento ex imperfectissima contritione. & ideo se indignum efficit absolutione sacramentali, nec absolutio tenet, & tenetur ea ex causa confessionem iterare. Quẽ admodum Ioan. Gerson argumẽtatur in .2. parte. fol. 191. capitu. quæritur. col. 2.

Cæterum Caieta. in dict. verbo. absolutionis impedimenta. contrariam sententiam probare nititur existimans, absolutionem sacramẽtalem validam esse in hoc casu, & si illicite detur & accipiatur, nec eo tempore proprium effectum in pœnitentem, & confessorem habeat: atq; hac ratione deducitur, confessionem non esse iterandam. Ad cuius opinionis probationem illud est maxime obseruandũ, quod vere Ioan. à Medina. & Martinus Azpilcueta fatentur eorum sententiam minimè posse probari ea ratione, quod excommunicatus sit incapax huius sacramenti. vnde oportet aduersus Caieta. disputantibus, omittere Palud. Sylvest. & Adria. rationem, quia ea falsa est. idcirco deueniendum est ad eam rationem, qua contenditur, absolutionem sacramentalem inualidã, & nullam esse propter defectum contritionis, vel attritionis, quæ virtute sacramenti possit fieri contritio: qua de re nos latius egimus superius. in. §. 4. numero. 13. & plane vbi excommunicatus non confitetur, nec manifestat sacerdoti statum eius & peccatum, quod vel ex scientia iuris, vel ex supina ignorantia contraxit volens absolui à peccatis priusquam ab excommunicatione, dubio procul confessio integra non est, & hac ratione sacramentalis absolutio minimè confertur, eritq; iteranda confessio. Quod si excommunicatus manifestet sacerdoti excommunicationem, & culpam illam, qua afficitur vel scientia iuris, vel ignorantia supina, volens prius à peccatis, quam ab excommunicatione absolui, & nihilominus absoluatur, dicendum erit, absolutionem sacramentalem esse, non obstante obice, qui eius

effectui oppositus est, atq; ob id minimè iterandam esse confessionẽ: si sequamur opinionem, quam ex diuo Thoma in dict. num. 13. adduximus. At si contrariam ex Adria. Medina, & aliis probauerimus, satis itidem probari debet & hæc quarta cõclusio cõtra Caiet. cuius tandem opinio, vt inibi diximus, frequentiori Theologorum iudicio probatur.

Quinta conclusio. Absolutio sacramẽtalis præstita à sacerdote maiori excommunicatione ligato, eo casu, quo necessario vitandus non est, valet, & tenet, nec est omnino iteranda. Hæc conclusio probatur argumentatione à diuisione dedu cta. Nam hæc absolutio vel est nulla ex eo, quod eam suscipiens obicem peccati, absolutionis sacramento opponat: vel quia sacerdos nullam potestatem, habet absolutionẽ istam sacramentalem ministrandi. nullum autem horum in hoc casu impedimentum præstat: igitur absolutio sacramentalis est, & valet. Non primum: siquidem nullam habet culpam suscipiens sacramentum ab eo excõmunicato, quem vitare minimè tenetur: vt constat, ergò nequaquam mortaliter peccat: & ideò obicem mortalis peccati non ponit sacramento pœnitentiæ. Nec item vltimum quidquam impedit, quia ea iurisdictio, quę ad absolutionẽ est necessaria, adhuc manet penes excõmunicatũ ex ecclesiæ catholicæ permissione interim, quod eũ non esse vitandum lege lata ad publicam vtilitatem statuit. quam ob rem conclusionem istam video probari ab Adria. in. 4. sent. tract. de confessione. dubio. 9. Caiet. verb. Absolutionis impedimenta. Medina in tract. 2. de pœnitentia. cap. de confessione confessori excõmunicato scienter facta. Martino Azpilcueta in cap. 1. §. laboret. de pœnit. dist. 6. num. 10. & sequentibus. Oportet tamen hic memoria repetere quæ nos supra tetigimus. §. 2. num. 7. vbi expendimus, quando excommunicatus vitandus sit. Etenim ex ibi dictis aliquot in proposita controuersia deducuntur.

Primũ, posse licite absolutionis, & pœnitẽtię sacramentũ suscipi à sacerdote proprio, alioqui potestatẽ habente, etiam si is sit excõmunicatus, generali tamen excõmunicatione, cuius scientiam pœnitens habet: modo nondũ fuerit denunciatus. & subinde cõstat, nõ esse hanc confessionem iterandam. quod ex concilio Basiliẽsi fatentur omnes.

Secundum, confessionem sacramentalẽ, factam sequuta absolutione, sacerdoti proprio, etiam nominatim excommunicato, cuius excommunicationis ipse pœnitens ignarus nõ est, modo nondũ fuerit sacerdos denunciatus, validam, & licitam esse, nec eam repetendam fore. Hanc illationem exponimus contra Adrian. & Ioan. à. Medina. sequuti Caieta. & Martinum in prę citatis locis: ea sanè ratione, quod

consti-

constitutio ad euitãda scandala, etiam sit admittenda in excõmunicato nominatim: sicuti & nos probauimus in dist.§.2.num.7. quæ quidem sententia vtilis admodum est.

Sexta conclusio. cõfessio scienter facta sacerdoti, etiam proprio, excõmunicato tamen, quem vitare tenemur, inualida quidem est. & omnino iteranda, grauissimoque cum peccato fit. hæc est omniũ concors sententia, quæ manifeste probatur, quo ad priorem partẽ ex eo, quod sacerdos excommunicatus, qui ab ecclesia nõ admittitur, & quem vitare tenemur, non habet iurisdictionem, quæ cum ordinis potestate necessaria est ad exhibendam absolutionem sacramentalem: quemadmodum statim probabitur. idcirco absolutio ab eo præstita, qui minister huius sacramenti nõ est, dubio procul erit nulla censenda, & inualida, atque ex ea causa confessio est repetenda. vltima pars cõclusionis constat, quia tenetur quis excõmunicatũ vitare sub reatu mortalis culpæ, in diuinis, & sacramentis, quod iam admonnimus, & apparet in.c. sacris. de his, quæ vi, metusue caus. fiunt. qui autem scienter sacramentum pœnitentiæ recipere tentat ab excõmunicato, quem vitare tenetur, mortaliter per hanc cõmunionem communicans peccat, obicemque ponit sacramento: igitur ea cõfessio cum peccato mortali fit. hinc patet, quod si quis sacerdoti excommunicato, & denũtiato cõfiteatur scienter peccata propria integre, & si sacerdos proprius sit, non consequitur absolutionem sacramentalẽ, & mortaliter peccat. primũ quidem propter defectum iurisdictionis apud ipsum sacerdotem. secundum propterea quod obicem mortalis culpæ sacramẽto ipsi opponat.

Septima conclusio. absolutio ex vi confessionis interioris præstita ignoranti ab excommunicato iam per ecclesiam denunciato, inualida est: & ideo erit confessio repetenda, cum huius excõmunicationis pœnitens scientiam habuerit. est etenim satis receptum, esse necessariam potestatem ordinis, simul & iurisdictionis ad absolutionẽ istam sacramentalẽ impendendã: quod nos adnotauimus libro. 1. vari. resolut. capitulo. 10. num. 11. iurisdictionis autem potestas per ecclesiam excommunicato denunciato auferetur, capitulo. ad probandum. de reiudicat. & in specie quo ad collationem sacramentorum, & præsertim quo ad potestatem ligãdi, & absoluendi: hoc probat de maiori excõmunicatione tex. in.c. duobus. de sent. excõ. cap. si celebrat. de cleric. excom. ministr. cap. audiuimus. 24. q. 1. c. 1. §. vlt. de off. vicar. lib. 6. sic Palud. in. 4. sẽt. dist. 17. q. 6. art. 1. cõclus. 4. Sylues. verb. cõfessor. 1. quæs. 20. Adrian. in dict. dubio. 9. & Ioan. à Medina in dict. tract. 2. cap. de confessione nesciẽter facta excommunicato, præmittunt, excommunicatum, simul & denunciatũ nõ habere

bere potestatẽ iurisdictionis ad præstandum sacramentalem absolutionem. quam ob rẽ ipse Ioannes à Medina in specie hãc septimam cõclusionem proponit.

Octaua conclusio. excommunicatus publice denunciatus, quique per ecclesiæ cõstitutiones vitandus est, non potest sacramentalem absolutionem etiam existenti in articu-
8 lo mortis ministrare. hæc cõclusio probatur ex eo, quod hic sacerdos iurisdictione necessaria ad hanc absolutionem quo ad se, & quo ad alios priuatus est, vt diximus: ergo absolutio ab eo non potest dari. deinde est ad hanc conclusionem authoritas S. Thomæ in. 4. sent. dist. 17. quæs. 3. art. 3. q. 1. ad. 2. & dist. 19. q. 1. art. 2. ad. 3. & 3. part. q. 82. art. 7. ad. 2 & communis omnium sententia, qua diffinitum à Theologis est, sacramentum baptismi in necessitatis casu licite posse suscipi ab hæretico, & excommunicato, non sic pœnitentiæ sacramentum, & sacramẽtalem absolutionem. quæ quidem differentia non aliunde potest contingere, quam quod in casu necessitatis etiam hæreticus sit legitimus baptismi minister, & itidem excõmunicatus: non tamen sit absolutionis sacramẽtalis minister adhuc in necessitatis tempore ob defectũ iurisdictionis, quæ cum sit necessaria, per excommunicationem, eiusque denũciationem est omnino extincta. denique hanc octauam conclusionem sequitur Ioan. è Medina. in cap. proxime citato. & esse communem Melchior Cano fatetur in relect. de pœnit. 5. part. Fol. 85. qui tamen late de eius veritate disputans opinatur satis defendi posse, in extremæ necessitatis casu pœnitentiæ sacramentum posse licite suscipi ab hæretico, & schismatico sequutus ei⁹ opinionis authores, glo. in cap. non est vobis. de sponsalib. Paluda. in. 4. sent. dist. 25. q. 1. & Syluestr. verbo. cõfessor. 1. §. vlt. in qua quæstione Panor. Præpo. & nostri communiter in dict. cap. non est vobis. glo. sententiam improbãt priorem probantes, quam itidem glo. asserit in cap. præter. 32. dist. verb. per manus. atque ita tenent, non posse sacramẽtum pœnitentiæ in necessitatis casu per hæreticum ministrari, ne is in prauam sectam pœnitentem inducat. quæ quidem ratio vitari poterit siquidem opinio contraria admittenda foret, vbi sine periculo salutis spiritualis verosimili cõiectura, posset pœnitentiæ sacramentũ ab hæretico suscipi. Nihilominus ipse Melchior Cano existimat, nõ esse ambigendum, posse licite suscipi sacramentum pœnitentiæ in casu necessitatis ab excommunicato nominatim denunciato, quasi ecclesia catholica eo in casu non abstulerit excommunicato iurisdictionẽ, quã qlibet sacerdos iure diuino habet: non tantum proprius curam exercens animarum. quilibet etenim sacerdos iure diuino authoritatẽ habet absoluendi in mortis articulo

consti-

constitutum, secundum Palud. in. 4. sent. dist. 20. q. 1. art. 2. Durãd. dist. 19. q. 2. idque sensit. S. Thom. ibidẽ q. 1. art 3. q. 1. & dist. 20. q. 1. art. 1. ad. 2. q. qua ratione hæc opinio defendi potest: tametsi rursus Ioan. à Medina. priorem opinionem, & sic octauam istam conclusionem firmiter teneat in eo. tract. 2. cap. cui debeat fieri confessio. vers. ad aliud.

Ex his colligitur qualiter sit accipiendum quod notat Palud. in. 4. sent. dist. 17. q. 6. art. 1. concluſ. 4. quẽ sequitur Sylvest. verbo. confessor. q. vlt. scribens, sacramentalem absolutionem præstitam ab excommunicato etiam occulto, nondum denunciato, ei qui excommunicationis sciẽtiam habet, inualidam esse, atque ideo iterandam fore confessionem. est etenim hæc sentẽtia falsa, vel intelligẽda iuxta prænotatas assertiones, & tandem in eo sensu, quo proposita est, non potest iure probari, licet sacerdos sit nominatim excommunicatus, sicuti probauimus in quinta cõclusione. nec quidquam refert quod acta per occultum excommunicatum ratione publici muneris, & officii minime valida sint in fauorem eius, qui sciuit, illum excommunicatum esse: quemadmodum Calderi. elegãter respondit in disputatione incipiẽti. excommunicatus. quem sequũtur Abb. in capit. veritatis. num. 43. Roma. in singul. 760. Iason. in. l. Barbarius. ff. de off. præt. num. 65. & alii cõmuniter teste Felino in dict. cap. ad probãdum. col. penul. nam hæc Cald. sentẽtia minime obtinet post quam condita fuit extrauagans cõstitutio. ad euitanda scandala. quod ipse Feli. optime admonuit.

Hinc subinde cõstat, quo ad istũ effectum de pœnitentiæ sacramento, plurimum differre maiorem excommunicationem à peccato mortali. Nam sacerdos vt cunque sit mortali crimine affectus, etiam publico, non est priuatus potestate ordinis, nec iurisdictionis, quæ ad absolutionem sacramẽtalẽ necessaria est, licet sit ab ecclesia denuntiatus peccati, & culpæ mortalis reus. quod satis probatur ex modo præmissis.

¶ Decimo, vt vim maioris excõmunicationis amplius aperiamus, ab eius diffinitione infertur, excommunicatum maiori excommunica
9 tione ordine sacro præditũ, ab eius ordinis exequutione quo ad se, & quo ad alios iure ipso suspẽsum esse, & ideo si eius ordinis sacri ratione, celebrauerit actum eidem conueniẽtem, irregularem effici. tex. celebris in cap. 1. ad finem de senten. & reiudi. in. 6. & in cap. 1. & cap. 15 cui. desent. excõmunicati. eo. lib. cap. clerici. cap. latores. cap. illud. capitu. fraternitati. cap. vt. l. de cleri. excom. minist. quam equidẽ pœnã effugiet q probabili, & iusta ignorantia fretus celebrauerit. tex. in. c. Apostolicæ. de cleri. excom. ministr. Regia. l. 21. tit. 9. part. 1. denique excõmunicatus eo modo irregularis effi-

ris efficit,quo,& per eos actus, per quos à iure, vel ab homine suspensus,quam quæstionẽ modo ex professo missam facimus oportuniori loco eam tractaturi.satis etenim sit, præmisisse maioris excommunicationis vim eã esse, vt efficiat ab officio suspensum ipsum excommunicatum . vnde consequitur his modis effici irregularem excommunicatum,quibus suspensus ab officio efficitur itidem irregularis . qua in re multum excommunicatio maior differt à peccato mortali , quod regulariter non efficit quem ab officio suspẽsũ:sicuti alibi trademus. his vero illud adiiciam,excommunicatum celebrantem irregularem esse,etiam si nondum fuerit denunciatus:siquidem constitutio:ad euitanda scandala,nihil vtilitatis affert ipsis excõmunicatis , nec quidquã in eorum statuit vtilitatem : quod iam ostendimus.§.2.num.11.

Qui vero nulla excommunicatione affectus celebrat coram excommunicatis maiori excommunicatione, irregularis non est , & si graiter peccet.tex.elegans in capit.is, qui.de sent.excom.in.6. idem si coram interdictis. & tamẽ conantur quidam hanc conclusionem intelligere de prima celebratione.Nam si quis postquam coram excommunicatis maiori excommunicatione celebrauerit,demum absque aliqua dispensatione intra ecclesiam celebrationi operam dederit, irregularis est , quia eidem erat interdictus ecclesiæ ingressus propter celebrationem,quam exercuit coram excõmunicato.cap.episcoporum.de priuil.in.6.is vero , cui est interdictus ecclesiæ ingressus ,si saltem intra ecclesiam celebrauerit,irregularis efficitur.cap.is,qui.de sent.excom.lib.6.qua denique argumẽtatione hãc opinionem in specie ista,tenẽt glo. in dict.cap.is qui.verb.nodatis. gl. in dict.capitulo episcoporum . cuius opinionem ibi sequuntur Ioan. Andre.Archid.Domi.Francus. & Vanchelius.Florenti.3.part.tit.26.c.4.§.1.Sylvest.verb . interdictum.6.q.2 . & Nicolaus Plouius in tract. sacerdotali.tit.de interdic . reg.49. quorum mihi non admodum placet ex multis.& primo,quia tex.in dict.cap.episcoporum.procedit in exemptis,in quorum odium statutum est,vt sint interdicti ab ingressu ecclesiæ,si coram excommunicatis , vel interdictis celebrauerint. quæ quidem constitutio, maxime ad constituendam irregularitatis pœnam,non est ad alios casus extẽdẽda.deinde video,quod Ioan.Andre.& alii doct.cõmuniter in dic. cap.episcoporum . ita in prænotatã sententiam iuerint,vt nihilominus cupiant,contrariam,quam nos hic probamus,potiorem fore ad sedandas multorũ sacerdotum conscientias.postremo Cald. nostram hanc opinionem licet dubius tenere videtur in cons.4.de sent.excom . & expressim Gõsalus à Villadiego de irregularit.cap.2 . in fine. atque ita

ipse

ipſe quæſtionem iſtam in vtroque foro deffinirem: ac iuxta diffinitionem hanc conſultus reſponderem.

Sed & præter iſta, vltimo eſt aduertẽdum, excommunicatum maiori excommunicatione, ſi authoritatẽ præſtans celebrationi, quia epiſcopus eſt, audiat Miſſarũ ſolennia, irregularẽ ex hoc eſſe. tex. optimus in cap. illud. de cleri. excõ. miniſtr. glo. celebris in cle. 2. verb. celebrari. de priuileg. quam ſequũtur eam ad modum commendantes Panor. in dict. capitulo. illud. Francus in cap. 1. de reiud. in. 6. col. 3. Gõſalus à Villadiego de irregularit. capitulo. 2. col. 3. Raue. in dict. cle. 2. vbi Card. num. 11. Imola. num. 9. Guilielm. & Bonifaci. nu. 9. eam veram eſſe præmittunt in hoc caſu authoritatem præſtari intelligẽtes, vbi epiſcopus, excommunicatus facit, & iubet, coram ipſo miſſam celebrari. idẽ notarunt Hoſti. & doct. in cap. tanta. de exceſſ. prælat. Mari. Soci. in capitulo ad audientiam. de homicid. numero. 25.

Ex. §. Sequenti.

1 *Collatio beneficii facta excõmunicato eſt nulla ipſo iure: & idem de electione, & præſentatione.*

2 *Clauſula: motu proprio: an efficiat validã collationem beneficii factam excommunicato?*

3 *Ignorantia excommunicationis, an conſtituat excõmunicatũ capacẽ beneficii eccleſiaſtici.*

4 *Excommunicatus bene poteſt acceptare beneficium eccleſiaſticum.*

5 *Excommunicatio nulla, vel iniuſta, quem effectum habeat? quod latiſſime examinatur.*

6 *Contemptus quis vere dicatur, vt culpam mortalem efficiat.*

7 *Peccatum veniale, an fiat per conſuetudinem mortale?*

8 *Quis poſſit diſpenſare cum eo, qui obtinuit beneficium eo tẽpore, quo erat excõmunicatus?*

9 *Excommunicatus non poteſt beneficium conferre, nec eligere, nec præſentare.*

10 *Excommunicatus per annum perſiſtẽs in excõmunicatione, qua pœna ſit afficiendus? & inibi intell. cap. rurſus. & . capit. quicunque.* 11. *quæſt. tertia.*

11 *Intellect. cap. cũ contumacia. de hæret. in. 6.*

§. Septimus.

VNdecimo præter alios excommunicationis maioris effectus, quo ad exteriora nõ minimus eſt, quod collatio beneficii facta excõmunicato eſt nulla ipſo iure. tex. inſignis in capitulo. Poſtulaſtis. de cleri. excom. miniſtr. cuius concluſionis ea eſt ratio, quod beneficia eccleſiaſtica præcipue dentur propter officium. capit. cum ſecundum. de præbẽ. cap. vlt. de reſcript. in. 6. cap. conceſſo. 12. q. 2. cap. generaliter. 16. q. 1. notat glo. in capitu. vlt. de off. vicar. ipſe vero excommunicatus, vt in. §. proximo. probauimus, à iure ſuſpẽſus eſt officii exequutione: ergo beneficiũ eccleſiaſticũ ei cõferrõ poteſt. & ſane ratio iſta deduciretur ex. c. ſi celebrat de cleri. excõ. miniſtr. & glo. in cap. Apoſtolicæ.

de exce-

de exceptionib. Hæc ratio cõproba tur, quia iure canonico obtentum est, beneficium non posse conferri ei, qui tempore collationis sit irregularis: imo collatio huic facta nulla est secũdum Dinum in reg. 1. de reg. iur. in. 6. Innocent. in cap. cum nostris. de concess. præb. Milis in repert. verb. irregularis, vt homicida. & plerosque alios, quorũ opinionem ipse retuli in reg. peccatũ. de. reg. iur. 2. part. §. 8. num. 6. non alia equidem ratione, nisi quod irregularis suspẽsus sit ab officii, cuius causa beneficium datur, exequutione. & tamẽ vt hæc à nobis proposita cõcluſio longius pateat, ad eius intellectum aliquot hoc in loco adnotabimus: est etenim hæc opinio cõmunis vt asseuerat Ioã. Staphilæus, de liter. grat. & iust fol. 82. col. 2.

¶Primum: quod excommunicatus eligi ad beneficium ecclesiasticum non possit: imo electio eius dem nulla sit. cap. cum inter. de electio. cap. constitutis. de appellat. c. vlt. de cleri. excom. ministr. c. illa. cap. per inquisitionem. de elect. gl. in. c. si forte. de elect. in. 6. Archid. in cap. nullus. 63. dist. & est omniũ communis opinio, quam sequuntur Bertachinus in tract. de episcopo. 1. parte. 2. lib. q. 4. Specul. tit. de libelli cõcept. §. vlt. ad finem. doct. in. cap. cum dilectus. de cõsuet. imo nec potest excommunicatus postulari. tex. in cap. 1. de postulat. prælat. gl. in. c. vlt. de excess. prælat.

¶Secundo est ad idem obseruandum excommunicatum non posse præsentari à patrono laico, vel clerico ad beneficium iuris patronatus. hoc probatur argumentatione deducta ab electione ad præsentationem: qua vtitur gloss. communiter recepta. in cap. vlt. vbi est optimus tex. de elect. in. 6. sed & in specie hoc ipsum adnotare vidẽtur Lapus alleg. 8. & Archid. in cap. 1. col. 3. de exceptioni. lib. 9. expressim Cæsar Lãbert. de iure patronat. 1. part. 2. lib. 6. b. princip. art. 1. Rebuffus in concordatis. tit. de excom. non vitãdis. col. 3. & Rochus Curti⁹ verb. Honorificum. q. 4. num. 19. dũ hãc opinionem tenet in excommunicato etiam minori excommunicatione authorirate tex. in cap. si celebrat de cleri. excom. ministr.

¶Tertio constat, eandem principalem opinionẽ procedere in excõmunicato, siue is sit excommunicatus ab homine. siue à iure. Ioannes Imola in cap. cum dilectus. col. penul. de consuetud. Rota Antiqua. 363. Abb. in cap. Apostolicæ. de exceptio. Nec videtur posse hac in re iure dubitari; quia eadem ratio, quæ dictat, collationẽ beneficii factam excõmunicato ab homine esse nullam, probat idem in excommunicato à iure.

¶Quarto hæc ipsa principalis concluſio vere obtinet, etiam si collatio beneficii facta sit motu proprio: 2 secundum Card. in clem. 1. §. 1. q. 4. de relig. domi. qui fatentur, hanc opinionem communẽ esse, quæ probatur,

batur ex eo,quod motus proprius licet alioqui multa operetur ad tol lendam surreptionem, non tamen inducit dispensationem aliquam, nec tollit vitiũ,quod patitur quis, & quo impeditur iure obtinere id, quod sibi conceditur . etenim non inducit dispensationem ab obtinẽ dum duo beneficia, quæ simul nõ possunt obtineri,iure canonico pro hibente.glo.communiter inibi re cepta in capit. si.motu proprio. de præb.in.6. cui similis in cle. si Ro manus.de præb. quã præter Doct. ibi sequitur,& commẽdat Roman. in singul.419.Francus in cap.quan uis.de præbend.in.6.col.2.Abb.in cap . cum olim.col.4.de re iudi.sic rescriptum motu proprio conces sum excõmunicato minime, valet. Barb.in clemẽtinis rub. de rescrip. col.9.deinde nec motus proprius ir regularitatem tollit,nec super ea dis pensat,Rota in nouis.112. Ancharr. cõs.20.Feli.in cap.causamquæ . col. 2.in.2.de testibus . quorum opinio communis est:tametsi plures effe ctus motus proprii tradiderint ex. iu nioribus Felin.in dict. cap.causã que.Ioã.Staphilæus. de literis grat. & iusti.fol.83.Rebuffus in cõcorda tis.tit.de forma mãdat . Apost.ver. motu proprio. exquibus illud mi nime negari poterit,romanum pon tificem ex eo dispensatione quadã tacita,tollere vitium,quod quis ha bet,si scienter illius vitii non igna rus,beneficium illi cõtulerit. quod probatur in.l.2.& ibi glo. C.de cri ni.sacrileg.l. quidam consulebant. ff.de reiud.vbi Alex.post alios. no tant.Roma.in cons.327.Bart. & alii in.l.barbarius.col.5.ff.de off. præt. Panor.in cap.innotuit.col.4. & in cap.cum in cunctis. §. inferiora.3. col.de electio.& in cap.2.col.2 . de schismat.Felin.in cap.præterea.nu. 9.de testib.cogen. & Ioan . Staphi læus in dict.fol.83.

¶Quinto hinc constat, permuta tionem beneficiorum factam per excommunicatum minime valere: cum in ea collatio mutua cõtingat: atque ita visum est Card. in cle.1.§. ipsius.de pœnis.& Chosmæ in pra gmat.sanctione tit.de collationi.§. insuper.verb.disponere.

¶Sexto hæc principalis cõclusio, quam hoc in loco explicamus , ve ra est, etiam si ipse excommunica tus nondum fuerat tempore colla tionis denunciatus.nam,vt sæpe iã admonuimus, constitutio Martini quinti.ad euitanda scandala. ipsos excommunicatos nullo beneficio afficit,nec illis aliquam vtilitatem confert , idcirco iura vetera quo ad eos omnino obseruanda sunt.

¶Septimo idem respondendum erit,etiam si postmodum sequuta sit legitima absolutio ab excõmu nicatione.etenim cũ collatio bene ficii ex eo nulla sit,quod eo tẽpore, is cui beneficium cõfertur,sit excõ municat9 minime hæc collatio ab initio nulla , vires assumet absolu tione sequuta.cap.non firmatur.de reg.iur.in.6.cum similibus. notant

Archid.

Archid.in cap.nullus.63.dist.& Ancha.in dict.cap.postulastis.de cleri. excom.ministr.Nec video posse in hoc vllam contingere dubitationē: siquidem hæc illatio manifeste colligitur ex his,quæ communi omnium consensu hac in quæstione traduntur.

¶Octauo ad præmissa oportet scire, collationem beneficii factam excommunicato nullam esse, modo constet,eum excōmunicatum fuisse tempore collationis.nec enim satis est probare post collationē ipsā in excommunicatione manere,aut ea censura affectum esse . tex . optimus in cap. proposuit.de cleri . excom.mi.Rota in antiquis.238.sensit Archid.in dict.capit. nullus.notat Gofredus , cuius meminit Aegidius à Bellamera.in.capit. quod sicut.ad finem de electio.

¶Nono idem in pensione super beneficio ecclesiastico respondendum erit:nam ea excommunicato conferri non potest,etiam si pensio non sit beneficium.quod in specie adnotauit Hierony. Gigas de pēsionib.quæs.14.non inficior,huic opinioni minime conuenire rationem illam,quam adduximus ex capitu. vlt.de cleri.exco.mini.ad probationem principalis decisionis cap.postulastis.sed tamen propter odium excommunicatorum, & quia pensiones reditus ecclesiastici sunt, nō admodum hanc opinionem improbamus.

¶Decimo,hac in contrauersia opinamur,collationem beneficii factā excōmunicato,nullam esse,etiam si ipse sit ignarus,& insciushuius excommunicationis.glo.& ibi Abb. 3 & Card.in cap.penult.de cleri. excom.ministran.Doctor.in.cap.pastoralis.§.verum.de appellatio. cuius opinionis ea est ratio, quod ignorantia excommunicationis est considerandaad effugiendas pœnas iuris,statutas quidem aduersus excommunicatos aliquid prohibitum agentes:non tamē quo ad valorem ipsus actus : sicuti satis receptum est:notatur in co.cap.penul. de cleri.excom.minis. quam ob rē mihi placet opinio prædicta,quam existimo communem esse.

¶Vndecimo, non tantum collatio beneficii ecclesiastici facta excō municato est nulla,sed & impetratio literarum ad beneficia obtenta ab excommunicato nulla itidem erit.argumento tex.in capitulo primo,de rescrip.in.6.quo nulla censetur impetratio rescripti ad lites:igitur maiori ratione nulla erit impetratio literarū ad beneficia: etenim hæc argumentio probatur ex capi. ad audientiam.in.2.de rescript. & in capitulo quanuis . de præbend. in.6.sic sane in specie hanc decimā illationem veram esse censet Card. in clem.1.§.1.q.3.de relig.domi . & procedit,vt modo explicuimus,etiam si impetrans ipse insciusfit excōmunicationis : quod expressim. notat Abb.in dict.capitu . penult. de cleri.excom.minist. communi-

ter

ter Doct.in dict.§.verum . tametsi glo.in dict . cap.penult.& in dict. §.verum .Card.in cõs.40.Feli.in.c. sicut tuis.2.col.de simonia.Rota in antiqs.281.Milis in Repertorio verb. excommunicatus maiori. contrarium teneant.& tamen ad effugiendas has doctorum concertationes, & quæ in hac quæstione diximus, solet in Romana curia quoties fit alicuius beneficii collatio, aut dãtur literæ ad beneficia, dari itidẽ absolutio impetranti,& ei,cui cõfertur beneficium à quacunque excõmunicatione,ad eum tantum effectũ. cui⁹ praxis, & vsus meminere Ioã. Staphilæus de liter . grat . & iustit. fol.82.Rebuffus in concordatis tit. de excom.non.vitand.Hierony.Gigas in tract.de pensioni.q.14. Feli. in. c.Apostolicæ.col.1.de exceptio.

¶Duodecimo admonẽdum est, omnia, quæ superius diximus, vera esse quoties agitur de adquisitione iuris , & tituli ad beneficium ecclesiasticum:quasi secus sit, vbi tractetur de beneficii acceptatione, quæ potius ad factum,quam ad ius
4 pertinet.atque ita non de beneficio adquirendo agitur : sed de iam adquisiti acceptatione:aut de literis ad beneficia acceptandis.quod notant Rota in nouis.195. Card . cons. 103.col. 4 . Rota Antiquior vlti . de sent.excommunicatio. & antiqua, 126.&.720.Rebuffus in dict . titulo de excommunicat.non vitand . ad finem.Ludoui.Gomeci in tract de expectati.num.60. vnde constituitur intellectus ad tex.in cap.vlt.de cõsuet.in.6.siquidem optionem illam præbendæ vacantis,quam exequitur antiquior canonicus, poterit facere,licet sit excommunicatus: cum ea sit facti: sicuti notat in specie Rota in nouis præcitata.195 . & tamen quia contrarium placuit in hac duodecima illatione Card . in dict.cap.postulastis.& Andre.Alciat.in.capitulo.1.de iudic.num.12.oportet hic amplius adnotare,quod optio,vel acceptatio ista ab excommunicato fieri non potest,si ad eam necessaria sit beneficii collatio noua:hæc etenim excommunicato facta,nulla est ipso iure.quo quidem modo plerique intellexere tex . in capitulo.referente.de præb.ex quo nõ omnino hæc conclusio deducitur:tametsi ea vera sit:& necessaria ad hoc,vt iuxta hunc sensum Card. opinionem admittamus . est ergo vera isthæc duodecima adnotatio, vbi de sola facti simplici acceptatione tractatur:vt colligitur ex mente omniũ,quos citauim⁹. quaratione q habet literas ad beneficium vacaturum,poterit & si excommunicatus sit tempore,quo vacat,illud acceptare virtute literarum : & collatio erit suspendenda donec ab excommunicatione fuerit absolutus, vt tunc iure fiat,ex his quæ Rota in antiquis.33.scribit,& eam sequutus Martinus Azpilcueta in capitulo.si quando.de rescript.col.13. non me latet,hanc duodecimam conclusionem admodum dubiam esse, quia

& acceptatio beneficii iam collati, iuris adquisitionem inducere videatur, vt nos explicuimus lib. tertio Vari. resolut. capit. 16. numero. quarto quo in loco conati sumus, hanc dubitationem tollere, quæ tamen, & nunc nobis admodum vrget: etiam si à recepta frequentiori cõsensu opinione, nõ discedamus.

¶Decimo tertio hæc sunt accipiẽda vbi excommunicatio valida sit: etenim si ea nulla est, minime afficit excommunicatum aliquo iuris impedimento: & ideo collatio beneficii ecclesiastici facta eidem nõ ex hoc nulla erit, quod excommunicato fuerit facta: secũdum Abb. in. capitulo ita quorundam. de Iudæ. Henricus in capitulo. dilectis. de appellat. post alios inibi, quos sequitur Rebuffus in dict. titulo de excommunicat. non vitandis. & in hoc non video posse vllam contingere grauem dubitationem. nã maior videri potest controuersia de excommunicatione iniusta, valida tamen: id est rite à iudice vero lata. cuius quæstionis causa obiter hic tractandum est dubium illud celebratissimum: an excommunicatio iniusta, alioqui rite lata, aliquem effectum habeat. huius quæstionis diffinitio exigit, quod præmittamus, excommunicationem quandoque nullam esse ipso iure, vel quia non est lata à suo iudice, vel post appellationem, vel contineat intolerabilem errorem, aut aliis de causis, quæ tradi solent in capitulo. per tuas, de sent. excõmunication. in capitulo. sacro. eodem titulo. & hæc quidem excommunicatio nec in animæ indicio, nec in exteriori vllum effectum habet, si constet, eam nullam esse. quod omnium consensu receptum est. est alia excommunicatio, quæ nulla nõ est, imo denique à suo iudice lata ante appellationem ex causa tamen iniqua, cuius error patens nõ est in ipsa sententia: & hæc ipso iure valida censetur, atque ideo absolutionem obtinere debet excommunicatus: alioqui vitandus est à sacris, & communione fidelium. de hac vero excommunicatione nostra contingit disputatio, quæ facilius intelligetur, quibusdũ propositis conclusionibus, ex quibus poterit quispiam ad disputationem adsumere quæ vtriusq; partis sint potissima fundamenta.

¶Prima conclusio. excommunicatio iniusta minime in animæ iudicio ad culpam obligat. probatur ea ratione: quia nemo potest excõmunicari, nisi propter inobedientiam. capitu. nemo episcoporum. 11. q. 3. capitulo. multi. secũd. quæs. 1. & Matthæi cap. 18. si ecclesiam, inquit, non audierit, sit tibi tanquam ethnicus &, publicanus. iudex autem non potest quenquã obligare nisi per legem, & iustitiam: vt constat. igitur vbi iudex quid contra legem præcipit, nulla est præcepti obligatio, nec in subdito peccatũ est contumaciæ, vel inobedientiæ, etiam

etiam si is iudici non obtemperauerit. ad idem optime conducit Origenis authoritas homilia. 14. ad. c. 24. leuitici. vbi inquit. si quis non recto iudicio eorum, qui præsunt ecclesiæ, depellatur, & foras mittatur: si ipse antea non exit, hoc est, si non egit, vt mereretur exire, nihil læditur in eo, quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus, & ita fit, vt interdū ille, qui foras mittitur intus sit, & ille foris, qui intus videtur retineri. hæc Origenes: tametsi Gratianus in. c. si quis non recto. 24. q. 3. id tribuat Hieronymo. sunt & ad hoc pulchra diui Augustini verba in sermone. 16. secūdum Matthæ. cap. cœpisti habere. & epistola. 137. cap. quid obest homini. 11. q. 3. eandem sententiam probat tex. vbi. Abb. & doct. in cap. à nobis. in. 2. de sent. excommu. & est communis opinio, quam omnes statim in hac quæstione citandi, veram esse præmittunt: præsertim Adrian. quodlib. 6. conclus. 1. Theologi in. 4. sent. vbi Maior. q. 2. in dist. 18. & licet Adrian. opinetur. S. Thom. in dict. dist. 18. q. 2. art. 1. ad. 4. q. & inibi Palud. & plęrosque alios Theologiæ professores contrariam sentẽtiam probare, vere tamẽ nec diuus Thom. nec cæteri ab hac prima dissentiunt conclusione, quippequi tãtum concedant, iniuste excommunicatū debere patiẽter pœnas ipsas ferre, & censuræ obedire interim donec absolutio fuerit præstita. quod non nocet huic primæ cõclusioni. nam Thomas & alii non admittunt, excõmunicatum iniuste obligari in conscientiæ foro ad culpam, vt sit culpa non obedire iniusto præcepto, cui excommunicatio accedit quẽadmodū explicat Domini. à Soto in relectione de secreto. mẽbro. 3. q. 1. cõclus. 4. aliqua ex parte Adrianum in hoc in cusans, quod voluerit aduersus istam primam cõclusionẽ adducere Thom. & alios. sed tamen Adriani allegatio aliorsum tendit: quem admodum in sequentibus conclusionibus apparebit.

¶ Secunda conclusio. excõmunicatus iniuste non est priuatus communibus, & generalibus suffragiis ecclesiæ catholicæ. etenim ecclesia non censetur velle quẽquam iniuste tãta læsione afficere: atqueid eo cẽsendum est, sub generali ecclesiæ intentione includi excommunicatos iniquè, & sine causa. optimus tex. in. c. illud plane. 11. q. 3. prudẽti si quidẽ ratione interpretabimur, cõmunẽ ecclesiæ intentionẽ in publicis precationibus, & communibus suffragiis esse cõformẽ diuino iudicio, diuinæ voluntati, & dispẽsatioui secundū veritatẽ quidẽ, & nõ secundū errorẽ hominū. iniuste autẽ excommunicatus non priuatur apud deum suffragiis ecclesiæ, igitur ecclesiæ huic rationi conformis, huius modi hominẽ minime priuabit, nec excludet ab eius communi intentione, quam in suffragiis distribuendis habet. sic cõclusionem

nem istam probarunt Paludan.in. 4.sent.dist.18.q.1.conclus.4. & ibi Ricard.art.7.q.2.Alex.de Hales. 4. part.quæs.82.membro.1.Adrian.in dict.quodlibet.6.quæs.1.vers. sed dubium est.Ioannes Arbore.lib.5. Theosophiæ capitulo. 21. Card. à Turre Cremat. in capitulo. siquis episcopus.11.quæs.tertia. Caiet.in opusculis.in tract.27. quæstion. capitulo.13.Domini.à Soto in dict.tertiò membro.quæs.1.cõclus.4.& est communis opinio,cui minime refragantur verba. S. Thomæ in. 4. dist.18.quæs.2.art.1.ad.4. quanuis, inquit,homo gratiam dei amittere non possit iniuste:potest tamen iniuste amittere illa,quæ ex parte nostra sunt,quæ ad gratiam dei disponunt.sicut patet si subtrahatur alicui doctrinæ verbum, quod ei debetur:& hoc modo excommunicatio gratiam dei subtrahere dicitur. hactenus Thomas.qui palam asseuerat, excõmunicationem,præsertim iniustam, non tollere gratiam gratum facientẽ.cum hæc per peccati mortalis culpam subtrahatur: sed tamen tollit excommunicatio, etiam iniusta, dispositiones quasdã ad gratiam istam,quæ possent facilius contingere per cõmunionem cũ fidelibus,per participationẽ, & perceptionẽ sacramẽtorũ, per auditionem diuinorũ officiorum, quibus omnibus exterius priuat excõmunicatio etiã iniusta:nõ tamẽ ex hoc infertur,eã priuare suffragiis generalibus ecclesiæ. quo ad eius cõmunem intentionem. vnde diui Thomæ sententia parũ oberit huic secundæ conclusioni.

¶Tertia conclusio. excommunicatio vt cũque iniuste lata sit, deficiente causa,& culpa ipsius excommunicati,non est contẽnenda:imo si quis eam contempserit peccati mortalis culpa afficitur. hanc assertionem exponit S.Thomas in dict. art.1.ad.4.q.& est communis omnium opinio,quorum in proxima conclusione mentionem fecimus. quo in sensu accipiendũ est quod Diuus Gregorius scripsit Homilia 26.Euangeliorum. apud Gratianũ in.capit.1.11.q.3.sententia pastoris siue iusta,siue iniusta timẽda est. idẽ probatur in capitulo.qui iustus est. 11.q.3,vers.1. cuius hæc sunt verba. qui iustus est, & iniuste maledicitur:præmium illi redditur.hæc Augustinus super psalmum cẽtesimũ secundum,addit Gratianus. hic & si,vt dictum est,non teneatur ligatus apud deum,sententiæ tamẽ parere debet, ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate cõscientiæ absolutus tenebatur. hanc item conclusionem tenent glo. in capitulo. nemo episcoporum.11.q.3.Abb. in cap.ab excõmunicato. de rescript. num.11.idem.Abb.in.cap.postulastis.ad finem.de cleri.exco.ministr. doct.in.c.per tuas.de sẽt.excõ.Matthæ.Afflictus in cõst.Neapoli.rub. 18.ad finẽ.quorũ ideo mentionẽ fecimus,vt admonerem⁹ lectorẽ,per hũc cõtemptũ nõ esse cõtemnentẽ

in ani

in animę iudicio excommunicatũ: sed tantum mortalis criminis culpa affectũ, vt explicat. S. Thomas. in dict. q. 4. etenim contemptus in quacunque præcepti materia mortalem culpam indicit. cap. vnũ horarium. & ibi. glo. 25. dist. capit. 1. & ibi. glo. verb. contemnat. de sent. ex com. lib. 6. obligat siquidem superioris præceptum ad hoc, ne contẽnatur. quod passim concessum est, à Theologis, & à canonistis in cap. 1. & in cap. nam concupiscentiam. de constit. & in capit. sacris. de his, quæ vi. met. ve caus. fiunt.

Obiter tamen, cum & id propositę disputationi cõueniat, adnotandum est, quando vere dicendũ sit, excommunicationem, vel legẽ, aut præceptum contemni. nõ enim sequitur, statim contemptũ dari, si-
6 quis iudici, vel legi non obtemperauerit, etiam sciens quid lex, & iudex præceperint. nã multis ex causis potest absque cõtemptu prætermitti legis, vel iudicis obsequium: quod glo. elegans sensit in capit. si quis autem. 10. dist. non equidẽ diffitor, contemptum quandoque assumi pro simplici trãsgressiõe præcepti, Leuitici capitu. 26. inquit dominus: si non audieritis me, nec feceritis omnia mãdata mea, sed spreueritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, vt non faciatis ea, quæ à me constituta sunt. quibus equidem verbis dicit deus, omnes peccatores contemnere leges suas, quia non obediunt eis. quam significationem tradit Altisiodorensis. 2. lib. suæ summæ tract. 20. & tamẽ hæc interprætatio non tendit in eũ sensum, quem hac in parte contendimus inquirere. est ergo altera contemptus significatio, quæ ex propria vi, & natura mortalẽ culpam præmittit: nempe cum voluntas alicuius renuit subiici ordinationi legis, vel regulæ, vel iudicis: & ea ex causa procedit ad faciendum cõtra legem, vel præceptum iudicis: vt tandem tunc dicatur quis legem transgredi ex contemptu, quando illius transgressionis causa contemptus est, & ab illo, vt à causa, transgressio procedit. agimus etenim hic de contemptu cum transgressione legis: cuius significationem colligimus ex Altisiodorẽsi in dict. tract. 20. Gerſone lectione. 5. de vita animæ spirit. Adrian. in quodlib. 6. art. 2. S. Thom. & ibi Gaiet in. 2. q. 186. art. 9. ad. 3. eodẽ Thom. & ibi Caiet. q. 105. art. 1. ad. 1. & art. 2. rursus eodẽ Caiet. quæs. 104. art. 2. & in summa verb. contemptus. & eleganter Alfonsus à Castro hoc ipsum explicat in lib. 1. de potest. leg. pœnal. capitulo. 5. documento. 6. exquibus satis constat, qua nam ratione accipiendum sit quod plerunque à nostris traditur scilicet ex contemptu culpam mortale deduci. & deinde hac ex radice inferuntur plura.

Primum hinc constat, non peccare ex contemptu illum, qui propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam, vel iram, indu

citur adaliquid faciendum contra ſtatuta legis, non autem ea ex cauſa, quod nolit ſubiici legis ordinationi. quod apertiſsime. S. Thom. ſcribit in dict. art. 9. ad. 3. & ſequuntur alii paulo ante citati. qui poſt eum ſcripſere: dixerat idem ipſe Thom. q. 105. art. 1, ad primum.

Secundo apparet, aliud eſſe quid fieri à contemnente, aliud ex contẽptu. poteſt enim quis contra legem agere contemnens quidem, & nolens ſubiici legis præcepto: & tamẽ non ex ipſo contemptu, ſed ex ira, concupiſcẽtia, vel alia ex cauſa, quæ etiam ſecluſo contemptu nihilominus ad tranſgreſsionẽ induxit. hæc illatio à Gerſone exponitur, quem ſequuntur Adria. & Alfonſus à Caſtro authoritate Ariſt. lib. 3. ethico. capitulo. 1. dum dixit is author poſſe quem peccare ignorantia concomitante, non tamen ex ignorantia, tanquam ex cauſa. vnde hæc tranſgreſsio non haberet mortalis culpę reatum ratione contemptus: tametſi contemptus ipſe peccatum eſſet mortale, & ideo, vt mortale confitendum. nam abſque mortali culpa non poteſt quis nolle ſe ſubmitti legibus: cum eo ipſo legis latorẽ, vt magiſtratum publicum contemneret. Lucæ ſiquidem cap. 10. inquit Saluator: qui vos ſpernit, me ſpernit. ſic ſane Diuus Thomæ. in dict. q. 105. art. 1. probat inobedientiã peccatũ eſſe mortale, & eam proprie cõtingere, cũ qs præceptũ cõtemnit.

Tertio inde infertur, an verum ſit quod ex noſtris plerique adnotarunt, præſertim Ioannes. Andre. in capitu, ſacris. de his, quæ vi. Hoſti. in ſumma titulo de ſent. excommunicationis. §. neceſſe. verſus ſed nunquid. Collect. in capit. 1. de cõſtitutio. aſſerentes, frequentiam actuum eſſe quendam contemptũ: adeo quidem, vt ſi quis frequenter legem tranſgrediatur, id facere dicatur ex contẽptu. etenim hæc opinio eſt manifeſte contraria. S. Thomæ, qui in dict. art. 9. in hunc modũ loquitur. quando autem propter aliquam particularẽ cauſam: puta cõcupiſcentiam vel iram quis inducitur ad aliquid faciendũ contra ſtatuta non legis, non peccat ex contẽptu: ſed ex aliqua alia cauſa, etiam ſi frequenter ex eadem cauſa vel alia ſimili, peccatũ iteret. hæc Thom. ex preſsim ſcribens, non eſſe contemptum, frequẽtem legis tranſgreſsionem. idem notant Adrian. in. dict. quod lib. 2. art. 2. Alfonſus à Caſtro in dict, documẽto. 6. Caieta. in dict. art. 9. ſuper Thomam. quorum opinio manifeſte probatur, ſi conſideremus veram rationem contẽptus, quæ tunc conſtituitur cum quis ex ea cauſa trangreditur legem, quod nolit ei ſubiici. etenim ſi primus actus ex hac cauſa fiat, contemptu fit: at ſi actus etiam centeſimus non ex hac cauſa ſed ex alia factus fuerit, contẽptu caret, ipſa tamẽ frequẽtia actus diſponit ad cõtẽptum: & ideo maxime periculoſa eſt, quia diſpoſitiue inducit ad contẽptũ, vt

inquit

inquit idem Thomas in dict. art. 9. authoritate prouerb. cap. 18. impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. sic sane accipiendum est quod Diuus Augustt. scripsit cap. 8. de vera, & falsa pœnit. à Gratiano relatus in cap. vnum ora
7 rium. 25. dist. vers. criminis. dum inquit: nullum peccatum est adeo veniale, quod non fiat criminale dũ placet. Inde etenim notat Panor. in cap. Nam concupiscentiam. ad finem de constit. & plerique alii peccatum veniale, per cõsuetudinem, & frequentiam esse mortale. Nam si rem ipsam exactissime perpendamus, constat, actum quintum, vel sextum esse eiusdem specie in genere morali cum actu quarto, & tertio: quia sola iteratio actus non variat speciem, si nihil aliud ex parte operantis addatur, quod faciat ex veniali mortale. ergo si primus actus nõ erat peccatum mortale, nec decimus actus erit peccatum mortale, nisi aliud vltra iterationem addatur. & tamen Augustini sententia, & communis adnotatio hunc sensum habet, vt ipsa peccati venialis frequentia viam aperiat latissimã mortali peccato propter cõtemptũ aut quid simile, quod accidere potest ex frequentia actus. sicuti glo. explicat in dict. §. criminis. Sylvest. verb. peccatũ. q. 4. Almain in mora lib. cap. 9. de circũstantia temporis. sic & idẽ Augustinus ait. ebrietas, si assidua fuerit inter mortalia deputatur. fieri siquidẽ non potest, quin is, qui frequenter inebriatur, aliquã do sciens, & volẽs inebrietur: quod cum euenerit, sine dubio erit peccatum mortale: quia cum sæpe expertus fuerit virtutem vini, & eius propriam fragilitatẽ, noluit à vino abstinere: vt notat. S. Thom. 22. q. 50. art. 2. ad. 1. atque ita diui Augustini dicta præter alios interpretantur Adrian. in dict, quodlib. 6. art. 2. & Alfonsus à Castro in dict. 6. documento. maxime quia & prior Augustini authoritas alium sẽsum habere potest ex Thoma. in. 2. sẽt. dist. 4. q. vlt. Adriano. ex aliis. tametsi Gratianus scripserit in dict. cap. vnũ horarium. vers. alias ea denum. veniale peccatum, per consuetudinem mortale fieri. quod est intligẽdum vt modo explicuimus.

¶Quarto hinc deducitur, falsam esse Archidiaco. opinionem, qui in cap. excellentissimus. 11. q. 3. voluit, communicãtem cum excommunicato sine causa communicare ex cõtemptu. est etenim id falsum, vel intelligendum, vbi quis nulla ex causa communicat cum excommunicato, quam quod nolit subiici legi prohibenti communionem cũ excommunicato: nam tunc ex contẽptu contingit ea communicatio.

¶Quarta conclusio. excommunicatio iniuste lata adeo quidem timenda est, vt vim omnino obtineat quoad pœnas iure statutas aduersus non seruantes ipsius excommunicationis censuram. hæc conclusio probatur: quia hæc excom-

municatio ante absolutionem omnino ligat.tex.in dict.cap.per tuas. vers.in aliis.de sent. excom . idē deducitur ex cap.venerabilibus.§.porro.&.§.sed si ex causa . supra ist.tit. & capit.solet . in quibus absolutio simplex distinguitur ab absolutione ad cautelam.ex eo,quod absolutio simplex vere necessaria est,& petitur;ac datur ab ea excommunicatione,quam iniustam esse contēdit excōmunicatus. datur etenim simpliciter absolutio iuxta formam iuris,quia ea necessaria etiam tūc erit, cum constiterit,sententiam excommunicationis iniquam esse:absolutio vero ad cautelam tunc datur,cū excommunicatus allegat, excommunicationē fuisse nullam:& hæc quandoque conceditur: non quia necessaria sit:sed vt tute se inmisceat diuinis,& aliis actibus ipse excōmunicatus , qui contendit,se non fuisse excōmunicatum. dicitur autē hæc absolutio ad cautelam, quia frosan excommunic atio valuit, & absolutio necessaria est:forsan nulla fuit,& tunc necessaria non erat. hoc ipsum colligitur ex dict.capit. per tuas.vers.nos igitur.& ibi.glo. & in dict.cap.solet.vbi Ioan . Monach .& doct. tex.optimus in cap. veniens.in.2.de testib.cap.Apostolicæ. de exceptioni . vbi eleganter Abb.ad finem:idem Abb.in capit. capitulum.de rescript.hinc sane fit, vt absolutio ad cautelam ideo eam appellationē habuerit, & inducta fuerit,quod qui allegat,excommunicationem fuisse nullam,non fatetur se excommunicatum : & tamē quia forsan vere est excommunicatus,ad cautelam absoluitur,ne aliis ita excōmunicatus impedimento sit,vel sibi noceat excōmunicato . is vero,qui allegat,excōmunicationem esse iniustam , fatetur se excōmunicatū,licet iniqua sententia: atque ideo datur ei simplex absolutio:quem admodū Panor. explicat in dict.cap.Apostolicæ . de except. post Ioan.Andre.& alios in dict.c. solet.sic denique glo.vltima . in.c. capitulum. quam Panor . & Barb. ibi cōmendarunt,asserit,appellatione absolutionis cōtineri absolutionem simplicem,non autē eam,quę ad cautelam datur:quasi prior proprie sit,& absolute absolutio,posterior non sit simpliciter absolutio, sed secundum quid:id est in euētū quod contigerit,excommunicationē fuisse validam: idem adnotarūt Panormit.in dict.capitulo.Apostolicæ.in fine.Francus in dict. capitulo.solet.col.2. Deti.in capitulo.ad præsentiam . de appellatio . qui & præcitatæ glo. eam extollentes maminere . hæc tandem adduximus, vt ostenderemus , esse necessariam absolutionem ab excommunicatione iniusta:alioqui donec absolutio detur interim ligatus est,qui iniuste fuit excommunicatus. ea etenim est vniuersalis ecclesiæ institutio,vt velit,excōmunicatū à suo iudice,iniuste tamen:id est absq; eius culpa, interim ligatū esse, ac teneri

ante absolutionem seruare canones de excõmunicatis statutos sub pœnis ab eisdem indictis. quod secus est vbi excommunicatio est nulla: nec enim requiritur absolutio ab eadem: quia excõmunicatum minimè ligauerit. glo. communiter recepta in cap. 1. 11. q. 3. & in cap. solet. verb. in officiis. sup. eo. Panormit. in dict. cap. per tuas. & in cap. cum contingat. de off. deleg. Thomas in. 4. sent. dist. 18. q. 2. arti. 1. ad quæstion. 4. & ibi Palud. quæstione. 1. columna. 3. Florenti. 3. parte. titulo. 24. capitulo. 73. omnium diligentissime Martinus Azpilcueta in capi. cum contingat. de rescript. remedio. 3. tex. optimus in capitu. cui est illata. 11. quæstione. 3. qui intelligendus est de iniusta excõmunicatione, ea iniustitia, quę nullam efficiat sententiam.

His equidẽ probatur, iniuste excommunicatum, si ante absolutionẽ se diuinis immiscuerit, aliquidue fecerit iure excommunicatis vetitum, irregularem esse, & eis subditum pœnis, quæ statutæ fuerint aduersus excommunicatos nõ seruantes ipsius excommunicationis rigorem. quam opinionem tenent glo. in capit. postulatis. verb. spoliandi. & ibi Panormit. & Raue. de cleri. excommu. ministr. idem Abba. in dict. capitulo. per tuas. 1. not. Sylvest. verbo. correctio. §. 9. & verbo. excommunicatio. 2. 1. notab. casu. 8. & 4. notab. dubio. 8. S. Thomas & ibidem alii in. 4. senten. distĩ. 18. q. 2. art. 1. ad. 4. q. præsertim Paluda. q. 1. ad. 3. qui expressim respõderunt, in hoc differre excommunicationem nullam ab excommunicatione iniusta, quod qui nõ seruat, nec obtemperat excommunicationi iniustæ ante absolutionem, pœnis iuris afficitur: non sic qui excommunicationem nullam minimè obseruauerit. quorum vltimũ patet in cap. non debet. 11. q. 3. & in cap. ad præsentiam. de appellat. vbi Imol. Præp. & Detius ad hoc illã decisionem adnotarunt. Ex quibus ipse opinor, hanc quartam conclusionem veram esse, etiam in animæ iudicio quo ad pœnas, quæ alioqui nullam exigunt exteriorem exequutionem: quæ, vt alibi adnotauimus eodem modo obligant in foro conscientiæ, quo & in iudiciali. Nam & ipsi theologi paulo ante citati dum opinionem istã tractauerunt, in animæ iudicio, & quo ad forum interius etiam de ea disputarunt. Nec oberit, si quisquam dixerit, grauissimum esse, & iniquum, quod quis absque culpa iniuste puniatur, & priuetur his, quibus priuat excommunicatio: maxime quia hęc est spiritualis pœna, qua nemo est absque culpa plectendus: sicuti & nos tradidimus. secundo. libro. variarum. resoluti. capitulo octauo. Nam, vt inquit Thomas in dicta. 18. quæstione. 2. ad quart. quæstion. potest ecclesia iniuste priuare quenquam his, quę ad salutem, & gratiam dispo-

nũt: atq; ideo in iusta excõmunicatione effectũ habet. sensit sane Thomas, quod licet inique possit quis priuari gratia dei, nec communione charitatis, nec denicq; suffragiis catholicæ ecclesiæ, etiam quoad intentionem: tamen ex causa poterit innocens quis, & absq; culpa priuari auditione, & celebratione diuinorum officiorum, & denicq; sacramentorum perceptione: ita siquidẽ in ecclesiastico interdicto fit. Nam id ex causa fertur contra innocentes, qui priuantur perceptione sacramentorum, & auditione, ac celebratione diuinorum officiorum: quod notauimus in dict. cap. 8. nume. 10. causa autem, quæ iustificat hanc punitionẽ iniuste excommunicatorum, procedit vel ab aliqua eorum culpa in hoc cõmissa, quod non curent diligenter absolutionẽ impetrare: vel quia maximè interest totius vniuersalis ecclesiæ, ad eiusq; authoritatem pertinet, quod excommunicationis censura, quæ gladius est ecclesiasticus, admodũ timeatur, ne alioqui ecclesiastica disciplina paulatim sit cõtemptui, dum iniustis excommunicationibus à proprio iudice latis ante obtentam absolutionem quispiam renuit ob temperare. Igitur excõmunicatus iniuste obligatur etiam in conscientię foro à diuinis sibi interdictis abstinere, & alios vitare. quã opinionem fatetur esse communẽ Adrian. in dict. quodlib. 6. art. 1. cõclusione. 1. licet contrariam defendere conetur. Quibus adde quæ à nobis tradentur inferius in. §. 11. de excommunicatione lata ex falsa causa.

Illud tamen est admonendum, quod si iniuste excomunicatus absq; scandalo, potest enim hoc abesse plerunq;, diuina officia celebrauerit, præsertim occulte, non peccabit, nec erit in animæ iudicio pœnis canonicis affectus, secundum Caiet. 2. 2. q. 70. art. 4. Adrian. in dic. conclusio. 1. idem Adrian in. 4. senten. q. 4. de confessione. vers. si petas. ad finẽ. Ioan. Driedo. de libert. Christ. pagina. 235. & hoc equidem ex mente legis, & canonis, qua ratione esset fortasse idem dicendum in foro exteriori, vbi scandali circustãtia procul ab eo actu abesset.

Cæterũ vbi sententia excõmunicationis est nulla ipso iure, etiãsi qs cum scandalo celebrauerit, aut se diuinis immiscuerit nonerit irregularis: quia nusquam fuit excõmunicatus: quod ex præmissis probatur satis aperte. atq; ideo irregularitatis pœna minimè obtinet, nec iure locum habet: cum ea in hac specie non ratione scandali, sed excõmunicationis inflicta fuerit. Non diffiteor, peccare grauiter eum, qui cum scandalo coram ipsis, qui excommunicationem nullam fuisse, prorsus ignorant, celebrauerit, aut diuinis immiscuerit: quemadmodum respõderunt Palud. in. 4. senten. dist. 18. q. 1. colu. 3. & ibi Gabriel q. 2. colu. 11. & tamen ex his

autho-

authoribus ipſe quidem percipio, in hac ſpecie mortale crimen conmitti ratione ſolius ſcandali: nõ tamen iuris pœnas locum obtinere. Plures autem caſus, in quibus excommunicatio eſt nulla ipſo iure ponit. glo. in ca. præſenti. ſupra iſt. tit. quam commendarunt ad hoc Præpo. & Deti. in cap. ad præſentiam. Franc. in ca. 1. de appellat. idẽ Franc. in cap. 1. §. vlti. de foro compet. in. 6. ſimilis glo. in cap. reprehẽſibilis. de appellat. ſed &. glo. celebris in cap. ſolet. verb. in officiis. de ſent. exco. iſt. lib. ſentit, excommunicatum poſt appellationem illegitimam, & nullam, non, eſſe irregularem, ſi ante abſolutionem cõfiſus, & exiſtimans eius appellationem validam fuiſſe celebrauerit bona fide, licet poſtea pronunciatum fuerit, appellationem nullam eſſe, nec ſuſpendiſſe iuriſdictionem iudicis, à quo appellatũ extitit. Idem notant Franc. & Philipp. Probus ibi. ac Marti. Azpilcueta in dicto. cap. cum cõtingat. remedio. 3. col. 2.

¶Hinc decimo quarto ad intellectum vndecimi effectus cõſtat, collationem beneficii factam excõmunicato, etiam iniuſta excõmunicatione, nullam eſſe ipſo iure. quod ſatis deducitur ab his, quæ in proxima quæſtione tradidimus.

¶Decimoquinto, etſi verum ſit, excõmunicationẽ hunc effectũ producere, quod efficiat nullam collatio-
8 nẽ beneficii factã excõmunicato, diſpenſatio tamen epiſcopo cõceſſa eſt, vt is poſt abſolutionẽ ab excõmunicatione permittat, beneficiũ illud obtineri ab eo, cui collatum fuit. hanc concluſionem glo. tenet in dict. cap. poſtulaſtis. verb. diſpenſatum. idem notat inibi Panormit. & cõmuniter Doct. modo abſolutio ab excõmunicatione obtineatur ab eo, qui iure poſsit illã cõcedere, etiã ſi abſolutio reſeruata ſit Papę. Quod ex eiſdẽ colligitur præſertim Card. q indiſtincte cõmunem ſequitur: licet Henri. & quidã alii cõtrarium tenere voluerint. Huius opinionis ea eſt ratio, quod vbi à Canone diſpẽſatio permittitur, nec ea denegatur epiſcopo, poteritis diſpenſare, quamuis ſit conſtitutio concilii vniuerſalis: ſicuti ex Innocentio in cap. dilectis. de temp. ordi. & regula tex. in cap. nuper. extra. iſt. tit. colligũt, & tenent Abb. & Feli. in capi. atſi clerici. §. de adulteriis. de iudic. & alii per eos citati, quos ſequitur Iacobatius. de conciliis. lib. 5. ar. 19. tametſi Areti. & Deti. in dict. §. de adulteriis. contrariũ defendere conẽtur. Igitur cum in dict. capit. poſtulaſtis. permiſſa ſit diſpẽſatio in hoc caſu, nec poteſtas diſpenſandi negetur epiſcopo expreſsim, tacite cõceſſa eidem videtur. Addit ſane Panor. in dict. capitulo. poſtulaſtis. hanc decimam quintam aſſertionẽ procedere, etiam ſi eiuſdem beneficii collatio ad aliũ quam epiſcopũ pertineret. etenim poſſet eps diſpẽſare cũ ipſo beneficiũ obtinẽte ex

colla-

collatione facta eidem, cum erat excommunicatus, quod beneficium illud obtineat. ego vero nõ admitterem hanc Panor. sententiam, nisi & is, ad quem expectat beneficii collatio, qua priuatus non est, huic dispensationi consentiret: sicuti & eius cõsensus necessarius est ad permutationem, quæ authoritate episcopi fieri debet: vt notat gloss. & ibi Doct. in cap. vnico. de rer. permut. lib. 6. & in clemẽ. 1. eo. tit. Panor. in cap. quæsitum. de rerũ permutat. subdit deinde Panor. in dicap. postulastis. quod si Romanus pontifex contulisset excommunicato beneficium, non posset cum eo episcopus dispensare: quia iam esset beneficium istud affectum authoritate Romani Pontificis. capi. vt nostrum. de appellat. cui opinioni suffragatur, quod si Romanus pontifex beneficium ad episcopi collationem pertinens absq; aliqua reseruatione contulerit alicui, & ea collatio fuerit nulla, vel inutilis, nõ potest ipse episcopus alteri beneficium hoc conferre, nec eidem, secũdum Innocẽt. in ca. inter dilectos. de excess. prælat. Ancha. cons. 58. Domi. cons. 136. Deti. in cap. 1. col. 2. de de confirmat. vtili vel inutili. eundem Deti. in dict. cap. vt nostrum de appellat. col. 1. quidquid ex glo. ibidem contrariũ notauerit Abb. in dict. cap. inter dilectos. eandem Innocentii sententiam probare videtur Roma. in cons. 335. quibus addendus est Ludoui. Gomeci. in regu. de triennali poss. q. 30. qui in simili quæstione multa tradit elegãter, & decisio Rotæ in antiquis. 39.

¶ Duodecimus excommunicationis effectus proximo similis est: etenim excommunicatus non potest beneficium conferre. cap. quia diuersitatem de conces. præb. capi. 1. in principio. ne sede vacant. libr. 6. glo. in, cap. vlt. de excess. prælat. & ibi Doct. communiter: sicut nec eligere potest solus, nec cum aliis. cap. cum inter. de electio. cap. cum dilectus. & ibi Doct. de consuet. notatur in cap. Apostolicæ. de exceptionib. & in cap. vlti. de cleri. excommu. ministr. sic nec præsentare potest patronus excommunicatus secundum Abb. & communẽ in cap. nobis. de iure patro. Lapum alleg. 8. Rochum Curti. de iure patronat. verb. competens. q. 8. Lamberti. de iure patro. 1. part. 2. lib. q. 2. art. 2. Rota. 161. & .707. in antiquis. idem tenent Bertachi. in tract. de episcopo. 1. lib. 3. parte. q. 31. quibus illud addendum est, quod institutio episcopi facta ad præsentationẽ patroni clerici excommunicati est nulla: si vero fiat ad præsentationẽ patroni laici excommunicati, valet omnino: vt distinguit elegãter Rota deci sione. 2. tit. de iure patro. in antiquioribus. & decis. 527. in antiquis. quarum opinionem sequitur Rochus in dict. verb. competẽs. q. 8. num. 22. quasi præsentatio patroni laici sit meri facti, nihilq; habeat iuris. Et testatur Ludoui. Gomeci.

in tra-

in tract. expectatiuarum num. 60. hanc opinionem iudicio Rotę seruatam fuisse in vna causa Zamorē si anno. M. D. tricesimotertio. Ego vero non video congruam in hoc discriminis huius rationem: atque ideo existimo, institutionē factam ab episcopo ad presentationē patroni laici excōmunicati nullam esse: sequorq; in hoc Lābertinū de iure patronat. 3. part. 2. lib. q. 3. art. 4.

Quid autem respondendum sit, quoties qui beneficium contulit, elegit, aut præsentauit, erat excōmunicatus occultus, pleriq; dubitarūt. Nam Bertachinus in tract. de episcopo. 1. lib. 3. part. q. 31. tenet, in hac specie collationē, electionē, & præsentationē validam esse. citatur & ad hoc decisio Rotæ in antiqs. 128. quæ tamē tractat de collatione beneficii facta ab exequutore apostolico excōmunicato quidē, ei qui excōmunicatus non est, & asserit valere hanc collationem, maxime si ignorās sit is, cui est facta collatio. quæ sane decisio cū tractet de exequutore ad conferēdum dato, profecto nō est omnino admittenda, vt specialis in exequutore: siquidē hæc exequutio facti meri non est, sed iuris. ideo ipse censeo, considerandum esse an collatio fiat, similis ve actus ab eo, qui publicū officium habet, & eius muneris ratione, atq; auctoritate: & tūc valet eqdem actus occulte excommunicati, dum toleratur in eo publico munere. capi. ad probandum. de re iudi. l. Barbarius. ff. dē off. præt. notant Panor. & alii in capi. veritatis. de dolo. & cont. col. pen. & fi. Docto. in dicta l. Barbarius. maxime Iason. & Feli. in dict. capit. ad probandum. quod si collatio fiat ab aliquo vt priuato, non ratione publici officii, erit nullus hic actus, si fiat ab excommnnicato occulto, vel publico, secundum communē: atq; in hoc casu procedit quod Lamberti. tenet aduersus Berta. in dict. q. 2. articu. 2. colu. vlti. & quia Ludoui. Gomeci. in dict. nume. 60. inducit constitutionem. ad euitanda scādala. ad huius quæstionis definitionē, aduertēdum est, quod in his, quæ procedunt à publico officio excommunicatus interim toleratus vitandus non est ante denunciationem, etiam ab his, qui sciūt, eum excōmunicatum esse: ab his vero, qui scientiam excommunicationis habent, statim post denunciationem vitandus est. Et hæc quidē partim procedunt ab his, quæ in dict. capit. veritatis, notantur. partim à dict. constitutione Martini Quinti. ad euitanda scādala. sed in his, quæ procedunt à priuata authoritate ratio est admodum diuersa. Nam ea constitutio nihil iuris tribuit excommunicato ipsi: imo iura vetera quo ad potestatem ipsius excommunicati manent illæsa, adhuc ante denunciationem: & id tā tū statuitur, quod eidē excōmunicato cōmunicātes ante denūciationē minimè afficiantur pœnis statu

tis

tis à iure contra communicantes cum excommunicatis. vnde ad nostram quæstionem fere nihil conducit cõstitutio prædicta: quia seruanda est distinctio Abb. in dict. cap. veritatis. cum ea tamen adnotatione, vt in pertinentibus ad officium publicum nequaquam noceat scientia excõmunicationis ipsis, in quos publica potestas exercetur. quod memini me iã semel in hac relectione adnotasse.

¶ Decimus tertius excommunicationis effectus versatur equidem in intellectu canonum in. cap. rursus. & cap. quicũq; 11. q. 3. à. quibus solet in excommunicationis tractatu maxima deduci controuersia, quam nos vnica tantum conclusione definire conabimur.

Conuentus super crimine siue ciuiliter, siue criminaliter, ob contumaciamq; excommunicatus, & in eadem excõmunicatione per annũ perseuerans, conuictus censetur de eo crimine, cuius accusatus fuit, glo. in cap. contingit. de dolo. & cõt. & ibi Abb. glo. & inibi Frãc. in cap. cum contumacia. de hæret. in. 6. Panor. in cap. veritatis. col. 5. de dolo & cont. Roma. in singul. 303. Abb. in cap. insinuatũ. de simonia. & in capi. postulasti. de homicidi. Abb. in cap. 1. num. 27. de iudic. & ibi Doct. præsertim Frãcis. à Ripa. num. 77. &. Alciat. num. 54. qui eandem opinionem sequuti fatentur communem esse. & ea probatur in dict. cap. rursus. & cap. quicũq. licet Deti. in dict. cap. 1. in. 2. lectione, & Selua de beneficio in. 3. parte. q. 4. contrarium teneant. communem item sententiam sequitur Ioan. Lupi in cap. per vestras. §. 18. nume. 24. vnde aliquot hic prẽponã, quæ vel deducantur ex hac conclusione, vel ad eius faciliorem intellectum necessaria sint.

Primum hinc apparet, contumacem per annum in excommunicatione perseuerantem, priuatum esse ipso iure, vel priuandũ beneficio ecclesiastico, si crimen cuius in iudicium delatus fuerat, ea sit priuatione dignum. quod Abb. & cæteri communiter adnotarunt.

Secundò eadem ratione ex contrario constat, non esse hunc contumacem perseuerantem in excõmunicatione priuatum, nec priuandũ beneficiis, si crimen, cuius delatus fuit, ea pœna dignum nõ est. quod idem authores fatetur.

Tertiò, siquis vltra annum in excõmunicatione perseuerauerit, poterit beneficiis ecclesiasticis, quæ obtinet priuari ex eo, quod nõ tantum anno, sed longiori tẽpore duxerit in ea contumacia. hoc deducere Abb. & Doct. à decisione tex. in cap. cum bonæ. de ætat. & qualit. notat post alios Altiat. in dicto. cap. 1. quãuis Deti. & Selua. requirant ad pœnam istam contumaciã in excõmunicatione per trienniũ.

Quarto est considerandum, contumacem in excommunicatione quacunq; ex causa reum factũ, per

anni

anni tempus,ſuſpectum hæreſis ex hoc fieri,licet vt hæreticus damnãdus non ſit,glo.in dict.cap.contingit.ſic intelligenda.Inoc.Hoſti. & Doct.expreſsim poſt.glo.ibi,in capit.vlt.de pœnis.dicentes,hanc ſuſpicionem ſufficere,vt purgatio indicatur: idem Henri.poſt alios,in cap.excommunicamus in.1. de hæret.Lupi.in dict.§.18.num.24.& alii,quorum meminit eos ſequutus Iacob.Septimancenſis vir doctiſsimus in catholicis inſtitutionibus. cap.27.eſt tamẽ hæc ſuſpicio leuis, vt tradit optime praxin huius caſus exponens Author Directorii inquiſitorum.2.par.quæſtione.47. poterit præterea per tẽpus aliquod perſeuerans in excommunicatione,puniri etiam ante annum pœna temporali,ſecundum Anani.& Feli.in capitulo.poſtulaſti. de homicid. ſunt & in hoc Regno Regiæ leges,& ſeculares,quæ iuſtiſsime puniunt perſeuerantes in excõmunicatione: nempe.l.1.tit.5. &.l. 9.tit.vlti.lib.8.ord.quarum & nos obiter meminimus in epitome ad. 4.decret.2.part.cap. 6.§.8.nume. 17.

Quintò eſt animaduertendum, quod ſuſpectus de hæreſi, & ea ex cauſa vocatus ab inquiſitoribus,iudicium ſubter fugiens, in excõmunicatione in eum ob eam cõtumaciam lata,ad annum vſq; perſiſtens, 11 vt de hereſi cõuictus, hæreticus eſt pronunciandus.tex.elegans in cap. cum contumacia.& ibi glo.de hæret.in.6.ad idem in ſimili textus,in cap.excommunicamus.§. qui aũt. de hæret.& in Auth.Gazaros. C. eo.tit.Regia.l.32.titu.9.parte.1.quæ quidem deciſio nemini dura videri debet,etiam ſi ex.l.vlti.C.de probat.in criminibus ſentẽtia ferri debeat ex certiſsimis probationibus: non ex coniecturis.Nam huius criminis in hac ſpecie eſt vrgentiſsima præſumptio, quæ iuris admini culo indubitatum indicium facit, & ita ex cad.l.vlt.ſufficiens ad condemnationem ordinariam. deducitur autem hæc probatio ex tribus. Primo quidem ex ipſa ſuſpicione hęreſis,cuius cauſa ab inquiſitoribus ad iudicium vocatur. ſecundo ex ipſa fuga,& contumacia capit.nullus.de præſumptioni. capit.decernimus.3.quæſtione.9.cap. Chriſtianis.11.q.1.Tertio,ex animo rebelli perſiſtendi per annum in excommunicatione quæ quidem colliguntur ex glo. & Doctor.in dic.cap.cum contumacia.Conſalo de Villadiego.q.12.de hæreſi. quo fit,hanc præſumptionem à iure cẽ ſeri vrgentiſsimam,& ſufficiẽtem ad pœnam ordinariam:ſicut & de fectus indictæ compurgationis à Pontificibus, ſufficiens præſumptio iudicatur quandoq; ad ordinariam condemnationem, iuxta tex.in capitulo.inter ſolicitudines. de purg.canoni.vbi Hoſti. & alii. Panor.in cap.accedens.de accuſat. ſic deniq; eſt intelligenda deciſio tex.in dicto capitulo.cum cõtumacia.ad cuius vberiorẽ interpretatio

nem

nem libet hoc in loco breuiter aliquot exponere, quæ amplius eius sensum explicent.

Illud etenim constat, non aliter huic decisioni locum fore, quam si contumax suspectus de hæresi, citatus fuerit expressim, vt ad iudiciũ accedat super rebus fidei, vel super crimine hæresis, cuius accusatur, aut suspectus est, responsurus. glo. cõmuniter recepta in dict. cap. cũ cõtumacia. & satis erit, quod in genere hæresis crimen hoc in edicto exponatur, nec requiritur in specie hæresim significari, quod notant optime Franc. in dict. cap. cum cõtumacia. Henri. in dict. cap. excommunicans in. 1. in princip. de hæretic. & Repertorium inquisitorum verb. contumacia. idem constat ex instructione inquisitorum Granatæ typis excusa cap. 19.

Deinde apparet, non aliter nocere huic absenti hanc vrgentissimã præsumptionem, quam si is vere contumax fuerit: & ideo si vere cõtumax non est, minimè habet locũ præfata decisio: vti præter alios notat Consalus à Villadiego in tract. de hæret. q. 12. qua ratione si absens iustum habuerit impedimentum, qno legitime impeditus nõ potuit eo tempore ad iudicium accedere super hæresis suspicione responsurus, non est vt hæreticus condemnandus. Iustas vero absentiæ causas, & legitima impedimenta poterit ipse met allegare, & probare. l. 2. ff. si quis cautio. Itẽ & procurator eius nomine admittendus est ad allegandas iustas absentiæ causas, & legitima impedimenta: quod in hac specie Soci. notat in cap. veniẽs, de accusat. nume. 39. cuius opinio constat ex alia, quæ dictat, etiam in causa criminali admittendum esse procuratorem ad allegandas iustas absentiæ causas, & legitima impedimenta facti, vel iuris, modo nõ concernant allegationes istę crimẽ ipsum principale. tex. sic intelligendus in dic. cap. veniens. vbi Panormit. & alii. Felin. in capi. meminimus. 3. col. eo. tit. l. pe. §. ad crimen. vbi Bart. Angel. & Imol. ff. de publi. iudic. l. seruum. §. publice. ff. de procurat. præsertim hoc explicarũt Bart. in dict. §. ad crimẽ. col. 6. Imola. ibi. num. 26. Areti. in dict. cap. veniens. numer. 27. & seq. Soci. inibi num. 47. & 51. Regia. l. 12. tit. 5. par. 3. imo etiam sine mandato admittendus est quilibet ad alleganda iusta facti impedimenta, quæ necessaria sint: nempe captiuitatem, & similes huic causas, secundum Bart. col. 5. & cõmunem in dict. §. ad crimẽ. quod si absentiæ causæ non sint necessariæ, sed probabiles: scilicet: locus non tutus: inimicitiæ: non esse quempiam admittendum ad earũ allegationem sine mandato: quia forsan ipse absens nollet, eas causas allegari: notant Bart. col. 5. & Angel. in dict. §. ad crimen. Anto. & Panor. col. pe. in dict. cap. veniens. quæ quidem opinio non admodũ placet. Etenim si causæ probabiles sunt,

sunt,satis præsumendum est,absentem eas allegaturum fuisse, & eas allegari velle:vnde contra Barto. tenuerunt Imola in dicto.§. ad crimen.nume.25.Anani.Soci. nume. 47.& Areti.num.48.in dict.ca.veniens.Nec oberit quod Innocent. cõmuniter receptus in dict.ca. veniens. adnotasse videtur,non esse quẽquam absq; mandato admittẽdum ad allegandas voluntarias excusationes absentis ex causa iuris. ea siquidẽ opinio nõ agit de excusationibus in facto cõsistentibus: sed de his allegationibus,quæ ex iure deducũtur ad hoc,vt nõ teneat absens,etiã nõ impedit9,respõdere.

Sed & in causa hæresis,quã modo expendimus, contumax excõmunicatus,non est vt hęreticus damnandus ante annum,nec talis cẽsendus intra tempus id.anno vero finito iudicandus est hęreticus, & ab eo tempore,anni scilicet finiti, bonorum publicatio à iure facta, & aliæ hæreticorum pœnæ vim, & effectum obtinent, secundum Hosti.Anani.& Doct.in dict.cap. excõmunicamus.§.qui aũt.Archi. Ioan.Andre.& Franc.in dict. cap. cũ cõtumacia.vbi est.tex. de hoc, & in dict.auth.Gazaros. & apparet ex instructione Granotę impressa ca.19.& Directorio Inquisitorũ 2.parte. q.47.Anfrerio,& Capella Tolosana.365.ex quibus cõstat,sententiam in hoc casu ferendam esse declaratoriam hæresis commissę à contumace. Tametsi Cald.cons.5. tit.de hæret. velit, & conetur probare, non esse hunc contumacẽ in specie cap.cum contumacia, hæreticum,nec vt talem damnandum, sed vt suspectum hæresis.

Quod si etiam anno elapso ante condemnationẽ contumax cõpareat in iudicio,velitq; propriã innocentiam ostendere,admittẽdus est: etiã vt effugiat bonorũ confiscationem.quod expressim notat Andre. Isernia.in dic.auth.Gazaros. num. 31.post ipsam vero condemnationẽ etiam captus,si velit vere pœnitens ecclesiæ reconciliari,non est tradendus curiæ seculari:imo admittendus est ad ecclesiæ gremiũ. imo & tũc si ostenderit propter legitima impedimẽta se nõ fuisse cõtumacẽ admitti debet eius defensio:ex integro quidẽ ad effugiẽdã omnẽ pœnã,si eius innocẽtia cõstiterit. quia deficit ratio cap. cũ cõtumacia. ex eo quod cõtumax non fuerit. sed etsi de impedimentis non docuerit,& tamen velit probare,& probauerit propriam innocentiam, sententia reuocabitur,quo ad pœnas corporis,& infamiæ:licet non quo ad bonorũ cõfiscationẽ.l. pe. de requir.reis.l.2.C.eo.titu.& hæc quidẽ procedũt, licet captus fuerit ab inquisitoribus. Nã si se ipsum spõte carceri exhibuerit multo facilius sunt hęc admittẽda: vt in hoc vltimo casu definitũ extat decreto quodam generaliũ inquisitorũ, cuius meminit Iacob. Septimancensis insuis Catholicis institutiõibus

cap.2.num.6.

Hæc sane de aliquot effectibus excõmunicationis maioris: nam ex professo plures missos facio, quippe qui sciam passim eos à iuris diuini, & humani professoribus tradi, & existimauerim hos satis probare, quanta sit huius censuræ vis quo ad interiorem, & exteriorem hominis vere Christiani afflictionem. vt hinc catholicus perpẽdat, quanta cum cura ecclesiæ prælatis sit omnino obtemperandum, ne vere ethnicus sit, & publicanus.

Ex §. sequenti.

1 *Excommunicatus minori excommunicatione, etiam si celebret, non est irregularis.*
2 *Excommunicatus minori excommunicatione peccat celebrando diuina officia, & conferendo sacramenta.*
3 *Excommunicatus minori excommunicatione, non potest eligi ad ecclesiasticũ beneficiũ.*
4 *Existens in mortali peccato eligi potest ad ecclesiasticum beneficium.*
5 *Excommunicatio, in dubio de maiori est intelligenda.*
6 *Anathema quid sit, & huius dictionis deductio.*
7 *Excommunicatus, qua ratione anathema dicatur.*
8 *Intellect. capitulo. cum non ab homine. de iudic. & eorum, quæ inibi notat Panormit. & quid signum Theta significet?*

§. Octauus.

HActenus de maioris excommunicationis effectibus: atq; ideo de minori excõmunicatione nunc tantisper agẽdum erit: cuius definitionem exposuimus in princip. huius operis. num. 4. ex capit. si celebrat. de cleri. excom. mi. quo statutum est, minorem excommunicationem tantum priuare sacramentorum perceptione. Quo fit, vt excommunicatus minori ex-
1 communicatione, etiam si celebret missarũ solennia, minimè sit irregularis: quod in dicto. capitulo. si celebrat. satis definitum extat. Idẽ constat in lege quinta. titulo. nono. part. prima. & l. penultim. eo. titulo. ratio autem huius decisionis est, quia excommunicatus minori excommunicatione non est suspensus ab aliquo actu ordinis ecclesiastici: siquidem perceptio sacramentorum non pertinet ad aliquem ordinem: & ideo prohibitus sacramenta percipere, nõ est suspensus ab aliquo actu ordinis, & ea ratione nec erit irregularis, tametsi sacramenta percipiat, secundum Panormi. columna. 1. & Henri. columna. 5. in dict. capit. si celebrat. est etenim necessariũ, vt quis efficiatur irregularis, quod sit suspẽsus ab aliquo actu, qui ad aliquẽ ordinem pertineat. iuxta celebrẽ regulã Innocẽt. in ca. 1. hoc tit. & lib. quam præter alios probãt Hẽri. in dic. ca, si celebrat. Florẽt. 3. part. tit.

26.capi.4.§.1.& alii, quorum alibi mentionem faciemus:modo ſit ſatis adnotare opinionem iſtam probari in cap.isqui.§.vlt.ibi.celebrat. & in capit.is cui.ibi,in ſuo officio. iſt.titulo.

Peccat tamen excõmunicatus minori excommunicatione,ſi ante abſolutionem celebrauerit miſſarũ ſolennia:& quidem grauiter:vt aſſerit tex.in dict. capitul. ſi celebrat. id vero peccatum mortale cẽſetur: ſicuti explicant Sylueſt.verb.excõ-
2 municatio.4.in princip. & notab. 3.Caieta. verbo. excommunicatio minor.regia. l. ſexta. titulo nono. part.1.& ſentiunt Doct.in dict.capitulo.ſi celebrat. Nam excommunicatus minori excommunicatione celebrans,aut percipiens ſacramentum,facit contra ſpeciale præceptum,quo prohibentur excommunicati minori excommunicatione ſacramenta percipere.Et ſane hac ratione peccat mortaliter celebrans minori excommunicatione ligatus.Nec admittenda eſt ratio Hoſti.& Innocen.qui in dict. capitulo. ſi celebrat. exiſtimarunt, excommunicatum minori excommunicatione celebrantem, ideo peccare grauiter, quia celebrat in mortali peccato conſtitutus.Nam ratione minoris excommunicationis non colligitur, nec præmittitur neceſſario mortale crimen: cũ ea regulariter venialem tantum culpam exigat: quemadmodum ſuperius adnotauimus, & tradit Imol.in capit. ſacris.de his,quæ vi met.cauſ.fiunt.

Hinc deducitur, excommunicatum minori excommunicatione poſſe abſq; vlla culpa audire diuina officia,& eiſdem ſimul cum aliis Chriſtianis intereſſe,imo & in choro dicere, modo ſacramenta non percipiat: ſicuti viſum eſt Paluda.in.4.ſent.diſt.18. quæſtione.5. articulo.6.Florent.3.part.titulo. 25. capitulo.2.§.1.& Sylueſtro verbo. excõmunicatio. quarto.ad finem. quidquid contrarium ſenſerit Regia.l.6.paulo ante citata,& Archidia.in capitulo. vir cum propria. 33.quæſtione.4.

¶Sed & ſi minori excommunicatione excommunicatus non ſit prohibitus ſacramenta cõferre,peccat tamen ſi ea conferat.tex.in dic. capit.ſi celebrat.2.parte. qui dum omiſſa dictione:grauiter:ſimpliciter,hunc peccare aſſerit, ſentire videtur,peccatum hoc non eſſe mortale,ſed veniale.quod ita mihi adnotaſſe videntur Ancha.ibi Caiet. verb.excommunicatio minor. Sylueſt.in dict.3.notab. licet in verb. excommunicatio.4. in principio. idem Sylueſt.& dict.regia.l.ſexta. etiam in hoc caſu mortalem culpam contrahi expreſsim aſſeuerẽt. quorum ſententiam memoriæ habere debent qui minori excommunicatione ligati,à qua facillime abſolui poſſunt, ſacramenta contrectant.

¶Excõmunicatus autẽ minori ex-

communicatione non potest elegi ad ecclesiasticũ beneficiũ vt probatur in dic.cap.si celebrat.& dict. l. regia.6.tit.9.part.1.Nã electio eiusdẽ facta nulla est ipso iure secundũ
3 Hosti.in dict.cap.si celebrat. cuius opinio magis cõmunis est:vt inibi asserit Card.col.vlt.& probatur in cap. postulastis.eo. tit. quãobrem tex.in dict.cap.si celebrat.dũ dicit, hanc electionẽ esse irritandam: est intelligendus,idest,irritam denunciandam,licèt Feli.in capi.dilectæ. col.3.de exceptio.teneat,electionẽ istam ipso iure validã esse, quanuis rescindi per sententiã possit.Nec ad valorẽ,& effectũ huius electionis quidquã cõducit ignorantia excõmunicatiõis:est etenim electio nulla licèt facta fuerit ex ignorantia excõmunicationis.glo.in dict.cap.si celebrat.& ibi Abb.& Card.vlti. col.verb.Sciẽter. Quorũ opinio cõmunis est,sicuti asserit Sylvest.verbo.excõmunicatio.1. col.2.etiamsi idem Sylvest.cõtrariũ teneat verb. excommunicatio.4.§.vlt. Eligere tamen potest minori excommunicatione excõmunicatus tex.in.dic. cap.si celebrat.siue sit excommunicatio minor indicta à iure, siue indicta ab homine iuxta cap. Engeltrudam.3.q.4.vtroq; siquidem casu eligere poterit excommunicatus:quemadmodum omnium sententia decisum extat in eodem cap. si celebrat.post glosſ.inibi verbo. nec eligere. qua in re cauendum est à dicta.l.sexta.quæ expressim respondet,excommunicatum minori excommunicatione ab homine non posse eligere.quę quidem conclusio minimè procedit: quia minori excommunicatione excommunicatus non est suspensus ab officio,nec beneficio:sed tantũ priuatur sacramentorum perceptione:quod in dict.cap.si celebrat. satis decisum est & probatur in cap. duobus.de sent.excom.vnde parũ refert,quod excõmunicatio sit lata à iure,vel ab homine,modo minor sit,secundũ Abb.in dict.ca.si celebrat.& Consalum à Villadiego de irregularit.cap.de suspensione.

¶Ex his omnibus constat præcipuus minoris excõmunicationis effectus, & præsertim quod minor excõmunicatio differat à mortali peccato,& plus quandoq; operet:
4 siquidẽ existens in mortali peccato potest eligi ad beneficium ecclesiasticum,& eius collationem valide consequi.capitul. sicut nostris.& ibi glo.de iureiur.glo.in dicto.capit.si celebrat.verb.nec eligere. Felin.in cap.2.col.2.de rescript. & in cap.dilectæ.de exceptio.col.2. Ioã. Maior in.4.sentẽ. dist.18.q.4.col.2. & in.2.senten.dist.44. quæstione. vlt.columna.3.glosſ.optima in capit.definitio.22. quæstione.4. licèt contrarium notauerit Panor.in dicto.cap.si celebrat.saltem in mortali peccato,quod graue sit. idem Abb.in capitul. dudum.&.2. numero.24.de electio.& in dicto capit.sicut nostris.Adducitur huius

senten-

sententię author Innocent. in dict. cap. si celebrat. Qui tamen, ni ipse fallor, id non tenet. Nec item glo. in cap. Florentinum. 85. distin. quæ scribit, non esse eligendum ad beneficium ecclesiasticum peccatorē mortali crimine affectum: non tamen addit, electionem nullam fore, si is electus fuerit. Atque ita priorem opinionem, quam nos probamus, tenet eleganter Martinus Azpilcueta in cap. si quando. de rescript. except. 11.

¶ Cæterum post excōmunicationis maioris, & minoris expositam cognitionem, oportet animaduertere, quod in dubio, quoties mentio excōmunicationis fit, est interpretatio ita adhibenda, vt de maiori intelligamus. tex. celebris in cap. penult. de sent. excōmuni. cui responso consensu omnium fit obiectio fortis. Nam in pœnis semper est benignior adsumenda interpretatio. l. si præses. &. l. interpretatione. ff. de pœnis. qua ratione in dubio appellatione excōmunicationis de minori, non de maiori foret adsumenda interpretatio. Huic sane obiectioni conātur Doct. varie respondere. quidam enim asserūt, eam esse intelligendam in pœnis, quæ proprie, & vere pœnales sunt: vt in his benignor sit adsumenda significatio: non sic in pœnis medicinalibus, quarum præcipua est excommunicatio capit. 1. sup. ist. titu. sic denique Panor. explicat in dic. capit. penult. & in capi. 1. de postu. prælat. sed hæc responsio nō omni no congruit, cum excommunicatio pœna sit. cap. quoniam frequēter. §. vlt. vt lit. non contest. cap. corripiantur. 24. q. 3. & constat multis à me in hac relectione traditis, grauissimam esse pœnam istā, & maximam omnium, quæ ab ecclesia infligi pro culpa criminū possunt. idcirco Deti. in. l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. num. 12. hanc rationem refellit: addit tamen eam esse veram rationem, quod tex. in dict. cap. penult. de excommunicatione ab homine lata tractet: cum excommunicatio minor ab homine non soleat proferri, & ideo de maiori ea sententia intelligēda est. Hęc vero responsio nequaquā placet, quippe quæ duo prę̄mittat, quæ ipse falsa esse censeo. primū: minorē excommunicationē ab homine ferri non solere: cū contrarium probet tex. in cap. Engeltrudam. 3. q. 4. secundū, non esse admittendam decisionem tex. in dict. cap. penult. in excōmunicatione lata à iure. cum & in ea sit omnino locus illi respōso: quod omnium consensu receptum est. Ioan. Maior in. q. senten. dist. 18. q. 2. eam rationem affert, quod dictio quælibet per se sumpta in potiori sit significatione accipienda. glo. in. l. 1. in princip. ff. de verb. oblig. sed hac consideratione non tollitur obiectio facta, ex dic. l. interpretatione. quam ob rem ad decisionem tex. in dict. capitulo. penulti. duo sunt potissimum adnotanda:

primum, quod communis vsus hanc interpretationē iam diu recepit, vt excommunicatio in dubio maior intelligatur. qui quidem vsus maximum locum obtinet in cuiuslibet sermonis interpretatione. l. labeo. ff. de sup. legat. l. librorum. §. quod tamen Cassius. & ibi glo. ff. de legat. 3. capit. quanquam 2. q. 7. deinde & illud est adnotandum, & inspiciendum, quod cum excōmunicatio spiritualis pœna sit, in hoc instituta, vt contumaces animos à peccatis auertat, ad verā obedientiam cōpellens: rarissime hūc effectū haberet, si de minori foret interpretatio accipiēda. minor siquidē excōmunicatio parū vltra mortale crimen operatur: ideſt: parum inducit, quod nō inducat mortalis culpa: & aliqua ex parte minus: vt ex proxime dictis apparet. Igitur, vt hæc medicinalis pœna in ecclesia illum effectum habeat, quē eius institutio significat, de maiori, non de minori est interpretanda in dubio: alioqui parum operaretur. qua ratione ad intellect. dict. ca. penult. vtuntur Ancha. in cap. statuimus. sup. ist. tit. 2. col. & Feli. in cap. dilectę. de exceptio. num. 3. idem Feli. in dict. cap. penult. huius tit. & Anania in capit. vnico. de sagittariis. col. penult. His est etiam adiiciendum, quam rara sit minoris excōmunicationis censura: quamq; sit maioris excommunicationis frequens: siue canones, siue ecclesiasti cos iudices spectes. quibus tandē opinor, cautissime statutum esse à Romanis pontificibus, quod excō munications sentētia sit in dubio de maiori intelligenda.

Adhuc prænotatis obstat responsio Romani pontificis in capit. 1. de exceptioni. ist. lib. quæ probat, appellatione excommunicationis nō esse maiorem intelligēdam: siquidem non est satis ad repellendum actorem à iudicio, quod illi obiicia tur excommunicatio simpliciter, sed requirit obiectio expressa maioris excommunicationis. ergo cō sequitur, non intelligi maiorem excōmunicationem sub hac dictione, excōmunicatio, simpliciter prolata. idcirco Panor. in ca. 2. de restit. spoliat. in eū sensum accipit tex. in dict. ca. 1. vt existimet, satis esse ad vim, & valorē exceptionis opponi actori excōmunicationē simplicē: licet quo ad probationē huius exceptionis sit omnino necessarium, quod testes nō simpliciter, sed de maiori excōmunicatiōe expressim respōdeant. Nam licet exceptionis obiectio generalis sufficiat: probatio tamē debet necessario cōuincere, nec dubia quidquā operat. hanc Panor. interpretationē sequitur Felin. in dic. ca. penult. & in ca. fi. col. 3. de exceptioni. & tamē nō plane hęc respōsio placet. Nā si excōmunicatio simpliciter de maiori est intelligenda: cur in testimoniis eandem significationem non habebit? præsertim quia testes fere ignorāt, quid sit minor excommunicatio:

cum

cum ea in vſum recepta non ita,vt maior ſit. deinde Specul. in tit. de exceptione.§.viſo.nu.21.expreſsim tenet authoritate tex.in dicto capitulo.1.quod non ſufficiat proponi excommunicationem in genere, ſed ſit neceſſarium in ſpecie concipi exceptionem de maiori excommunicatione.quem in ſenſum eandem deciſionem dict.capitulo primo.accepit eam aſſeuerans ſingularem eſſe Antoni.Burgenſis in capitulo.penult.col.3.de emptio. & vendit.vnde fortaſsis ſpeciale eſt, quod in dict.cap.1. deciſum extat, ne excipiens vagetur,& cum periculo honoris alterius illudat actori,iudici,& iudicio.

Præter excommunicationem maiorem, & minorem fit frequentiſſime in canonibus mentio anathematis in eundem fere ſenſum,quo maior excommunicatio adſumitur.oportet ergo hoc in loco explicare quid ſit anathema.& receptũ 6 eſt,anathema quo ad vinculum nõ differre à maiori excommunicatione:quamuis maxime differat quo ad ſolennitatem tex.celebris in capitulo.debent.11.q.3.vbi ponitur à Gratiano anathematis ſolennitas, his equidem verbis.debent duodecim Sacerdotes epiſcopum circunſtare,& lucernas ardentes in manibus tenere:quas in concluſione anathematis, vel excommunicationis proiicere debent in terram, & conculcare pedibus.deinde epiſtola per parochias mittatur continẽs excommunicatorum nomina, & cauſas excommunicationis. Hæc Gratianus. qua ratione glo.communiter recepta in cap.cum ab eccleſiarũ prælatis.de off.ord. aſſerit ius,& poteſtatem anathematizandi ſolis epiſcopis competere.Eſt enim anathema ſolennis,vt arbitror,maledictio,quæ fit per execratiões publicas aduerſus excõmunicatũ.quo fit, vt anathema proprie excommunicationem maiorẽ præmittat.tametſi ex ca.Engeltrudã.3. q.4.conſtet,anathema ab excõmunicatione maiori non differre,licet differat à minori:& ideo frequentiſsime anathema pro maiori excõmunicatione accipitur

¶Huius dictionis ſignificatio vere prętermittenda non eſt, vt inde lector percipiat,qua ex cauſa ab eccleſiaſticorum canonum authoribus in hunc ſenſum adſumatur, qui excommunicationem maiorem,& ſolennem ſignificet. Quidam enim exiſtimarunt, eſſe anathema dictionem Hebræam, quæ ſummam deteſtationem ſignficet. ita inquit Hieronymus cap.1. Epiſtolæ ad Galatas. porro anathema verbum proprie Iudæorum eſt,& poſitum tam in Iëſu Naue, quam in numeris: quando omnia, quæ erant in Hierico, & Madianitarum, deteſtationi, & anathemati habenda dominus imperauit.Hæc Hieronymus.cuius & Andre. Alciat.meminit in capitulo. cum nõ ab homine.de iudic. numero.106.

asseuerans, dictionem istam non Græcam sed Hebręam esse. Ego vero multi faciendam esse censeo diui Hieronymi authoritatem præsertim in dictionibus Hebręis interpretandis,& nihilominus opinor, Hieronymum existimasse, sermonem istum, & loquendi modum, quem septuaginta interpretes, & alii ad dictionē, anathema, transtulerūt, proprie Iudæorū esse. quod ipa dictio anathema Hebręa sit: non dixit palam Hieronymus, qui alioqui sacrę scripturę nomina Hebręa interpretatus opere quodam peculiari, nullam huius dictionis mentionē fecerit. sed & eā græcam esse, testis est, & autor Diuus Augustinus super numeros ca. 41. tomo suorum operum. 4. cuius verba ab ipso ca. 40. hic exponam. Hic videndum est, quomodo dicatur anathemabo, quod vouetur, & tamen pro maledicto ponitur: sicut & de isto populo dicitur. vnde illud est, siquis vobis euangelizauerit, præterquam quod accepistis, anathema sit. Hinc vulgo dictum est, vt deuotatio dicatur. Nam deuotare se quenquam nemo fere dicit, nisi maledicens. & statim capitulo. 41. super tex. & anathemauit eum, & ciuitatē eius, & vocatum est nomen loci illius anathema. Hinc dictum est anathema, quod detestabile aliquid, & abominabile videatur. vt enim nihil inde victor in suos vsus auferret: sed totum in pœnam luendam voueret. Hoc erat anathemare, quod vulgo dicitur deuotare. Origo autem huius verbi est in Græca lingua ab his rebus, quæ votæ, & persolutæ, hoc est, promissę, & redditę, sursum ponebantur in templis: ἀπὸ τοῦ ἄνω τίθεσθαι. hoc est sursum ponere, vel figendo, vel suspendendo. Hęc Augustinus. idem in epistola. 178. contemnatur, inquit, idem Apostolus Paulus & in nouissimis partibus ad Corinthios epistolę, vbi plebem arguens simul Gręco, & Syro vtitur verbo. si quis, inquit, non amat dominū, sit anathema Maranatha. anathema Græco sermone dixit: cō demnatur: Maranatha: donec dominus redeat. hactenus ipse. Hieronymus prioris Epistolę ad Corinthios ca. 16. & in epistola ad Marcellam. 3. tomo. Maranatha interpretatur, dominus venit. & dicit dictionem esse magis Syram quam Hebræam. hinc intelliges tex. in capit. Guilisarius. 23. q. 4. qui his duabus dictionibus simul vtitur. vbi glo. & Feli. in cap. Rodulphus. nume. 33. de rescript. has expositiones tradidere. est vero tex. præcitatus Syluerii Papę primi in epistola ad ad Amatorem episcopum. qua ratione titulus illius non est tribuendus Syluestro. & legendum est Belisarius: vt admonet Feli. licet de Syluestro Papa loquatur. tradit Platina in Syluerio primo. anathema autem exponit & idem Hieronymus occisionem: in quęst. 9. ad algasiam. eodē tomo. 3. his accedit

diuus

diuus Athanasius cap. 9. ad Romanos. anathema, inquit, est sane seiũctio quædam, & alienatio. anathema præterea græce, latine potest dici oblatio, & sacrificium. quemadmodum quæ deo offeruntur, & dedicantur, attrectare audet nemo: sic eum, qui anathema sit, ratione quadam nullus conueniet, aut cum eo versabitur. nam sacris oblationibus honoris gratia, tanquam deo dicatis appropinquare nulli hominum audebunt: ab hoc vero, qui maledictioni fuerit obnoxius non secus, ac à prophano, & ab ipsa diuinitate alieno secedũt omnes. hæc Athanasius. diuus item Chrysostomus in homilia. 16. super epistolam ad Roma. ita inquit: quemadmodum anathema, donũque id, quod deo oblatum dedicatur, nemo est qui temere manibus cõtingere audeat, nec ad id propius accedere, sic & eum, qui ab ecclesia separatur, ab omnibus abscindens, ac tanquam longissime abducens hoc nomine, à contrario scilicet, appellat, magno cũ terrore omnibus interminatus, ab eo vt separentur, & pedem referant. anathemati enim honoris gratia appropinquare nemo audebat: ab eo autem, qui ab ecclesia abscissus erat, ex opposito omnes sententia separabantur. qua propter separatio quidem tum hæc, tum illa ex æquo, à vulgo alienatio erat. Separationis vero modus non vnus: sed illi contrarius. ab illo enim abstinebant tanquam deo dicato, ab hoc autem decedebant tanquam à deo alienato, & ab ecclesia abscisso. hęc Chrysostomus. sic &. S. Thomas. & Caiet. in dicto capitulo. nono ad Romanos scribunt, anathema esse omne separatum à communi vsu: esseque dictionem græcam sensere. quibus & illud concinit quod ἀναθήματα dicũtur dona, quæ dicata diis suspenduntur in parietibus, & columnis templi: qualia visuntur quotidie iuxta monumẽta diuorum: statuæ scilicet argẽteæ, equi aurei, pocula gemmata: dicta quidem ita ab ἀναθῆναι: hoc est à seponendo, siue suspendendo. quem admodum ex Augustino & Chrisostomo deducitur, & adnotauit Erasmus super Lucam capitulo. 21. etenim in eo capite dum latine scriptum est, de templo, quod bonis lapidibus, & donis ornatum esset. pro donis: græce legitur: ἀναθήμασι. qua ratione ornamenta græcæ dicuntur anathemata. nam & Homerus lib. primo Odyss. cantum, & saltationem appellat epularum, & conuiuii ornamenta: sic inquam ἀναθήματα, vbi Didymus eius interpres hunc in modum locum illum exponit. ἐυωχίας τὸ κόσμημα ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τοῖς θεοῖς ἀνατιθεμένων deest conuiuii ornamentum. metaphora, & translatio ab his, quæ deis offeruntur, & in templis honoris gratia suspenduntur. idem repetit Homerus libro. 21. eiusdem Odissęæ ad finem. pulchre Budæus in commentariis ad

linguam Græcã pagina.425. ex prelo Aſcẽſiano, huic ſignificationi adiiciens, quod anathema dicitur homo ſacer,cui⁹ caput diis inferis fuerit dicatum,& conſecratum, acdeuotum.veteres enim homines ſceleratos,ſacros appellabant,quaſi infernis diis ſacratos, ac deuotos. Titus Liuius lib.2.primæ Decados.ſacrare diis caput alicuius,pro deuouere.accipit.& rurſus in.3.lib,ſacrare caput alicuius Ioui dixit:pro deuouere,id eſt morti illum hominẽ addicere: ſiquidem ſacratus homo à quolibet occidi poterat:idque pium erat.quod adnotarunt Ludouicus Cælius lib.7.lect.Antiq.cap.11. & Budæus in.l.2.ff.de pœnis.dicẽs eccleſiam catholicam anathemata appellare, quos maiore execratione multandos eccleſiaſtica authoritas cenſet.quibus apparet omnium iudicio,templorum donaria, anathemata appellari.de his Perſius Satyra ſecunda.

Dicite Pontifices, in ſacro quid facit aurum?
Nempe hoc quod Veneri donatæ à Virgine puppæ.

Solent enim hæc ornamenta ſuſpendi in templis:nempe, quia imagines ſunt,aut clypęi.& ſimilia:idcirco dicũtur anathemata,quæ deo dicãtur,ac cõſecranť,& deuouẽtur.

Huius rei eſt locus ſatis celebris in lib.Ioſue. capitu.9. inquit enim Ioſue ad omnem Iſrael.vociferamini:tradidit enim dominus vobis ciuitatem:ſitque ciuitas hæc anathema,& omnia,quæ in ea ſunt domino.ciuitatem igitur,& omnia,quæ in illa erant,præcepit eſſe anathema domino,quia omnia volebat domino ſeruari, & illi in ſacrificium offerri,ita vt ex illis nihil ſibi ipſi aliquis ſeruare auderet. cum autem de ſpoliis ciuitatis tuliſſet Acham filius Charmi,& ſibi ſeruaſſet,iratus eſt dominus,& dixit filiis Iſrael. anathema in medio tui Iſrael: non poteris ſtare corã hoſtibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus eſt ſcelere.anathema hoc loco vocantur ſpolia, quæ ſibi ſeruauerat Acham filius Charmi, quoniã illa ad hoc deſtinata erant, vt deo dicarentur.

¶Hinc ſane multa poterũt in ſpecie deduci quo ad huius dictionis vulgo notam ſignificationem.dici
7 tur ſiquidem excommunicatus anathema:quaſi ſepoſitus, & ſegregatus à conſortio fidelium, vt anathemata dicuntur donaria, quæ ſeponuntur,& ſegregantur à contrectatione humana.item ab eadem radice ſecũda ratio poterit adnotari: quia ſicut anathemata:id eſt:donaria oblata diis,nõ poſſunt cauſa honoris ab hominibus tractari: ita ex contrario excommunicati ſceleris, & odii cauſa non debent admitti ad fidelium communionem. quæ rationes colliguntur ex Chryſoſtomo, & aliis ſuper Paul. ad Roma. capitu.9.& diuo Auguſtino in præcitatis locis. vnde anathema, nihil aliud ſignificat,quam à deo ſeparationem.tex.ex quinta ſynodo in ca.

certũ

certum.24.quæſ.3.quo in ſenſu acci pitur à pleriſq; illud Pauli in dict. capitu. 9. optabam ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis,q ſunt cognati mei ſecundum carnẽ. quaſi Paulus præ nimio charitatis ardore pro fratribus ſuis ſecũdum carnẽ, vt hi à Iudaiſmo ad Chriſtũ accederent,ſeparari à Chriſti præſen ti fruitione,quam ardẽtiſsime exo-ptabat:non à Chriſti charitate: & ſic temporariam ſeparationẽ à glo-ria citra culpã optabat Paulus pro ſalute iudæorũ æterna. quod ſi no-lis lector candide hũc ſenſum Pau-lo aptare:dicere poteris illud:opta-bam:eſſe accipiẽdum pro optarim: id eſt optarim ipſe ſi fieri poſſet. nã ita græcum ηυχόμην ἂν.interpretan-tur Eraſm⁹ inibi.& interpres Chry ſoſtomi libr.3.de ſacerdotio.& hæc quidem ſi admittamus hoc Pauli votum cõtigiſſe tempore,quo ipſe Chriſti profitebatur legẽ. Hierony mus etenim & qdã alii,illud Pauli deſyderiũ tũc cõtigiſſe exiſtimant cũ is ſub Iudaiſmo eccleſiam Chri ſti,zelo ſynagogæ inſectabatur.

¶Dicitur ſecũdũ alios anathema excõmunicat⁹ qa ſit ſacrat⁹ homo, & infernis diis deuot⁹,atq; Sathanę traditus. eſt ſane & alia hui⁹ dictio nis ſignificatio,ſecũdũ quã anathe ma interpretari poſſumus maledi-ctionẽ,aut maledictũ:& anathema re,ſeu anathematizare, maledicere. quod ex diuo Auguſtino ſatis cõ-ſtat ſuper Numeros dict.c.40.&.41. ſumpta fuit hæc ſignificatio inde, quod in dict.c.6.Ioſue ſpolia hoſtiũ dicata fuerunt deo in pœnam luẽ dam:& dicta ſunt anathema ratio-ne illa,cuius ſuperius meminimus: hinc anathemare, deo hoſtium res vouere,& cõſecrare in pœnam ipſo rũ.quod quidẽ anathema ita in pœ nam,& execrationem hoſtiũ obla-tum,deteſtabile quid dicebatur: id circo anathema maledictionem,& anathematizare maledicere ſignifi-cat.ſic apud Marcum euãgeliſtam. c.14. Petrus cœpit anathematizare: & iurare,quia non noui hominem iſtum. etenim ibi anathematizare maledicere, & execrari ſignificat: quaſi Petrus iurãs ſibi malediceret, & maledictiones imprecaretur, vt maior ſuo iuramento adhiberetur fides. nam iurans Petrus nõ alium, ſed ſe ipſum anathematizauit, ſi no ſſet hominem. ſic Diuus Hieronymus in Zachariam.cap.14. anathema maledictionem interpretatur a-pud cantica.2.cap.Habitabimus in Hieruſalem,in qua anathema vltra nõ erit:ideſt maledictio,& abomi-natio. & apud Paulum prioris ad Corinth.cap.16.ſi quis nõ amat do minũ, ſit anathema: id eſt maledi-ctus.ſic authore Hierony. Paulus pro fratrũ ſalute cupit eſſe anathe-ma,imitari volẽs dominũ ſuũ, qui & ipſe cũ nõ eſſet maledictio pro nobis factus eſt maledictio.ita ſane in dict.ca.14.eccleſiæ doctor egre-gius interpretatur locum Pauli ad Roma.capitulo. 9.cuius modo ex-poſitionem obiter attigimus.

Ex quo

Ex quo infertur, anathema plerũ que maledictionem, & maledictũ absque excommunicatione significare, plerunque simplicem maiorẽ excommunicationem. vt in dict. c. Engeltrudam. 3. q. 4. quandoque solẽnem quandam maledictionem, & execrationem, dirarumque imprecationem, quæ fit ab ecclesia cõtra excommunicatum maxime pertinacem: quasi ea sit extrema detestatio, & horrenda penitus. hæc vero fit secundũ ritum traditum in capitulo. debent. 11. q. 3. aliumue similem moribus, & vsu inductum: quem admodum in pontificali libro traditur: & notat Alfõsus à Castro lib. 2. de iust. hæret. punit. capit. 20. Regia. l. 13. & 27. tit. 9. part. 1.

Subinde apparet verus intellect⁹ capituli. cum nõ ab homine. de iudic. vbi primum excommunicatio simplex maior indicenda est aduer
8 sus cõtumacem, simplici affectum contumacia: & deinde anathema, solennis execratio scilicet, decernendum aduersus proteruum, & maxime in rebellione pertinacem: sicuti, quidquid glo. inibi dixerit, colligitur ex Panor communique doct. interpretatione.

Ex his etiam pensitandũ est quod in dict. capitulo, cum non ab homine. Panormit. num. 23. & Deti. nu. 13. adnotarunt, & idẽ Abb. & Barb. in capitulo. cum ab ecclesiarũ prælatis. de off. ordi. asserentes, quo ad vim, & vinculum non esse maioris potentiæ anathema, quam excommunicatio maior, licet quo ad solẽnitatem, & terrorem differant. etenim anathema propter diras imprecationes, & maledictiones, atq; execrationes publicas, aliquid etiã quo ad effectum, & damnum plus quam excommunicatio maior operatur. erant & apud Athenienses diræ, ac publicæ execrationes in eum, qui viam erranti nõ demonstrasset, authore Cicerone lib. 3. de officiis. item deuotiones hostium, quarum meminit Macrobi⁹ in Saturnali b⁹ & Horatius in odis inquit, dira de precatio nulla expiatur victima.

Denique constat in huius dictionis etymologia errasse Panor. post alios in dict. capitulo. cum non ab homine. dum num. 23. is existimat, anathema dici ab ana, quod est sursum, & theta, quod est figura quædam ad formam literæ, quæ olim imprimebatur in frontibus damnatorum: quasi anatheta: id est superna maledictio. etenim hæc deriuatio prorsus est in cõcinna, & à vero dictionis etymo satis aliena: tamet si ex authoribus constet, hanc græcam literam: θ: quæ θῆτα: dicitur, literisq; latinis redditur. th. & theta, in iudicialibus sententiis signum fuisse damnationis. nã & Isidorus in primo etymologiarum lib. scribit, ita militari more solere fieri, vt cæsi. θ. salui. τ. signarẽtur. fortassis ea ratione quod. θ. sit prima litera dictionis θάνατ☉: quægræce mortem significat. Asconius etiam Pædianus, vt Erasmus in prouerbio.

Panormitanus lapsus.

.θ. præ

θ.præfigere refert,adnotauit, olim in iudiciis sortes, quæ mittebantur in vrnam triplicẽ notam habere solere:ac. θ.damnationis fuisse symbolum.τ.absolutionis.π.ampliationis: id est quoties significabatur sibi parum adhuc liquere, ac denuo causam agi oportere. verum apud Asconium in. 3.contra Verrẽ actione legimus.A. notam esse absolutionis,C.cõdemnationis.N.L.ampliationis: quasi nõ liqueret. Idem fere apud cũdem Asconium in prima cõtra Verrem actione.fuisse tamen olim.θ.theta. signum cõdemnationis manifeste cõstat apud Persium satyra quarta.

Et potis es nigrum vitio præfigere theta.

Martialis lib.septi.ad Castricum.

Nosti mortiferũ quæstoris,Castrice, signũ?
Est operæprecium discere theta nouum.

Ausonius in pædagogum liguritorem.

Tuumque nomen theta sectilis signet.

Quo in loco alii non Sectilis, sed seculis.legendum esse putant.Atq; hæc de anathemate dicta sint, ex quibus intelligenda sunt quæ Sylvest. verb.excommunicatio.1.q.vlti.scribit tradens,anathema in effectu nõ differre ab excommunicatione maiori.& probat etymologiam illã, quam ex Panor: & aliis modo adducebamus.

Ex.§.Sequenti.

1 *Excommunicationis sententia ferenda nõ est, nisi pro graui culpa, quæ mortalis sit. & ex hoc multa inferuntur.*

2 *Intellectus capit. peruenit. de sent. excõmunicatio.*

3 *Contumacia in re leui contingens, an sit digna excommunicatione? & vbi late traditur, quando inobedientia sit speciale peccatum.*

4 *Monitio necessaria est ad excommunicationẽ infligendam: & vbi an debeat esse personalis?*

5 *Monitio ad excommunicationem proferẽdã debet esse trina.*

6 *Monitio trina,an necessaria sit ad excommunicationem in notoriis?*

7 *Excommunicatio lata absque trina monitione non est nulla,sed iniusta.*

8 *Excommunicatio lata à iudice delegato, cui in mandatis traditus est trinæ monitionis ordo,an sit nulla?*

§.Nonus.

QVarto grauior, & acerbior est Christi fidelibus excõmunicationis censura, maioraque interi?, & exteri? infert nocumẽta tãto Maturiùs cautiorique iudicio ecclesiarũ prælati,eorunq; vicarii ea vti debẽt.prius enim quàm aliquis excõ
1 municetur, discutienda, & examinanda est criminis qualitas, & ipsius, qui ab ecclesia segregandus est, contumacia: quasi is tantum excommunicandus sit, qui noluerit pœnitere, nec ad rectum tramitem monitus redire: vt sic confusus,& erubescens resipiscat. Nam & si prælati excommunicandi potestatem habeant, non debent hanc acerbissimam punitionem temerè,

& sine

& ſine graui cauſa excercere: ſiquidem nullus debet ea plecti pœna, niſi pro crimine mortali, & qui alioqui corrigi nō valet, capitulo. nemo. & capitulo. nullus. 11. q. 3. optime idem admonet Leo Papa huius nominis primus in epiſtola. 67. ad epiſcopos per Viennenſem prouinciam cōſtitutos. ſic etenim inquit. nulli Chriſtianorū facile communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitriū ſacerdotis, quod in magni reatus vltionem inuitus, & dolens quodammodo debet animus vindicantis. hæc & alia ad hanc rem inibi Leo ſummus eccleſiæ idemque ſanctiſsimus paſtor. Gratianus autem tribuit authoritatem illius capit. nemo cōcilio Meldenſi, vt arbitror, ſequutus Iuonē Carnotenſem libro. 5. de ſent. excō. & capitul. nullus. concilio Aluernenſi. cum tamen is canō ſit tribuēdus concilio Vuormatienſi, vt conſtat ex libro conciliorum canone. 2. Vuormatienſis concilii. idem probatur multis authoritatibus, quibus apparet, ſententiam excommunicationis non eſſe infligendam à iure nec ab homine niſi pro mortali culpa: ſicuti docuerunt Theologi præſertim. S. Thomas in. 4. ſent. diſt. 18. q. 2. ad. 3. q. Feli. poſt alios in rub. de ſent. excom. Ioan. Lupi in. c. per veſtras. de donat. int. vir. & vxor. §. 18. num 13. & alii ſtatim in illationibus citādi. eſt etenim hæc omniū concors ſentētia. ex qua plura deduci ſolent, & nos aliquot cauſa facilioris cognitionis deducemus.

Primū ſane hinc apparet, lege lata, cui adiecta ſit excommunicationis pœna, euidenter colligi, legis latoris intentionem fuiſſe obligare trāſgreſſorem ad mortalē culpam. nam alioqui ſi legis cōditor talem intentionem non habuiſſet, iniquiſſime talem pœnam cōtra legis trāſgreſſorē ſtatuiſſet. qua ratione, vel lex eſt cenſenda iniuſta, vel intentio obligandi ad mortalem culpam, & ei⁹ obligatio neceſſario deducitur: præſertim quia excommunicatio, gladius cenſetur ſpiritualis, capitulo. dilecto. iſt. tit. cap. venerabilem. qui filii ſint legit. Panor. in capitulo. 1. de homicid notatur in capitulo. cum non ab homine. de iudic. c. corripiantur. 24. q. 3.

Secundo, vt proximam illationē amplius explicemus, infertur excōmunicationem à iure, vel ab homine generaliter inflictam, neminem afficere, nec ligare, niſi is tranſgrediendo legem, vel, iudicis præceptū mortale crimen commiſerit. quod in ſpecie reſpōdit Paluda. in. 4. ſent. diſt. 18. q. 1. art. 2. concluſ. 2. cui accedit Adria. in. 4. ſent. in tractatu de clauibus. q. 3. verſ. fortaſsis obiicies. etenim licet propter excommunicationis pœnam ſit præſumēdum, & colligatur, voluiſſe legis latorē ad mortalē culpam obligare tranſgreſſorem: attamē quoties propter aliquam circunſtantiam, & qualitatem actus conſtiterit, tranſgreſsionis culpam alioqui mortalem, venialem

nialem esse, tunc dicendum est,nõ esse locum excommunicationi canonis,nec iudicis.idem notat Syluest. verb.excommunicatio.1. notab.3.fere ad finem.

Tertio licet in cap.peruenit.ist. titulo.satis ab eius interpretibus disputetur,quæ dicat leuis percussio, 2 vt possit episcopus absoluere percutientem clericum ab excommunicatione cap.siquis suadente.17.q. 4.notãt Faber.& Angel.in.§.atrox. Inst.de iniur. Syluest. verb. absolutio.4.in.prin.Florent.in tertia part. tit.24.cap.1.§.3.glo.in cap. cum illorum.co.ti.verb.mutilationem.tex. & ibi doct.in capitu .peruenit. in primo.de appellat.& in cõstitutione Ioan.22.quæ incipit,perlectis literis.nondum typis excusa. ex quibus ea diffinitio iudicis arbitrio relinquitur.tamen illud est obseruatione dignum,quod nusquam percussor clerici,etiam animum vlciscendi, & iniuriam inferẽdi habẽs, ea iuris excommunicatione afficitur,si ea percussio ita leuis sit, vt venialetantum peccatum,non mortale percussor commiserit. quemadmodum in specie ista notat Martinus Azpilcueta in cap. inter verba. 11.q.3.col.139. authoritate diui Thomæ,qui in.22.q.88.art.5.docet,iniuriam leuem,etiam animo vlciscendi,& iniuriam inferendi illatam,veniale peccatum esse. quod & de iniustitia in re leui ipsemet scripsit in eadem.22.q.60.art.4. & nos obiter attigimus lib.1.variar.resolut. capitulo.1.col.tertia.

Quarto eadem ratione interpretãdæ sunt generales quædam excommunicationes à iudicibus contra cos, qui furtum commiserunt, latæ.nam his cẽsuris minime ligatur qui ita leue furtum cõmisit, quod eius causa veniale tantũ, non mortale crimen contraxerit. quandoq; enim furtum veniale tantum peccatum est, quia in re leui cõtigerit, vt explicat idẽ Thom.2.2.q.59. art. 4.&.q.66.art.6. cuius opinionẽ & nos examinauimus lib.1.vari. resolutionum cap.3.num.21.

Quinto hinc aperitur interpretatio glo.in cap.duo.96.dist.quæ asserebat, quamlibet contumaciam in re, etiam leui contingentem, dignã esse excõmunicatione. cuius glo. meminere Panormit.in cap.1. de iudic.num.10.& ibi præter alios Ripa num.29.idem.Abb.in capitulo. sane.de off.delegat. & in ca.ex.parte in.1.de verb.signi.& Corset.in singul.verb.contumax.Feli.in rub.huius.titu.num.1. cuius assertionis ea est ratio, quod contumacia in non comparendo maior sit, quam in non parendo.glossa in cle.vinca.de dolo,& contum. in gloss. magna in principio.gloss.in.l.creditor. ff. de appellat.notant Abb.Deti. num.13.Ripa.num.32.& Altiat.num. 17.in. dict. capitulo primo etenim qui contumax est in non comparẽdo,etiam simul cõtumaciam in nõ parendo cõmittit,vt cõstat,idcirco hæc cõtumacia,vtcunq; sit ĩ re leui, digna

digna est excommunicatione. præ sertim, quia contumax in non comparendo, peccatum inobediētiæ cō trahit, quod non aliter quam ex cō temptu conficitur, vt explicat. S. Thomas. 2. 2. q. 105. art. 1. & Caiet. q. 104. art. 2. contemptus autem, vt superius. §. 7. exponebam, mortale peccatum est: igitur contumacia, etiam in re leui, excōmunicationem maiorem iustissime patitur, si contingat in non comparendo coram iudice: quia mortalē culpam præmittit, pro qua iuste maior excommunicatio infligitur: sicuti hoc in . §. probauimus. verum Areti. in dict. capitulo primo. de iudic. num. 34. dubitat maxime, an sit vera sententia glo. in dict. capitu. duo. eo modo, quem explicuimus, intellecta: nos etiam itidem dubitamus, & interim rationem dubitationis ex eo deducimus, quod qui cōtumax est in comparendo, vere iudici præcipienti non paret, cui tenebatur sub peccati reatu parere. omnis etenim inobedientia, & contumacia inde oritur, quod quis præceptis vel legis, vel iudicis non paret: quia contraria est præcepto, quo tenemur, & obligamur obedire prælatis, prīcipibus, & superioribus. capitulo. 2. demaio. & obed. cap. omnis anima. de censibus. ad Roma. capit. 13. qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. atque item contumacia, & inobedientia cōtraria est, & aduersatur dilectioni proximi: quippe quæ subtrahit obediētiam, quæ proximo debetur lege iustitiæ: vt docet. S. Thom. 2. 2. q. 105. art. 1. is ergo, qui iudici præcipienti, quod ad ipsum accedat, minime obtempera re vult, & parere recusat: profecto iudici non paret, & vere contumaciæ in non parendo culpam cōtrahit: ex ea quidem causa, quia vocatus à iudice iuste vocāte, nequaquā ei obedire vult.

Deinde ostenditur id euidentius. nam sicuti iussus à iudice centum Titio debita reddere, & restituere: si nolit iussis obtēperare cōtumax est, quia nō paret præcepto iudicis: ita & is contumax erit in non parendo qui iudici præcipienti, vt ad eum accedat certa de causa responsurus, nolit obedire, & accedere recusет: nec video posse distingui cōtumaciam in non comparēdo à cō tumacia in non parendo, vt distinctam speciem: licet possit discerni vt species à genere. si quidem qui contumax est in non comparendo, culpam contrahit non parendi: at nō ita è contrario qui non paret, cō tumax est in non comparendo.

Est vero hac in controuersia adnotandum, tunc demum inobediē tiam esse proprie peccati speciem, cum aliquis præceptum cōtemnit: vt de cōtemptu superius diximus. alioqui si quispiam agat cōtra præceptum iudicis, vel legis, non propter præcepti cōtemptum, sed alia ex causa, inobedientia est materialiter tantum, & sic in genere cōtingens, quia cōtra præceptum agitur;

& ideo

& ideo pertinet formaliter ad aliã ſpeciem peccati: nempe ad eam ſuper qua præceptum fuerit conſtitutum. Quod docet optime. S. Thomas. 2. 2. q. 105. art. 1. ad primum. & Caieta. q. 104. art. 2. vbi Thomas ad primum idem eleganter docuerat. quod ſi quis agat contra præceptũ ea intentione, vt cõtra, inſinuatam, & explicitam, vel implicitam voluntatem ſuperioris præcipientis agat, & operetur: ſpeciale peccatum inobedientiæ eſt à contemptu procedens, & aduerſum ſpeciali virtuti obedientiæ, quæ in hoc verſatur, quod quis impleat, & exequatur actum iuſtitiæ, vel alterius virtutis intendens formali intentione præceptum ſeruare.

Hinc diffiniri poterit quod à pleriſque ſolet diſputari, an contumacia ſit delictum. nam glo. in cap. ex literis. de conſt. aſſerit, contumaciã non eſſe delictum, cuius opinionẽ communem eſſe teſtatur inibi Feli. col. penul. ſunt & plura canonũ, & iuriſconſultorũ loca, in quibus contumacia delictũ appellatur, ex quibus contumaciam delictũ eſſe, notat glo. in. l. ſi filius. ff. de interr. actio. quam dixêre ſingul. eſſe Soci. in cap. veniẽs. de accuſat. nume. 47. & Imola in. l. penult. §. ad crimẽ. num. 25. ff. de pub. iudic. etenim vtcunque conſideremus contumaciam, ea graue delictum eſt, non tamen conſtituit ſemper ſpeciale delicti nomen, & diſtinctam ſpeciem. ſiquidem frequentiſsime pertinet ad aliam ſpeciem delicti: nempe ad tranſgreſsionem illius præcepti, contra quod contumax, agit. tunc autem ſpeciale delictum erit: cum quis ea intentione contra præceptum agit, quod nolit ſubiici præcipienti, nec eius voluntati. idcirco non ſemper cõtumacia ſpeciale delictum eſt, propriam, & diſtinctam delicti ſpeciem conſtituens. eo vero caſu, quo ſpecialem delicti ſpeciem habet, peccatũ eſt inobedientiæ ſpeciale, contemptum præ ſe ferẽs. & ſane tũc quandoq; dicitur Hæreſis: quãdoq; ſchiſma. tradit Domi. in ſumma. 4. q. 1.

Hinc denique & illud apparet, non ſemper contumaciam, etiam in non comparendo procedere ex contemptu. nam quoties quis recuſat ad iudicem iuſte vocantem accedere ex eo, quod nolit iudici ſubeſſe, nec eius exequi voluntatem, cõtemptus datur ad mortalem culpam pertinens. at ſi non compareat ex aliis cauſis, & impedimentis iuſtis, vel iniuſtis grauis eſt exceſſus, non tamen procedẽs à contemptu. atque ideo nulla contemptus ratio hîc haberi poterit.

Eſt tamẽ obſeruandum, ad iuſtitiam excommunicationis cõtumaciam requiri: nec eſſe neceſſarium, quod ea ex contemptu procedat. ſi quis enim adulterium nõ ex contẽptu, ſed ex appetitu libidinis commiſſerit, nec monitus adulteram dimittere velit: hic dubio procul omniũ iudicio iuſtiſsime excõmuni-

cat̃,vt ab eo crimĩe recedat propter proteruiã,& cõtumaciã,quę ex libidine coitus potius quam ex contemptu oritur.

¶Præsumit̃ cõtẽptus, ex cõtumacia in nõ cõparẽdo facilius,quã in nõ parẽdo . tñ & vtraq; sine contẽptu,& vtraq; cũ contẽptu dari potest.vnde si cõtumaciã ex se ipsa cõsiderem⁹,par est vtriusq; ratio. si ex accidẽtibus nihilominus . itaq; fit, vt nulla possit inter has contumacias vere cõstitui differẽtia, quod ex hoc apertius ostẽdit̃, quia excõmunicatio ferri non potest ob contumaciã de re leui in nõ cõparendo, quemadmodũ nec in nõ parendo in re leui.nã vel crimẽ cõtumaciæ ex se ipso perpẽdimus,& licet regulariter mortale sit,hĩc materiæ ratione est veniale: quippe cũ iustitia furtum & similia ex leuitate materiæ sint aliquado venialia vt ex.S. Tho. probauim⁹. vel cõtumaciã à cõtemptu pẽsitam⁹,quę siquidẽ aberit excõmunicatio iuste ferri nõ potest: quia culpa venialis est,nõ mortalis. quod si contẽptus assit illius,qui super re leui in nõ cõparẽdo cõtumax est,nõ statim erit peccatũ mortale cõstituẽdũ.nã si quis præceptũ superioris super re minima ex cõtemptu trãsgrediatur aduertẽs rem esse minimã,& ea ex causa, quod leuis sit materia præcepti,cõtẽpnat illud, veniale peccatũ erit : quẽadmodũ docet Caiet.in summa verb. cõtemptus.quasi cõtẽptus præcepti super re minima,tunc mortalẽ culpã habeat,cũ quis transgredit̃:vt volũtatẽ præcipiẽtis eludat,eiq; nolit subici nõ aduertens,quod res minima sit,nec ea ex causa induxerit ad id propriũ animũ. his accedit, quod Ger.lectione.4. deuita spirituali corollari . 7.in hac excõmunicationis cẽsura asseuerat,multũ differre cõtumaciã à cõtumacia:quẽ & ĩ hoc refert Alfon.à Cast.de potest.legis pœnalis lib.1.c.6.fol.49. oportet.n. cõsiderare qualis sit cõtumacia, & quãtũ illa possit ecclesiæ nocere,& qualis est etiã res, circa quã habet̃ cõtumacia.nã multo peior,& nocẽtior est in rebus fidei,& religionis, pacis,ac vnionis ecclesiasticæ, quã in parua quæstione super modica re tẽporali orta:vbi nũquã tãtũ poterit prodesse obediẽtia,quãtũ oberit excõmunicatio separans animã à spiritualibus suffragiis, & societate sanctorũ. si cõtumacia est magna & pro re magni momẽti habita erit iuxta doctrinã saluatoris nr̃i merito excõmunicãdus.si vero cõtumacia sit leuis,aut pro re leui cõtigẽs,indignũ videt̃, vt pro illa sit aliquis excommunicãdus.

¶Hæc & alia multa præ oculis habere debẽt iudices ecclesiastici nec temere hac grauissima censura vti. nã& ob id iura põtificũ statuêre,ne minẽ pro aliena culpa excõmunicãdum fore.tex celebris in capitulo si habes.24.quæs.3. ex diuo Augustino in epist. ad Auxilium episcopum.75.quod & nos explicuimus, ac probauim⁹ lib.2. varir. resolut.

cap.

cap.8. quo in loco num.9. tradidimus intellectum ad tex.in.cap.Romana.§. in vniuersitatem. de sent. excom.in.6.quo responsum est,sententiam excommunicationis non posse ferri in vniuersitatem. id etenim non alia ratione obtinuit,quã ne innocentes ob aliorum culpam excommunicentur.

Ab eadem radice procedit quod sacris est canonibus institutũ, quibus decretum est, præmittẽdam esse monitionem, & citationem ad excommunicationem ferendam:sicuti probatur in cap.sacro.& capi. contingit.in.2.hoc ipso tit.cap.con
4 suluit.de off.deleg. capi.interquatuor.de maiorit.& obed.cap.de illicita.24.q.3.hæc vero monitio, licet alioqui ad domum ex lege fieri posit, & ad ipsius citandi habitationem assiduam,vt sic legitime citatus, & monitus quis dicatur .l. scire debemus.§.qui autẽ.ff. de excusat. tutor.l.aut qui aliter. §. & si forte.& ibi.glo.ff.quod vi,aut clã. 1.4.§.prætor aut.ff.de dam. infect. notatur in capitulo.causam. de dolo,& contu.& in cle.causam. vers. quod si forsan. de elect.glo.in capitu. caueant.3.q.9. Alex.in dict.§. prætor ait. quod alibi latius tractabitur, personalis esse debet: sicut respõderunt Innocent. Collectar. & Abb.vlt.col. in capit.vlt.de eo, qui mitt.in poss.Rota in nouis.271. &.367.Paul.Castren.in dict.§. prętor ait. col.1.Felin.in ca.cum sit Romana.de appellat.nume.13. & seq. Præposit.in dict.cap.caueant.contra glo.inibi.& latissime Andre.Tiraquel.lib.1.de retract.§.9.glo.2.nume.4.A qua quidem opinione casus aliquot excipi solent,in quibus etiam ad excommunicationẽ proferendam in aliquem nõ est necessaria monitio personalis, sed satis sufficiens erit ad domum habitationis,similiue modo facta.

Primus passim constituitur quoties qui excommunicandus est dolo latitet, & subterfugiat personalem monitionem:sic etenim notãt idem Innocen.& doct.in dict. ca. vlt.optimustex.in cap.1.qui matri. accus. poss.& in cap. quoniam frequenter.§.1. vt lit.non cont. & in cap.perlatũ.qui filii sint legit.Bart. Paul.de Castro & Doct.in dict.§. Prætor ait.Mathesi. notab.133. Andre.Tiraquel.in dict.glossa.secundo.num.7.

Secundus est,cum quis legitime fuit iã semel citatus ad causam personali quidẽ citatione.etenim post modum poterit citatus ad domũ, aut per edicta, vel in ipso tribunali excõmunicari:quod visum est Rotæ in nouis.399.& Felino in dict.c. cum sit Romana.num.14. hunc sane maximum effectum habet legitima,& personalis citatio ad causæ integram discussionem facta.

Tertius casus contingit, quoties citatio,vel monitio ad domum facta peruenit ad ipsius excommunicandi notitiam: hęc enim sufficit, vt legitime excõmunicari posit,

ex excommunicatus censeatur: notat Felin. in dict. cap. cum sit Romana. num. 15. authoritate Rotæ in nouis. 402. & reg. cum qui certus est. de regul. iur. in. 6. tex. optimus in dict. cle. causam. in fine. de electio. ex quo citatio illegitima cum notitia subsequuta ita ligat, sicut citatio ab initio legitima: quẽ tex. ad hoc induxere Roma. cons. 410. Hippo. ĩ rub. C. de probatio. n u. 371. idẽ in singul. 259. Ludoui. Gomeci. in regul. Cancellar. de non iudicand. iuxta formam supplicat. q. 16. num. 68. notat idem Andre. Tiraquel. in dict. §. 9. glo. secunda num. 16. Feli. in ca. Gratũ. num. quarto. de off. de leg. quorum opinio cõmunis est.

Quartus casus est: cum quis fuerit male absolutus ab excommunicatione, & tractetur de reducendo eum in primam excommunicationem: erit enim tunc satis, quod ad domum citetur, & moneatur: nec requiritur personalis monitio: quẽ admodum Rota in nouis cẽset, nume. 399. cui accedit Felin. in dict. ca. cum sit Romana. num. 15.

¶ Monitio autem legitima in hac specie ad infligendam excommunicationis censuram trina debet esse. quod probatur in dicto. capitulo. contingit. & in dicto. capitulo. de illicita. & in capitulo. constitutionem. supra ist. titulo. & est communis omnium sentẽtia gl. os & Doct. inibi. sufficit tamen vnica admonitio in tres distincta terminos, seu in tria dierũ interualla in hũc sane modũ. Te ipsũ admonemus, vt intra quindecim, dies, quos tibi pro tribus distinctis monitionibus cõstituimus, satisfacias, ad iudicium accedas, aut resipiscas. hæc etenim est sufficiens admonitio: sicuti probat tex vbi glossa. communiter recepta in dicto. capitulo. constitutionem. quibus non oberit glossa insignis in clem. prima vers. tertio. de Vit. & honest. cleri. asseuerans, non sufficere vnicam monitionem in tria distinctam dierum interualla, quoties à iure trina monitio requiretur. cuius. glo. vltra Doct. ibi meminere eam sequuti Alex. in. l. secunda. col. 5. ff. de re iudica. Abb. in capitulo. secũdo. ne cleri. vel monachi. & in capitulo. ex tuæ. de cleri. non resident. Feli. in capitulo. cõ suluit. num. 13. de off. deleg. & in cap. cõtingit in. 2. ist. tit. idẽ in cap. quoniam. §. porro. num. 22. vt lit. non contest. Roma. in sing. 719. tex. iuncta glo. & ibi Bald. in capitulo primo. de vassalo, qui contumax est. nam hæc cõclusio vera est quo ad incurrendam pœnam iuris, & à iure statutam: non tamen quo ad pœnam ab homine infligendam: quæ quidem interpretatio expræcitatis iuris vtriusquæ decisionibus colligitur. præsertim non oberit præcitata glossa quipequę tractat de vera pœna, & de punitione legis, quæ propriam pœnam infert. at in hac specie nos agimus de excõmuncationis censura, quæ vere, ac pro-

ac proprie pœna non est: sed medicina quædam, quæ resipiscenti, & volenti pœnitere nullum damnũ, nec vllam læsionem infert.

¶Trina vero monitio, quam ad excommunicationem diximus esse necessariam, requiritur in excommunicatione ab homine ferẽda: non tamẽ in excommunicatione lata à canone, vel statuto. ipsa siquidem lex, quæ ita mature, & caute censuram istam indixit, quotidie admonet subditos, ne prohibitum crimen committant, remuè lege vetitam agant: idcirco alia specialis monitio necessaria nõ est: sicuti in specie probatur in cap. a nobis. in. 1. ist. titulo & in cap. si quis suadẽte. 17. q. 4. cap. 2. de const. in. 6. adnotarunt Henri. & alii in dict. ca. sacro. quod adeo verum est, vt semel excommunicatus à lege, vel canone ipso, iure possit iterum ab homine causa eiusdem criminis, & contumaciæ excõmunicari absque monitione. etenim posse in hoc casu quempiam iterum ab homine sententia excommunicationis ligari, præmittit gl. in verb. promulgare. ad finem. ist. tit. & tunc non exigi monitionem saltem trinam, probat elegans decisio in cap. reprehẽsibilis. de appe. quem tex. ad hoc signanter adnotarunt Abb. & Frãc. inibi. Feli. in cap. 2. col. 2. de sponsatam etsi possit ea responsio intelligi non in excommunicatione noua lata ab homine contra eum, qui iure ipso sit excommunicatus: vt intellexere Panor. Franc. & Felin. sed in declaratione, & denunciatione excommunicationis à iure ipso latæ. etenim ad hanc declarationem non est necessaria monitio canonica: quia iudex ipse denuncians non excommunicat, imo ius ipsum excommunicauit. quod satis deducitur ex dict. cap. reprehensibilis. vtcunque tamen sit, & ille tex. intelligatur, licet monitio canonica nõ sit necessaria, oportet de facto, & crimine, cuius causa excommunicatio indicta est, citata parte prius constare. glo. in clẽ. præsenti. verb. constiterit. de cens. & in cle. multorũ. de pœnis. notant Roma. cons. 482. col. vlt. Deti. in dict. capitu. reprehensibilis. Panor. in capit. parochianos. de sent. excõ. Curti. Senior cons. 20. dubio primo. late probans, declarationem aliter factam nullã esse ipso iure authoritate tex. in cap. 1. de caus. poss. & propri. cle. pastoralis. ad finẽ. de re iudica. l. de vnoquoque. ff. de re iud. idem tenent Feli in cap. rodulphus. de rescript. vers. citatur etiam pars. Card. & Imola in cap. extirpandæ. 7. col. de præbe. Hieronym9 Gigas de pẽsionibus. q. 78. num. 5. atq; ita est intelligendus tex. in dict. cap. reprehẽsibilis. cuius etiam meminit Hippo. in. l. vnica. C. de raptu virgi. nu. 66. est & pulcher tex. de hac denunciatione, & declaratione excõmunicationis in capitulo. pastoralis. §. verum. de appellat. & in capitulo. cum secundum leges. de hæret. ist.

lib. est satis expeditum, has declarationes fieri debere audita, & citata parte.

¶Et hæc quidem adeo vera sunt: vt etiam in notoriis excommunicationis sententia non sit aliter ferenda, quàm monitione canonica præmissa: cum enim ob contumaciam hæc censura feratur, constat, prius monẽdum fore ipsum delin-
6 quentem, vt inde appareat, an vere contumax sit: licèt crimen sit manifestum: quod deducitur à glo. in. c. episcopi. 11. quæs. 3. & glo. in dict. c. cum sit Romana. §. vlt. de appellat. quo in loco Hosti. Abb. Deci. & alii hanc opinionem in specie probant Innoc. Ioan. Andre. Henri. & alii in dict. sacro. non obstat, quod Apostolus Corinthium illum absẽtem, & irrequisitum excommunicauit: vt meminit tex in dict. §. vlt. nam licèt eo tẽpore, quo illum Apostolus excommunicauit, minime admonuerit, prius tamen, & sæpissime illum per frequẽtes admonitiones ad pœnitentiam agẽdam ducere conatus fuerat. qua ratione euidenter constitit, eius contumaciam notoriam esse: quo casu absque vlla monitione potest quis excommunicari: sic sane in contumacem notorium ferri potest excommunicatio absque alia monitione. tex. in cap. illud. de cleri. excom. ministr. idem probatur in cap. 1. de iudic. vbi Abb. Deci. super gloss. vlt. & Ripa. num. 81. hanc eandem opinionem defendere conantur: tametsi Alciat. inibi nu. 61. aduersus eam disputet. & hæc sunt omnino adnotãda, etiam si Antoni. in dict. ca. 1. de iudic. col. 14. & Feli. in dict. cap. sacro. teneant excõmunicationem in notoriis posse ferri absque monitione. cap. de manifesta. 2. q. 1. cap. euidẽtia. de accusat. cum aliis, quæ solẽt adduci ad probandũ, nõ esse necessariã citationẽ in notoriis.

¶Hinc denique examinari poterit quod quidam in hoc tractatu ad notarũt asseuerantes, excommunicationem posse ferri in aliquẽ absque canonica monitione, quoties ea pronunciatur ad defensionẽ proprii iuris à prælato, potius vt priuato, quàm vt iudice: nempe contra occupantem res ecclesiæ iuxta responsum tex. in cap. dilecto. ist. tit. hanc opinionem tenuerunt inibi Ioan. Andre. Domini. & Franc. Lapus allegat. 73. Felin. in dict. cap. sacro. 2. col. Deci. in cap. reprehensibilis. de appellat. itidem. 2. col. Antoni. in cap. venerabili. col. 2. de censi. hoc tribuentes Innocent. ibidem, qui tamen contrarium sentit, dum subdit, in hoc casu semper monitionem esse necessariam. quam ob rẽ ego non video quid in hac specie contingat, aut contingere possit, quod canonicam monitionẽ impediat, nisi id referat ad proxime notatas cõclusiones: vnde, quãuis tot doctissimorũ virorum authoritas maxima sit, non censeo discedẽdũ esse ab ordine instituto id dict. capitulo sacro: is etenim, qui res, & patri-

patrimonium ecclesiasticum occupauerit, fortasis trina canonice monitus interpellatione ab offensa, & violentia abstinebit.

¶Quod si excommunicatio lata fuerit nõ præmissa canonica, & trina monitione, iniusta cẽsenda est, nõ tamen nulla: imo valet ipso qui
7 dẽ iure: quod eleganter probat tex. vbi glo. communiter recepta verb. iniustas. in cap. Romana. supra ist. titu. glo. in dict. cap. sacro. & ibi Panor. Feli. & alii. glo. in summa. 2. q. 1. glo. in capitulo. 1. de excess. prælat. Panor. in cap. qua fronte. num. 7. & in cap. reprehensibilis. num. 13. post glo. ibi. de appellat. idem Panor. in cao. ad audientiam. eo. tit. in fine vbi Decius quorum opinio communis est, & comprobatur authoritate glo. in cap. 1. ist. tit. verb. causam. quæ. ad finem, scribit excommunicationem latam cõtra ordinem, & formam illius constitutionis validam esse, non autem nullam, etiam si iudex puniẽdus sit pœnis ibidem statutis. quam opinionem sequuntur Ioan. Andre. Domi. & Franc. in dict. cap. 1. Panor. in cap. ab excommunicato. col. 3. de rescript. nec refert, quod excommunicatio lata sit à iudice ordinario, an à delegato. nã & excõmunicatio lata à iudice delegato non præmissa canonica monitione, non est nulla, imo valet, & vim obtinet ipso iure. quod ita visum est Panor. in ca. vlt. de præbẽd. idem rursus, & Deci. in cap. reprehensibilis. de appellat. Panormit & Card. in capit. illud de cleri. excõ. ministr. Roma. cons. 354. Rotæ in antiquis. 556. Felino in cap. cum sit Romana. col. penult. de appell. Rotæ antiquiori. 3. tit. de sent. excom. quorum sententia frequentiori doctorũ suffragio recepta est: tametsi contrarium conentur defendere Rota in antiquis. 139. Feli. in dict. c. sacro. col. 1. Nicolaus Milis verb. citatio. col. penult. quod vero diximus de sentẽtia excommunicationis, & in sentẽtia interdicti verum esse post alios censet Curtius senior cons. 20. dubio secundo.

Sunt tamen qui existimẽt, excommunicationem latam à iudice delegato tunc nullam esse, si absquè trina canonica monitione lata sit, cũ
8 in mãdatis iudex is habuerit, quod excõmunicationis sententiam ferat canonica præuia monitione. quasi in hac specie lata sit excommunicatio contra mandati formam. cap. cum dilecta. de. rescript. ca. Pisanis. de rest. spoliat. sicuti expressim voluit Domi. in. c. Romana. §. sed nec. num. 3. ist. tit. sensit Innocẽt. in dict. cap. Pisanis. dum asserit, excommunicationem latam contra formam datam ab homine nullam esse, & addit inibi Imola etiam si ab homine data sit forma disponens idẽ quod ius commune. quam sententiam sequitur Albertus Brunus in tract. de forma, & solennitate. in. q. quando cẽseatur aliquid traditum pro forma. conclusione. 12. quibus suffragatur tex. iuxta primum glo.

intellectum in cap. cum dilecta. de reſcript. qui probat, cēſeri formam in mandato dari, & conſtitui à delegante, etiam ſi ordo alioqui iure requiſitus inibi exponatur. Hanc etenim interpretationem notant & ſequuntur Panormit Barb. & Feli. verſ. primum ſignum. in dicti capit. cum dilecta. Bal. in. lege. prolatam. col. tertia. C. de ſent. & interloq. omni iudi. idem Bald. in. l. prima. C. de appellat. Abb. & Feli. numer. octauo in capitulo. cauſamque. de re iudicat. nec obſtat. l. conditiones. quæ, extrinſecus. ff. de condit, & demonſtr. l. tertia. & ibi not. ff. de legat. primo. capitu. ſignificaſti. de electio. quibus in locis cōmuni omnium ſententia adnotatur, minime inducere formam, nec conditionem, ea, quæ iure inſunt, etiā ſi ab homine expreſſa fuerint. hoc etenim verum eſt, cum eo modo, & in eum finem ab homine exprimuntur, quo, & in quem iure tradita ſunt: alioqui ſi ea, quæ iure inſunt ad inſtructionem cauſæ, & ad iuſtitiam miniſtrandam, ab homine in mandatis tradantur, ex præſumpta hominis mēte ad formam, & ſolennitatem conſtituendam: tunc forma tradita cenſetur. ſic ordo iuris in mandato iuriſdictionis expreſſus ad inſtructionē cauſæ, & iuſtitiæ miniſterium, formā non inducit, quam tamen conſtituit, ſi ab homine ſpeciali quadam cautela ordo iuris modum procedendi concernens fuerit traditus: quemadmodum Panormit. & alii modo citati explicarunt: ac latiſſime omnium Albertus Brunus in dicto capitulo. quando cenſeatur aliquid traditum pro forma. concluſio. 13. qui optime expēdit Bart. ſententiam huic negocio conuenientem in. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitr.

Cæterū iudices eccleſiaſtici, quibus iure diuino, & humano vſus huius cenſuræ competit, cauere debent in ea infligenda, vt ſeruent iuris pontificii decreta, & ſanctiones, ordinemquè ab eis inſtitutum: cum alioqui puniendi ſint pœnis ſtatutis in dicto capitulo. ſacro. & in capitulo primo. huius tituli. quorum intellectum præter Doctor. ibidem, exponit Lapus late in allegat. 73. atque hæc dicta ſint de excommunicatione, quo ad trinam monitionem, quæ ad eius iuſtitiam neceſſario præmittenda eſt, tametſi nihilominus abſque eo ordine lata ipſo iure valeat, & ideo abſolutionem exigat, iuxta eam reſolutionem, quam de iniuſta excommunicatione hac in relectione tradidimus. eam etenim maxime obſeruādam fore opinamur, pium, & vere Catholicum lectorem admonentes, vt huic cenſuræ morem gerat, eamque reuerenter timeat, ſolicitè, ac diligenter curans ſe ipſū ab ea abſolui potius, quam contumaci animo eius viribus refragari.

Ex.§.Sequenti.

1 *Excommunicatio an ferri poſsit pro futuris culpis: & ibi intellect. c. à nobis. in. 1. de ſen tẽ. excom. & ca. Romana. §. caueãt. eo titu.*

2 *Excommunicatio lata à iure differt ab ea, quæ ſententia iudicis lata ſit.*

3 *Subditus ſtatuẽtis delinquens extra territo rium, an ligetur excommunicatione?*

4 *Excõmunicatio, an ferri poſsit ſub conditio ne: ſi intra certum diem non ſatiſfecerit?*

5 *Vſus forenſis, quo fertur excommunicatio conditionalis, defenditur.*

6 *Excommunicatio cõditionalis, an trahatur retro ad diem, quo lata fuit?*

7 *Excommunicatio nuſquam afficit, nec ligat ignorantes.*

8 *Ignorantia conſtitutionis excommunicantis pro actu alioqui damnato, an excuſet quem ab excommunicatione?*

9 *Ignorantia pœnæ non efficit quem ab ea liberum.*

10 *Obligatio naturalis in delictis non oritur à conſenſu delinquentis in pœnam.*

11 *Expenditur tex. in cap. 1. 15. q. 1. de pecca to, quod eſt pœna peccati.*

12 *Ignorantia iuſta, qua ratione excuſet à pec cato, & eius pœna?*

13 *Ignorãtia iuſta qualitatis excuſat à pecca to, quod ratione illius alioqui contrahitur.*

14 *Occidens Sempronium errore quodam iu ſto, putãs eum eſſe Titium, quem volebat oc cidere, an ſit puniendus?*

15 *Traditur intellectus ad tex. in cap. ſi vero. in. 2. de ſent. excommu.*

16 *Diſtinctio dantis operam rei licitæ, vel illi citæ, an ſit admittenda: vbi adeſt ignoran tia probabilis, & iuſta.*

17 *Peccatũ, an poſsit cõtingere per ignorantiã, & an iuſte puniatur? atq; inibi vera inter pretatio. l. 1. ff. de legib.*

§.Decimus.

His proxime accedit, quod excommunicatio, quia temere, & incaute ferenda non eſt, minimè debet pro futuris culpis in quẽquam infligi. cum tanta cẽſura, tamq; grauis afflictio præſentem culpam exigat. qua de re extat pulchra huius Rubricæ conſtitutio, ab Innocentio quarto his equidem conſtituta verbis. Caueant etiam, ne tales ſententias excommunicationis: ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter in aliquos pro futuris culpis: videlicet, ſi tale quid fecerint, vel etiam pro iam commiſsis, ſub hac forma, ſi de illis infra tale tempus minimè ſatisfecerint, proferre præſumant: niſi mora in exhibenda ſatisfactione: vel culpa, ſeu offenſa, præceſſerit: quibus merito ad iniungẽdam ſatisfactionem huiuſmodi, & taliter prohibenda ſimilia inducantur: aut alia rationabilis, quam in ipſis ſententiis exprimant, cauſa ſubſit. Hactenus Innocentius, à cuius reſponſo potiſsime illud deducitur, excommunicationis ſententiam non eſſe, etiam generaliter pro futuris culpis pronunciandam.

Huic vero cõcluſioni obiicitur paſ
1 ſim tex. in cap. à nobis. in. 1. iſt. titu. quo deciſum eſt, excommunicationem generalem poſſe in hunc modum ferri: quiſquis furtũ fecerit, ſit excõmunicatus. Etenim pro futuris culpis ferẽ, & pronunciatur hęc

generalis excommunicatio, valida quæ censetur. idem probatur in ca. vt animarum periculis. de constit. in. 6. & tamen. glo. communiter recepta in dict. cap. Romana. §. caueant. verb. futuris. ita hanc antinomiam conciliare tentat, vt distinguendum sit inter sententiam hominis, & statutum, vel canonem. Nam ab homine non potest sentẽtia excommunicationis generaliter pro futuris culpis ferri: à canone autem vel statuto fertur, & optime pro futuris culpis infligitur. vnde in hac secunda specie censet glo. esse admittendam responsionẽ tex. in dict. ca. a nobis. & vere hæc interpretatio probatur in dict. cap. vt animarũ periculis. cui maxime conuenit. & tamen an eodem modo conueniat capi. à nobis. pleriq; dubitarunt intelligentes illam constitutionem etiam in sententia hominis, & iudicis. sed ratio differentiæ inter generalem hominis sententiã, & legis ea potest esse, quod lex possit respicere, & frequentissime omnino respiciat futura: sententia vero hominis potissime præsentia tantum tractet. glo. in dict. cap. vt animarum periculis. & in hac quæstione glo. in dict. ca. Romana. §. caueant. quam dixit singular. esse Barbac. in cap. P. &. G. de off. delegat. col. 12. notat Card. in cle. 1. q. 32. de priuileg. Henri. post alios in dict. cap. à nobis. qui, & Franc. in dict. §. caueãt. octo differentias tradidere inter sententiam iudicis generalem, & statutum.

Sunt tamen qui opinẽtur, posse intelligi decisionem tex. in dict. capit. à nobis. in sententia excommunicationis lata ab homine, vt ea generaliter ferri possit pro futuris culpis, non tamen indistincte, & semper, sed ex causa tantum, quæ quidem causa hanc generalem excommunicationem permittat. quod satis conceditur, & permissum est in dict. §. caueãt. vbi subditur: aut alia rationabilis causa subsit. Causa vero, quæ possit his generalibus excõmunicationibus iustam occasionẽ exhibere, cõtingit, quoties aliquod delictum in aliqua vrbe, vel prouincia frequentissimum sit. poterit etenim sententia excommunicationis ab homine generaliter ferri ad imitationẽ legis, & canonis, in eos, qui illud crimen commiserint. Nã cum moneantur ab ipso iudice, ne id committant, & nihilominus minimè vereantur contumaci animo scelus ita vetitum perpetrare, iuste excõmunicatur donec satisfactione præmissa, absolutionem ab eccle sia humili petitione postulauerint. idem etiam dici potest quoties aliquod crimen coniectura maxime verosimili timetur. Caute siquidẽ tunc generalis ab homine fertur excommunicatio in eos, qui id delictum cõmiserint: & hæc excommunicatio generaliter ab homine lata pro futuris culpis, similis esse videtur statuto: vt Anto. existimat in dict. cap. à nobis. Atq; ita forensi

vsu,

vsu, & praxi iam diu inductum est, quod istæ excommunicationes generaliter ferri ab homine possint pro futuris culpis.

Plurimum tamen refert, an excõmunicatio generalis pro futuris culpis feratur per canonem vel statutum, an sententia hominis, vt iudicis: priori siquidem casu ligantur hac censura qui aduersus prohibitionem egerint intra legislatoris territorium. quamuis eo tempore, quo lata lex fuit, minimè essent subditi illius canonis, aut legislatori. item eadem afficientur exteri non subditi, intra territorium legislatoris delinquentes. Nam & præter alia, ratione delicti quis forum sortitur cap. vlt. de foro comp. notant omnes in cap. 1. de raptori. Bart. & alii in. l. 1. C. de summa trinit. & in l. vlt. ff. de iurisd. omni. iudi. idcirco lex lata in aliqua prouincia, cum futura maxime spectet, obligat non tantum eo tempore subditos, sed & eos, qui futuris temporibus, dũ lex ipsa vim habuerit, eidẽ prouinciæ subditi fuerint. quod communi omnium sententia post. glo. ibi definitum extat in dict. ca. à nobis.

Posteriori autem casu tantum hi sententia ligantur, qui tempore sententiæ sub iudicis eam pronunciãtis iurisdictione continebantur, & ei subditi erant, non autem futuri subditi. quia sententia referenda est ad tempus, quo pronunciatur. quã conclusionem tenent Panormit. & Doct. in dicto capitulo. à nobis. post Innocent. Sed etsi perpensa horum authorum ratione possit ita hæc distinctio proponi: tamẽ ipse Panor. & alii vltimam partem distinctionis accipiũt in hoc sensu, vt hac sententia generali nõ ligẽtur non subditi delinquentes intra territoriũ proferentis, & pronuncian tis illã. est & alia inter statutũ, & sẽtentiã differẽtia, quæ traditur à glo. cõmuni omnium consensu proba ta in dict. cap. Romana. vers. porro. etenim excommunicatio lata per statutum Archiepiscopi Metropolitani ligat non tantum subditos proprios ipsius Archiepiscopi ratione dioceſis, quam à suffraganeis di stinctam habet: sed et eos qui suffraganeis subditi sunt, & singulos totius prouinciæ. At excommunicatio lata per sentẽtiã Metropolitani tantũ cos afficit, qui eidẽ Metropolitano causa, & iure districtę dioceſis sũt subiecti. vnde fit, vt appellatione subditorũ alicuius Archiepiscopi proprie cõprehẽdãtur dioceſani, nõ prouinciales, quãuis & prouinciales sint & Archiepiscopo subditi mediate: nẽpe quia Metropolitanus superior est episcopis, & suffraganeis totius prouincię, & eorũ omnium iudex, ac deniq; per appellationẽ causas prouincialiũ tractare potest, & debet. vt probatur in capi. venerabilibus. Super eo. tit. & alibi sæpissime.

¶ Oritur tamen in hac cõtrouersia dubitatio, quoties excõmunicatio pro futuris culpis lata sit per legẽ, aut

aut ſtatutum: an ea ligetur ſubditus ſtatuentis agens contra ipſius
3 ſtatuti prohibitionem extra territorium? & dubio procul vbi ſimpliciter ſtatutum excommunicationē inflixerit, minimè ea ligabitur ſubditus ſtatuenti delinquens extra ipſius territorium. cap. vt animarū periculis. de conſtit. in. 6. l. vlt. ff. de iuris. omni. iudi. & eſt communis opinio, vt fatētur Doct. præſertim Paul. Pariſi. conſ. 159. col. 2. lib. 4. Feli. in dict. cap. à nobis. Rochus Curti. de conſuetudine. q. 13. & Henric. Bottæus in trac. de Synodo. 3. part. art. 2. num. 21. Alex. conſ. 111. incipiēti. ponderatis verbis. num. 1. & 2. libro. 1. notat Bart. in. l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. verſ. octauo in. 2. mēbro. qui tamē num. 45. conſtanter aſſeuerat, contrarium reſpondendum eſſe, vbi ſtatutum generale expreſsim eandem excommunicationem indixerit aduerſus ſubditos extra territorium delinquentes. id etenim poſſe fieri probare videtur tex. in. l. vlti. ff. de decret. ab ordi. faci. Hanc Barto. opinionem ſequitur Hippo. in dict. l. vlt. ff. de iuris. omni. iudi. num. 142. & cū ea tranſit Signorolus de Homodeis in dicta. l. 1. & plæriq; alii, quorum meminit hanc opinionē ſequutus Alex. conſ. 41. lib. 5. idem Alex. inibi dubius in dict. conſ. 111. num. 1. & teſtatur Rochus in dict. q. 13. omnes doct. tranſire cum opinione Bart. cuius opinionem probat Bottæus in dict. art. 2. num. 25. in pœna ſtatuti per ſententiam imponenda. idem Corol. Molinæ. in dict. Alex. conſ. 111. hi etenim, & alii veram eſſe cenſent Bart. opinionē. quæ quidem ſententia iure defendi non poteſt. Nam in dict. l. vlti. & in dict. cap. vt animarum. §. ſtatuto. palam conſtat, legem, aut Canonem, vel ſtatutum minimè vim habere extra territorium ſtatuētis: cum id habeat vim à poteſtate ipſius legis latoris, quæ non egreditur proprium territorium. Sic deniq; Bartoli aſſertionem falſam eſſe cēſent Angel. & Paul. in. dict. l. vlti. Panor. & Feli. in dict. cap. à nobis. de ſent. excom. & ibi Card. idem Abb. in cap. vlt. de for. compet. nume. 40. Domi. & Ioan. Crottus in vlt. notab. in dict. §. ſtatuto. optime Paul. Pariſi. in dict. conſ. 159. col. 1. & 2. lib. 4. Bertachi. 4. lib. de epiſcopo. 2. part. num. 34. & Roch. Curti. in dicta. q. 13. quorum opinio iure certior eſt: nec poteſt cōmode Barto. ſententia defendi. idcirco oportet animaduertere an quidquam hac in diſputatione mouere poſsit iuriſconſulti locus in dict. l. vlti. ff. de decret. ab ordine faciend. cuius hæc ſunt verba. municipali lege ita cautum erat. ſi quis extra municipium iudicio agat, prohibeatur, & ſoluat drachmas mille. ſcilicet ne agere debeat, vel ſtare, vel aliquā negotiationem exercere extra municipium, quæſitum eſt. & cætera. Hæc inibi iurisconſultus iuxta vulgarem lectionem, ex qua Roma. in

singul.516.adnotauit,posse ciuitatẽ, & principem inferiorem lege lata prohibere,ne quis ei subditus extra ciuitatem,vel prouinciam mercaturam exerceat,domiciliũue habeat. idẽ & Rochus Curtius in dicta.q.13. fere ad finem.in.1. limitatione.quæ quidem lex multis iusta censeri poterit,quæ modo missa facimus tantum id tractaturi,an hæc adnotatio in dict.l.vlt.probet. & deniq; probatur inibi,si lectionem vulgarẽ probauerimus.at si iurisc̃o sulti locus ex Græco aliter deducatur in latinam linguã,nõ ita Romani opinio ibidẽ cõstabit:imo erit satis ab ea responsione aliena.etenim Andre.Alciat.lib.2.disputatio.ca.18.Græcam illam legem municipalem ita ad verbum transfert.si quis extra collegium experiri iudicio voluerit,prohibeatur, & soluat drachmas mille. Nam quæ vulgo in eodem responso continentur existimat idem Alciat. addita omnino iurisconsulto fuisse ab aliquo forsan,qui nec græca,nec latina intellexerat.ecce lector candide legem illam municipalem, cuius meminit iurisconsultus,nihil statuisse circa actum extra ipsius muncipii territorium contingentem,sed punire constituit,agentem extra collegium forsan aduersus alterum decurionẽ,etiã si intra municipi territoriũ ageret.in plerisq; siquidem rebus collegium ipsum iurisdictionẽ intra totius municipii territoriũ habebat.Nihilominus vera est Romani sententia,quoties ea lex facta fuerit in vtilitatẽ illius municipii, quod eã statuerit.Nec tũc punit delictũ cõmissum extra territoriũ simpliciter,sed offensa per subditũ propriæ ciuitati,& patriæ facta:qua ratione potest subditus alicui principi,eius legibus cõprædi, & puniri propter obligationem, quais tenetur patriæ vtilitatem publicam diligenter obseruare, vel ab ea discedere amissa ciuis, & incolæ conditione: ciusque priuilegiis, & iuribus priuatus alio domiciliũ transferre.

¶Sed & ab codẽ.§.caueant.omnium consensu expresim colligitur, non posse adhuc pro culpis præteritis excõmunicationis sententiam pronunciari sub ea cõditione,si intra certũ tẽpus quis nõ satisfecerit, 4 nisi mora in exhibenda satisfactione,vel culpa,seu offensa præcesserit vnde cõstat,necessariũ fore, quod mora ista, vel culpa præcedat per monitionem competentẽ, trinam scilicet,& canonicam.huic decisioni merito à quibusdã obiicitur responsio tex.in ca.præterea.de appellat.quo in loco præmittit Romanus põtifex,posse quẽ excõmunicari ea conditione,si intra decem dies Sempronio nõ satisfecerit,aut quã titatem ci debitam non soluerit. Potest tamen non incongrue respõderi,in ea specie moram trina canonica monitione præmissa præcessisse in non satisfaciendo: atque ita iuxta sensum, & interpretatiõẽ

tionem istam apparet, non differre tex. in dict. §. caueãt. à decisione capitu. præterea. imo similes esse has iuris pontificii responsiones. Addit sane Romanus pontifex in dict. ca. præterea. excommunicationis sententiam hac conditione latam, si intra decem dies quis non satisfecerit, suspendi per appellationem. & hæc est communis ex illo capit. adnotatio: quam etiam admittunt Ioan. Andre. & Doct. in cap. is cui. §. vlt. supra eodem tit. apud Theologos Paluda. in. 4. sent. dist. 18. q. 1. col. 3. versi. sexta conclusio. Imo licèt alioqui à sententiis conditionalibus appellandum sit intra diẽ, & tempus à iure cõstitutũ ab ipso die sententiæ computandũ vt not. in cap. quo ad consultationem. de re iud. Tamẽ à sententia cẽsuræ sub conditione lata quo ad effectum suspensionis satis est, quod appellet ur ante conditionis, vel diei euentum, etiam si decem dies dati ad appellandum fuerint elapsi: quemadmodum consensu fere omniũ obtentum est in dict. cap. Præterea. ad uersus Panor. ibi, cuius opinionẽ, sequuti communem, ipsius Panormitani rationibus respõdentes improbant inibi Francus, & Deci. idẽ Francus in dict. ca. is cui. §. vlt. hoc ipsum sensit subobscure glo. in dicto. capitulo. Præterea requisiti. de appellet.

¶Illud vero non est omittendũ, posse sententiam excõmunicationis in aliquem ferri sub conditione ista: si intra diem certum non satisfecerit, etiam nulla præcedente mora: modo consensus ipsius excõmunicandi accedat in hũc sane modum, vt quis promittat coram iudice ecclesiastico soluere centũ Titio intra mẽsem, subiturus alioqui excommunicationis censuram ab eodem iudice statim in eum ferendam ea conditione: tunc etenim tẽpus illud datum censetur ad canonicam monitionem constituendã. Hanc opinionem tenet Ioan. Andre. in cap. P. &. G. de offic. deleg. authoritate glo. ibidem verb. promulgares. quam sequitur Barb. inibi, & idem in cap. vlt. col. 2. de emptio. de quo plęriq; dubitarunt existimantes, hunc consensum nõ esse sufficientem, vt excommunicatio feratur absq; canonica monitione: idcirco cum finito tẽpore iam constituto excommunicatio ferenda sit, non aliter ferri debet, quam præuia trina canonica monitione: siquidem tempore sententiæ apparere debet contumacia, vt excõmunicatio iusta sit. qua ratione Card. Abb. & Feli. post alios in dict. cap. P. &. G. non omnino admittunt prædictam glo. opinionem ita, vt exposuimus intellectam. & tamẽ Hostie. Innocent. Panor. num. 9. & Imol. 3. col. rem istam in dict. ca. P. &. G. amplius explicantes duas cõstituerũt species huius quæstionis. Prima etenim est, quoties quis promittit alteri soluere intra mensem centum consentiens mense finito,

si nõ

si non soluerit, excõmunicari absq; vlla monitione: quo in casu fere Innoc. Hosti. Card. Panor. Feli. & omnes communiter asseuerant, excõmunicari hunc debitorem nõ posse, licet intra mensem non soluerit promissam quantitatem. qua si pactum istud iniquum sit, & cõtrariũ canonicis sanctionibus, quæ ad vtilitatem publicam trinam canonicam monitionẽ exigunt, præuiam equidẽ iustæ excommunicationi. tametsi alioqui idẽ Innocẽt. in cap. sacro. de sent. excommuni. & Feli. inibi num. 5. & idem in capit. cũ sit Romana. de appellat. Ioan. Andre. in di. ca. P. &. G. tenuerint, excõmunicationẽ ferri posse absq; trina canonica monitione, quoties ea pro futuris culpis ferenda sit. quã ob rẽ in hoc priori casu minime placet quod ex Ioãne Andræa solet in dict. cap. P. &. G. adnotari. posterior autem species ita cõstituitur, vt debitor, qui promittit alteri centũ intra mensem soluere, consentiat expressim in ipsum statim ferri excõmunicationis sententiã sub ea conditione, si intra mẽsem non soluerit centũ. etenim in hoc casu pro futura culpa absque monitione potuit excõmunicari: prẽsertim quia tẽpore quo debitor consensit huic excõmunicationi, tẽpus illud vnius mensis acceperit pro canonica monitione, & se fore culpa affectum, & dignũ excõmunicatione fatetur, si intra diẽ prẽfinitũ nõ soluerit. deinde quãuis excõmunicatio hẽc cõditionalis ferri nõ debeat in quẽquã absq; rationabili causa: vt decisum est in dict. §. caueãt. satis tamẽ rationabilis causa cẽsetur ipse cõsensus excõmunicandi. quo fit, vt in hoc posteriori casu vere accipienda sit Ioan. Andre. & glo. alioqui obscura, & dubia sentẽtia: sicuti eleganter adnotarunt Innoc. Hosti. Imol. & Panormita. in dict. cap. P. &. G. Lapus allegat. 73. Francus in dict. §. caueant. Cœpola in cautela. 117. Martinus Azpilcueta in cap. cum contingat. de rescript. 5. nullitatis causa. & Chosmas in pragmati. sanctione tit. de pignorantibus cultum diuinum. verb. Abolentes. sic sane apud Romanam curiam frequentissime qui pensionum constitutioni, & reseruationi consentiunt, à Romano Pontifice, vel ab eo, qui eius vicaria opera ad hoc, vtitur excommunicantur maiori excommunicatione, ea conditione, si pensionem die constituto non soluerint. Hoc etenim fit ex consensu ipsius excõmunicandi: quẽadmodũ tradiderunt Guiliel. Cassador. decis. 2. de pẽsionibus, super regulas cancell. & decis. 12. tit. de reseri. imo & ratione huius cõsensus nõ poterit, qui cõsensit, appellare ab hac sentẽtia excõmunicationis pẽdẽte cõditione, nec ante diẽ, secũdũ Innocẽt. Io. Andre. Bald. colum. 3. Panor. & alios in dict. cap. P. &. G. eundem Bald. in ca. quod. translationem. de off. legat. Iason. in. l. si conuenerit. col. 4.

col.4.in.3.limitat.ff. de iurisd.omni iud.Catelli.Cottam in memoralibus.verb.Appellari.ex quibus satis constat,quo nam modo curiæ Romanæ praxis defendi valeat.

¶Postremò ab eadem decisione, quæ in dict.§.caueant.exposita est, infertur,iuri pontificio maxime cõtrarium esse vsum forensem apud
5 ecclesiastica tribunalia receptissimum.Solent enim iudices præcepta iudicialia præsertim ea, quæ in id destinãtur,vt quis ad iudicium accedat,ab excommunicatione cõditionali constituere ita quidem, vt cuilibet præcipiant vel ad iudicium accedere,vel aliquid aliud agere, intra quindecim dies, quos pro canonica monitione tripartitos designant,sub pœna excommunicatiõis maioris ipso facto statim ex die præcepti inflictæ,si illud agere omiserint. Nam licet possit vnica monitio tribus distincta dillationibus,pro trina solenni monitione assignari: tamẽ quod ab initio, & principio præcepti statim sub conditione futuræ offensæ,& contumacię excommunicatio feratur, & pronuncietur maxime refragatur responso prędicati.§.caueant.& tamen huius praxis iam diu receptæ meminêre Anto.Imola.& Panor.ac Feli.in cap.2.de testib. cog. Ioan.Vanchel.in dict.§.caueant.& Anania in capit.1.col.penult.de sagit.Ancha.vero cons.60.in specie licet huius praxis nõ meminerit improbat excommunicationis sentẽtiam secundum eam à iudice quodam latam:nec audet eam censere nullã,sed iniustam esse opinatur: tametsi Ana.eam nullam esse censeat.& sane quamuis præcitati authores asseuerent hunc forensem vsum esse contra tex.in dict.§.caueant.respondendum erit cum Ancha. excommunicationem ita sub conditione latam potius iniustam esse,quam nullam. quod probari videtur in dict.ca.Romana. & sentiunt Pano.& Doct.in dict.cap. à nobis.in.1.extra eo.tit.

Cæterum praxis ista forensis plane defẽdi poterit,quoties iusta causa iudicem mouerit ad excommunicationem ita ferendam.Nam in dict.§.caueant.statim adiicitur:aut alia rationabilis causa subsit. iusta autem causa potest assumi vel ex eo,quod ob præcedẽtem causæ cognitionem,vel aliunde iudex futuram contumaciam coniectura vero simili præsumat: vel vocatus ad iudicium,& is,qui monendus est, ita procul domicilium habeat, aut commoretur,& habitet, quod maximis dilationibus,& forsan periculis locus foret, si separatim præmitterentur monitiones,ac deinde sententia excommunicationis pronunciaretur: quemadmodum Panor.scribit in dict.cap.2.de testib. cogend.quin & propter frequẽtissimam hisce temporibus, quo ad iudiciales citationes cõtumaciã,& mille tergiuersationes, qbus homi nũ malitia quotidie crescẽs locum

fecit

fecit,admittẽda videtur,& proban da hæc forenſis conſuetudo:modo caute,non temere,ea iudices vtantur.Etenim poſſe conſuetudinem hoc inducere, ac derogare iuris reſponſo in dict.§.caueant.expoſito, admodum probabile cẽſeri debet: ſiquidem & forma,aut ſolennitas ſtatuta in cap.1.ſup. eodem tit.tolli conſuetudine forenſi poteſt, ſicuti opinantur AEgidius à Bellamera in deciſ. 243.&. 339. ac Guiliel. Caſſador.in deciſ.2.titu.de penſionib.ſuper reg.cancell.num. 10.

¶His omnibus adiiciendum eſt, in dict.§.caueant. regulam, & exceptiones conſtitui ineum modũ, quem paulo ante in huius.§.initio retulimus.Et tamen hinc apparet, non ſatis conuenire exceptionẽ illã: niſi culpa,vel offenſa prẽceſſerit:illi regulæ,quæ dictauit, etiam pro commiſsis culpis non eſſe quem excommunicandum ea conditione,ſi intra certum diem non ſatisfecerit:cui prædicta exceptio adhęret.Siquidem permitteret tex.in exceptione,quem excõmunicari pro offenſa,vel culpa commiſſa ea conditione:ſi intra diem certum non ſatisfecerit:quod in regula ipſa negauerat.idcirco ita eſt explicanda reſpõſio illius capitis,vt duas ex eo conſtituamus regulas,quarum cui libet propriam,& deinde communes aptemus exceptiones.Prior regula ſtatuit,non eſſe ferendam excõmunicationem pro futuris culpis.Huic autem exceptio ſecũda cõuenit:ſcilicet,niſi vel culpa,vel offenſa præceſſerit:tunc enim non tã tum pro ipſa præterita culpa, aut offenſa excommunicatio poterit pronunciari:ſed & pro futuris: vt inibi tradidit gloſſ.verbo. culpa. & verb.offenſa.Poſterior autem regula id habet,quod excommunicatio minimè feratur ea ſub conditione,ſi intra decem dies non ſatisfecerit.& huic regulæ conuenit exceptio illa:niſi mora in ſatisfaciendo præceſſerit. vtriq; uero regulæ ea exceptio generalis apta videtur: aut alia rationabilis cauſa ſubſit. In hunc ſane ſenſum, ni fallor,accipiẽda eſt prædicta deciſio tex.in dict. §.caueant.

¶In hac aũt ſententia excõmunicatiõis cõditionali eſt illud præcipue obſeruãdũ,quod aduenięte die vel cõditione ipſa excõmunicatio effe
6 ctũ habet ab eiꝰ diei tẽpore,nõ aũt trahit retro ad diẽ pronũciationis. Nã in his ſpiritualibus,fictionibus locus nõ eſt:ſed veritas ſemper attẽditur:vt eleganter notat Archi.in cap.vnico.de voto.iſt.lib.quem refert,& ſequitur Panor.in capitulo. conſuluit. de iure patro. & idem in quæſtione.incipienti ſtante ſtatuto.columna.2. Atq; in ſententia excommunicationis eſt tex. celebris in cap.licet iſt.titulo. ſuper cuius deciſione diſputauerunt. gloſſ.& Doct.in capitulo.ſæpe.de appellat.idem omnino aſſeuerantes.idem gloſſ. communiter probata in capit.vt ſuper. de appellat.

ist.lib.Domi. consi. 99. ex quibus apparet, excommunicationem latam post appellationem, minimè habere effectum, nec vires assumere, licet post appellatio fuerit desera ta, vel appellationi fuerit renunciatum. Quo fit, nequaquam admittẽ dam fore in his censuris iuris ciuilis fictionem, vt retro trahantur. Et quamuis à Panor. & Decio, in dict. cap. præterea. multa tradantur de extremis idoneis ad fictionem constituendã: profectò in hac quæstione potissimum est considerandum, non esse fictionem admittendam, nec euentum cõditionis trahi retro, quia æquitas omnino deficiat, quæ causam præbet huic, & aliis fictionib⁹. l. qui in vtero. ff. de statu homi. l. postliminii. ff. de capti. in princip. tradit Bart. in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. nu. 67. AEquum autem non est, quod excõmunicatus sub cõditione veræ cõtumaciæ, & ad iustitiam excõmunicationis requisitæ, eo tẽpore iudicetur excõmunicatus, quo nõ dũ eã contumaciã cõmisit, quam iudex ad excõmunicationẽ necessario exegerit. deinde qui eo tẽpore, quo cõditio pendebat, admissus est ad catholicã fideliũ cõmunionẽ, & eorũ colloquia, ac familiaritatẽ, nõ potest, eueniente conditione his habitis suffragiis, & cõmunione præcedẽti priuari, qua ratione excõmunicatio quo ad eius effectus, vel statim ligat, & afficit quẽpiam, vel nullũ in eũ infert damnũ: atq; pẽdere non potest, imo à die, quo infligitur ligat, si valida est, vel nullum habet effectum, si nulla sit.

Vnde excommunicatio lata sub conditione, vel die, nusquam afficiat eum, in quem fertur, donec dies, vel conditio eueniat: nec prius lata censetur: & ab eo die tantum vires habet quippe quæ antea lata nõ sit, nec inflicta. idcirco etiam si interim appellatum non fuerit ab excommunicando, nequaquam retro trahitur: quemadmodũ frequẽtiori doctorũ iudicio adnotatũ extat post glo. inibi sub obscurã in dicto. capit. præterea. tametsi Panor. ibidem contrarium senserit: sed & communem sententiam sequitur Anchara. in cons. 158. num. 33.

¶Præter hęc quę de hac excõmunicationis cẽsura iuste, ac canonice ferẽda modo adnotauimus, superest, vt eundẽ intendẽtes scopũ illud admoneamus: nẽpe, excõmunicationẽ vel hominis, vel iuris nusquã, re
7 gulariter saltẽ, ignorãtem afficere. Nã excõmunicatio, vt diximꝰ, ferẽda est in cõtumacẽ: ca. nemo. 11. q. 3. quę quidẽ cõtumacia prorsus abest ab ignorãte. l. qui ignorãs. ff. locati cũ aliis quę possent ad hoc induci: præmaxime tex. in ca. 2. de cõstit. ca. si vero. in. 2. ist. tit. ca. vlt. qui matri. accus. poss. l. vlt. ff. de decret. ab ordi. faci. l. vlt. ff. de legat. 1. l. Methrodorum. ff. de pœnis. Ex quibus satis colligitur, constitutionem, vel statutũ alicuius prouincię minimè ligare ignorãtes, vbi ignorã-

tia

tia culpa caret:nec crassa, aut supina dici potest:quemadmodum explicãt Panormi.Feli.& Deci.in dicto.capit.2.gloss. in .l.1.ff.de receptat.Roma. consi. 473. Hac tamen in parte missam faciemus quæstionem illam:quando iuris ignorantia excusat quẽ à pœna, à damno, vel ab aliis,quæ iure sunt à subditis agenda, tractaturi tantum de ignorantia quo ad excommunicationis censuram,an ea ignorans ligari valeat.Etenim an vere excommunicatus,si huius excommunicationis inscius celebrauerit,sit puniẽdus,vel sit irregularis,& an collatio beneficii ei facta valida sit, scripsimus superius in.§.7.nume.3. & in.§.6.num.9.obiter etiam de ignorantia culpabili aliquot adnotauimus in reg.possessor.2.part.§.7.nu.7.de regul.iur.Igitur ad quæstionis resolutionem distinguere oportet excommunicationem hominis ab excommunicatione iuris . Nam præmissa canonica monitione iuxta constitutionem capitu.sacro.eo.titu.potest quis absens,& ignorans excommunicari ab homine.tex.in ca.cum sit Romana.§.vlt.de appellat.glo.& inibi Panor.& alii in capit.Apostolicæ.de cleri.excom. ministr.notat Paul.Castre.in.l.absenti.ff.de donat.& in.l.si absenti . ff. de acquir.poss. Quo quidem casu excommunicatio quo ad vinculũ etiam in ignorantem , & insciũ proprium effectum operatur:sicut communi omnium sententia decisum est post.glo.in dict.cap.Apostolicæ.de excommunicatione lata iure communi,siue tractemus de ipsius excommunicationis effectibus quo ad vinculum,siue quo ad pœnas iure statutas,tunc profectò ignorantia reddet quem immunẽ, & liberum,cum iuris communis ignorantia iusta sit,& iure quempiã excusare valeat, nõ alias, quod ab omnibus his colligitur, quæ solent tradi de ignorantia iuris : atq; in specie admonent Ludoui. Gomeci.in reg.de subrog. collit.q .7. Adrian.in.4.sent.in tract.de clauibus.q.3.versi.ex his aliter.& versi. fortasis.& statim amplius probabitur.Quibus quidem perpensis apud Romanam curiam forensis vsus obtinuit excommunicationẽ ab initio,& die constitutæ pensionis indictam ea conditione,si pensio soluta non fuerit,ligare ipsum, qui ad pensionem soluendam tenetur,si per se ipsum eidem pensioni consensit, etiam si literæ, quibus pensio constituitur , nondum fuerint ostensę,& per specialem demonstrationem cognitæ. Quod si quis per procuratorem pensioni consenserit,& intra diem præfinitum eam non soluerit,minimè afficitur excõmunicationis sentẽtia, donec literæ, quibus pẽsio fuit cõstituta,sibi fuerint cognitę, & solẽniter ad solutionẽ pensionis ostensę:quod expressim tenẽt Guili.Cassador.deci.2.tit.de pẽsio.super reg. cãcell.& deci.12.de reseri.& Hiero.

Gigas de pensionib.q.94.

In summa,sententia excõmunicationis latæ à canone,tunc demũ ignorantem non ligabit, cũ ea canonis,& iuris ignorantia ipsum legis transgressorem à mortali culpa excusauerit. Quod Adrian.in dict. q.3.non semel admonet.tradit optime Alfons.à Castro de potest.leg. pœnalis.lib.2.capit.14. versi.prima propositio.Superius etenim ostẽdimus,nõ aliter quã pro mortali culpa censurã istam esse infligendã,vel à iure inflictã cẽseri.Quod obseruã dũ est ad huius quęstionis integrã cognitionẽ ex dictis, & traditis in dict.reg.possessor.secunda parte.§. 7.numero septimo. nihilominus passim iurisutriusq; Doct. aliquot in specie tradidere, quæ necessario suntexplicanda.

¶Primũ etenim quæritur, quid de excommunicatione lata per statutum alicuius prouinciæ speciale: & tex.in cap.2.de constit.ist.lib.decreuit, non ligari ea excommunicatione ignorantes.statutum enim est quid facti:cuius ignorantia præsumitur,& regulariter absq; culpa contingit. Sic etenim obtentum est in dicto capitulo secundo. & in lege vltima.ff.de de Decret. ab ordi.faci.l. generali.C. de tabul. lib.decimo.Qua de re optime in pulchro casu tractat Matthæ. Afflictus in constitutio. Neapolita. rub.10.numero octauo.lib.primo. & Henric.Bottæus in tractatu.de Synodo.3.parte. articulo secundo. numero.35.

Scribit tamen Bernardus in dicto capitulo.à nobis.excommuni-
8 cationem speciali statuto latã pro actu iam lege diuina damnato,statim afficere,& ligare eius actus authores,etiam ignorantes. Cum sit satis eos scire actum illum damnatum esse,vt excõmunicatione pro eius pœna statuta ligentur. siquidem minimè necessariũ est, quod quis habeat scientiam pœnæ lege aliqua statutæ,vt ipsam incurrat agens actum alioqui reprobum,sed satis est,quod sciat,vel scire tenea-tur actum illum illicitum esse. & sane Anto.Abb.& Feli. in dicto. capitulo.à nobis. hanc opinionem gloss. veram esse censent in aliis pœnis præter excommunicationem,in qua contrarium iure respondendũ fore existimant tenentes, excommunicationem statuto speciali latam pro actu,etiam iure diuino,& humano damnato, minimè afficere ignorantes, qui huius pœnæ ab eodem statuto latæ ignorantiam habent.Hanc opinionem gloss.in genere tenent Barto. columna septima. versic. secundo quęro.& ibi Bald.in.l.1.C.de summa trinita. columna decimatertia. versi.circa maleficium.& alii relati per Iaso.inibi. columna quinta. versi.secundo subtilius. & Henri. Bottæum de Synodo.3.part.articu. 2.numero.17.quorum opinioni suffragatur.l. vulgaris.§. siquis. ff. de furt.& in.l.scientiam.§.si quis. ff. ad.l.

ad.l. Aquili.eidem sentẽtię quo ad quamlibet pœnã acceſſere Alberi. in.1.par.ſtatut.q.15.&.3.part.q.1.& Ancha.in rep.cap. canonũ.12.q. de conſtit.& in dict.cap.vt animarũ. 5. oppoſione.

Contrariã aſſertionẽ probare conantur in vniuerſum quo ad pœnam quancunq; Ioan.Andre. Domi. & alii in dict. cap.vt animarũ periculis.de conſti.in.6.Antoni. in cap.2.col.4.de cõſt.& ibi Feli. nu. 6.verſ.Tertia concluſio.Rota in nouis.444. Huic opinioni eius authores illud conantur aptare fundamẽtum,quod ab eodem cap. vt animarum periculis.Colligitur nempe,ſtatutũ pœnale nõ afficere ignorantes: & agit ille tex. de ſtatuto prohibente furtum,ideſt,rem iure diuino,& humano prohibitã. illa vero conſtitutio in prima eius parte dum hanc deciſionem exponit, generalis eſt,nec tantum de excommunicationis ſentẽtia tractat:imo generaliter conſtituit,ſtatutum epiſcopi non ligare ignorantes. Idcirco inde conſtat,epiſcopi ſtatutum nequaquam ignorantes quo ad pœnam quancunq; afficere.His accedit,quod animus, & voluntas diſtingunt delicta.cap.cum voluntate.de ſent.excommu.l. qui iniuriæ.ff.de furtis.l.verum.in princip. ff.eo.titu.l.quod reipublicæ. ff. de iniur. ex quibus,& aliis, quæ miſſa facimus,huic ſententiæ ſubſcripſere Ioan.Crottus in dicto.capit. vt animarum periculis.in fine principii.& Iaſon.in dict.l.prima. numero.31.in.1.lectione.& in.2.lect. numero.70. aſſeuerans, hanc opinionem in iudiciis pronunciandis ſeruãdam fore:quod & Cinus ibidem priorem opinionem ſequutus aſſeuerauit:& præter hos Henri.Bottæus in dict.articulo ſecundo.numero.17. itidem profitetur, in iudiciis hanc ſententiam tenendam eſſe,quam & æquiorem exiſtimat.in dict. cap.à nobis.

Non me latet,hanc controuerſiã ſatis eſſe difficilem,& tamen libere quid hac in re ſentiam minimè verebor exponere,cõſtanti animo profeſſus,errorem eſſe admodum manifeſtũ,quo iuris vtriuſq; Doctores in hac diſputatione vtuntur cẽſentes,nõ poſſe puniri pœna legis, vel ſtatuti eum,qui huius pœnæ inſcius,& ignarus ſit.etenim aut ipſe fallor,aut hæc eſt maxima, ne dicã pudenda oſcitantia.Quæram equidem libenter ab huius erroris authoribus,an ſit puniendus pœna legis cõmunis ſpecialem pœnã adulteris conſtituentis, aut inceſtis, aut furibus,qui adulterium,inceſtum, aut furtum commiſerit ſciens, ſe id ſcelus agere,inſcius tamen probabili ignorantia, pœnæ ſtatutæ, quia ruſticus,aut fœmina,qui non tenentur legis huius pœnalis ſcientiam habere, nec ad criminis huius commiſsionem peritiores conſulere? & profectò negare nequeunt,nã & ipſi hoc paſsim fatẽtur, in hunc ita delinquentẽ infligendã

esse iuris cõmunis pœnam. ergo satis est, ad pœnam legis, quæcunq; ea sit, quod actus alioqui iure diuino, vel humano, quod quis scire tenetur, prohibitus sit: nec erit necessarium, quod ipse delinquens, aut agens contra legem sciat, hanc vel illam pœnam pro eo actu constitutam esse. Quod si dixeris, in hoc casu, de quo modo interrogauimus, teneri quẽpiam cõsulere peritiores, & scire leges pœnales, quę à Republica iure cõmuni statutę sint: idẽ erit dicendũ & quo ad leges municipales, & statuta prouinciarũ. Nã licet facilius excuset, aut præsumatur ignorantia iuris municipalis, quã iuris cõmunis, & generalis: tamen quoties quis cõsulere peritiores tenetur, ita pariq; ratione consulere debet eos, & ab eis facillime instrui potest super legibus municipalibus, ac super iuris cõmunis cõstitutionibus. rursus & ipse quærã, siquis crimen, aut actũ sola municipali lege prohibitum commiserit sciens eum actũ lege municipali vetitum esse, & tamen inscius sit pœnæ aduersus agẽtem statutæ: an & hic sit puniendus pœna statuti? & deniq; opinor, neminẽ ita obtusæ mentis esse, qui negare sit ausus, hũc pœna legis municipalis puniẽdum fore. Quod si necessarium nõ est, vt delinquẽs puniatur, quod is scientiam habeat pœnæ pro ipso delicto statutæ, sed erit satis, quod sciat, vel scire debeat, actum, quem agit malum esse, & illicitum: constat euidenter, quoties municipalis lex prohibet actum alioqui iure diuino, vel communi damnatum, & pœnam addit, minimè excusari ab hac pœna eum, qui ignarus huius legis municipalis actum prohibitum egerit: cum is sciens, illũ esse damnatũ, & improbum, nihilominus fecerit eundẽ: si quidẽ tantũ ei deficit scientia pœnę statutæ, quę, vt dixi modò, necessaria non est.

Sed, quo apertius perstringã, & probem, non esse necessariam scientiam pœnę legibus statutæ pro crimine, vt eius author eadẽ pœna puniri possit, ita quidem argumẽtor.

Hęc scientia aut exigitur, vt legis transgressor vere dicatur criminis reus: vel vt is pœnę legis visus sit consentire: quo rectius puniri valeat, & iustius. Nã ad pœnam tenetur delinquens naturali quadam obligatione, quæ ex consensu delinquentis procedit. l. Imperatores. ff. de iure fisci. l. 1. §. bestias. ff. de postulan. Auth. de non alienand. §. quia vero Leonis. notãt Bart. in. l. ex hoc iure. ad finem, & ibi Ias. ff. de iust. & iure. tex. in. l. vlti. C. de collat. fund. patri. lib. 11. Angel. Paulus & Iason in. l. si tibi. §. quædam. ff. de pact. Quorum omnium sententia eo tendit, vt obligatio, quæ ex delictis oritur, naturalis sit, & à consensu in legalẽ pœnam procedat. Etenim partim expresse id assecuerant, partim tacite ex pręcitatis authoritatibus, qbus cõsensus in pœnã significaĩ, deducẽtes, obligationem

nẽ ex delictis naturalem esse. Quã opinionem ita intellectam cõmunem esse testatur eam sequutus Gomeci.in.§.omnium.1.col.instit. de actioni.contra glo.in.§.ius autem. inst.de iure naturali gent.& ciuili. quã inibi Angel.& alii reprobant. consensns autẽ in pœnam legis nõ potest procedere ab eo,qui eiusdẽ pœnæ legalis ignorantiam habet: cum nihil consensui magis aduersetur quã error.l.si per errorẽ. ff.de de iurisd.omni.iudi.l.error.C.de iuris,& fact.igno.sed si nulla ex his rationibus omnino locum obtineat:cũ alia vere dari nequeat, facillime quis colliget,nõ esse necessariã scientiam pœnæ legalis, vt quispiã legis transgressor ea puniri possit. Ostẽditur vero hoc ipsum:quia prior causa satis est impertinẽs,nec ad rẽ cõducit:cũ per ipsius legis prohibitionem simplicẽ manifesta sit volũtas legislatoris,quę sibi subditos obligat naturali quadã obligatione,vt eidẽ legi obtẽperent: alioqui culpã,& pœnã legũ transgressoris subituri.quod sat est ad cõstituẽdos ciues,& reipublicę subditos in ea mora,quę veros transgressores legis efficiat.

Secũda vero causa lõgius erit repetenda:etenim falsũ esse cẽsemus,obligationẽ naturalẽ ex delictis à cõsensu oriri:siquidẽ præter alia, quæ statim explicabimus, nihil magis alienũ est ab ipsius delinquẽtis animo,quã in legis pœnam cõsentire, vel inde aliquam obligationem contrahere:cum nec de hoc cogitauerit,imo existimauerit, se à pœna vel fuga, vel aliter immunem, & liberum fore. Nam &.S. Tho in.4.sent.dist.18.q.2.art.5.ad.2.q.in quit,pœnę principiũ extra nos est, nec requiritur ad pœnam,quod sit voluntaria: imo magis de ratione pœnę est contra voluntatem esse. sed & Bart.in dict.l.si tibi.§. quædam.expressim asserit,nullum adesse consensum huic obligationi, quæ ex delicto nascitur.Soci. item in.l.certi condictio.in princ.num. 2.ff.si cert.pet.scribit dubium esse, quod obligatio naturalis in delictis à consensu procedat. Ad hæc Diuus Augustinus lib.1.retract. capit.15.cuius Gratianus meminit in cap.1.15.q.1.cum dixisset,peccatum non posse esse nisi voluntarium: secus esse subdit de pœna peccati: quasi ea ab ignorante, & nolente cõtrahatur.ita quidem induxit hũc locum Fortuni.in.l.legitima.ff.de
11 pact.num.19. ad hanc opinionem. verba Augustini hæc sunt,vt & obiter intelligamus verum sensum tex.in dict.capit.1.itemq; definitio peccati,qua diximus:peccatum est voluntas retinendi,vel consequendi quod iustitia vetat.& vnde liberũ est abstinere.Propterea vera est, quia id definitum est,quod tantũ modo peccatum est,non quod est etiam pœna peccati.Nam quando tale est,vt idem sit & pœna peccati,quantum est quod valet voluntas sub dominante cupiditate, nisi

forte si pia est, vt oret auxiliū? Hæc Augustinus. qui parum nostræ disputationi suffragatur: cū pœnam peccati appellet, & intelligat vitiū illud nostræ naturæ per peccatum primi parentis corruptæ, & solutæ à iustitia illa originali, quā primus homo in sua creatione sortitus fuerat. Hoc enim vitium, carnis est cō cupiscentia, quæ pœna dicitur, & est originalis peccati. soluta nanq; originalis iustitiæ Harmonia, concupiscentia, seu lex peccati in membris nostris dominans, effrenes efficit vires sensitiuas, vt iam sensus, & cogitatio hominis prona sint ad malum ab adolescentia sua, caroq; concupiscat aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, inueniatq; homo aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, teste Paulo, qui ad Roma. capitu. 7. inquit. video autem aliā legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. est igitur concupiscentia carnis, peccati originalis pœna, & ea dicitur per tropum, & figuram peccatum. Siquidem licet iuxta catholicam definitionem per baptismum omnino tollatur peccati culpa, nec vllus maneat culpæ reatus, & sic tollatur peccatum illud originale, quod voluntate primi parentis voluntarium est, & nobis omnibus hæreditarium, manet tamē illius peccati pœna etiam post baptismum: & sic carnis concupiscentia, & fomes ille peccati: quæ quidem concupiscentia carnis, peccatum dicitur modo quodam dicendi, & tropologicè, quia vel facta est peccato: cum carnis cō cupiscentia à peccato primi parentis in pœnam illius processerit: vel quia peccatum ipsa facit, si quis voluntate; & consensu ei succūbat. vere autem ipse fomes, ipsa carnis cō cupiscentia peccatū non est, vt proprie peccatum dicitur culpa, & dei offensa, quam voluntas nostra dei præceptum transgrediendo committit. quemadmodum eleganter Diuus Augusti. explicat. lib. 1. ad Bonifacium, contra duas epistolas Pelagianorum cap. 13. sic enim ait. dicunt etiam baptisma non dare omnem indulgentiam peccatorū, nec auferre crimina, sed radere, vt omnium peccatorū radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, vnde crescant resecanda peccata. Quis hoc cum Pelagianis, nisi infidelis affirmet? dicimus enim baptisma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere. Nam & istam similitudinē comperi sue illos adhibere calumnię tanquam nos hoc sentiamus, atq; dicamus. sed de ista concupiscentia carnis fallì eos credo, vel fallere, cū qua necesse est, vt etiam baptizatus, & hoc si diligentissime proficit, & spiritu dei agitur, pia mente confligat. sed hæc etiam si vocatur peccatum: non vtiq; quia peccatum est,

sed

sed qa peccato facta est, sic vocat: sicut scriptura, manus cuiusque dicitur, quod manus eã fecerit. peccata autẽ sunt, quę secundũ carnis cõ cupiscẽtiam, vel ignorantiã illicite fiunt, dicũtur, cogitantur, quæ trãsacta etiã reos tenẽt, si nõ remittantur. & ista ipsa carnis cõcupiscẽtia in baptismo sic dimittit, vt quanquã tracta sit à nocẽtibus, nihil noceat renascẽtibus. hactenus Diuus Augu. ita intelligẽs illud Pauli ad Roma. capite. 7. Si enim quod nolo malũ id ago, iam nõ ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum ero. eiusdem Pauli capite sexto nõ regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiæ eius, nec exhibeatis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato. Ecce Paulum præcipere, quod non regnet concupiscentia, & sic peccatũ, & quod illi nõ obediam⁹: nõ tñ præcipit, vt nõ inhabitet peccatũ in nobis. nã & ipse. c. 7. statim subiũxit. Scio enim quod nõ inhabitat in me: idest in carne mea, bonũ. idẽ Augu. in aliis multis locis eandẽ doctrinã, & distinctionẽ repetit, quẽadmodũ aduersus ípiũ Luthe. tradidêre Ioan. Rofen art. 2. Ioã Bunderius in compendio concertationũ. titu. 1. art. 6. & sequentibus Alfonsus à Castro de hæresibus verb. præceptum. Dominicus à Soto de natura & gratia. lib. primo, capitulo. 11. & sequentibus. & super epist. Pauli ad Roma. capitu. 6. &. 7. probantes multis authoritatibus contra Lutherum, post Baptismũ legitime susceptum, in totum tolli originale peccatum ita, vt in renato nullum remaneat contagii originalis malum, quod veram habeat rationem culpæ, etiam si Lutherani contendant, cõcupiscentiam illam carnis, quæ & in sanctis viris, in quocunque vitiorum genere cõflictatur cum ratione, esse veram culpam, mortéq; æterna dignã. Quod equidẽ dogma impiũ est, & hæreticũ. etenim & synod⁹ Tridẽtina sessione. 5. canone. 5. hanc hæresim omnino dãnauit. manet autẽ Baptizatis in Christo Iesu carnis cõcupiscẽtia ad agonẽ, & certamen, atq; vt eis in exercitiũ sit, vincẽtibusq; ad coronã. Nec per illud præceptũ, nõ cõcupisces: prohibita est carnis hæc cõcupiscẽtia, quæ in omnib⁹ hominib⁹ etiã post baptismũ manet abq; eo, quod culpa sit. & eis imputetur in peccatũ: sed prohibetur interior volũtatis affectus, & cõsensus succũbens carnis cõcupiscentiæ: q vere peccatũ est, & proprie ad culpã pertinet. Hæc obiter adnotauimus ad verũ sẽsum corũ, quæ Gratian⁹ ex diuo Augu. scripsit in dict. c. 1. 15. q. 1. nam cũ Augu. tractauerit de pœna peccati originalis, quod voluntariũ fuit ex primi parẽtis volũtate, & nobis omnibus hæreditarium: eamq; distingat à peccato, proprie. quod volũtariũ est, tametsi fateat, pœnã istã quãdoq; dici peccatũ, & id improprie: nõ potestcõmode induci ad propositæ cõclu-

sionis probationem: siquidem longe alia est ratio eorum, quæ diuus Augustinus tractat: sicuti ex prænotatis constat.

Sed & hæc conclusio, quod nullus detur cõsensus ipsius delinquẽtis ad pœnam delicti: probatur authoritate Angeli, Pauli. & Iasonis in dict. §. quædam. dum asserunt, consensum illum, quem ipsi dixere, in delictis cõtingere ad pœnam. non esse verum consensum, sed fictum. quod si verus cõsensus hoc nõ est, sed fictus quidem, profecto constat, delinquẽtem nusquam in delicti pœnam consensisse: id etenim hi doctores fatentur, qui ad fictionem consensus confugiunt. fictus autem cõsensus ipsi legi, quæ finxit, tribuendus est non veritati. atq; ideo vere consensus nõ potest constitui: præsertim quia nulla ratio est, quæ legem compellat, aut inducat ad fictionem istam constituendam. cum tamen ad fictiones constituendas causa vel æqtatis vel alterius iuris necessaria est, ne quid temere lex per fictionẽ feciſſe videatur: vt traditũ est à iuris vriusq; doctoribus in tract. de fictionib⁹. etenim absque fictione lex ipsa seclusso delinquentis consensu potest eũ ad pœnam delicto, & crimini condignam obligare. Rursus & idem Bart. in l. 1. num. 10. ff. de condict. in deb. expresim asserit, in delictis obligationem ad pœnam oriri & naturalẽ, nõ ex consensu delinquẽtis, sed ex legis naturalis authoritate.

Ex quibus ipse opinor, communi omnium sententia diffinitum esse, obligationem contractam ex delicto, naturalem esse: quemadmodum Bart. & doct. notant in dict. l. ex hoc iure. & in dict. §. quædam. Bart. in dict. l. 1. ff. de cõdict. inded. & tamen hæc obligatio à consensu deliquentis minime procedit: quod præter Bart. in dict. §. quædã. & in dict. num. 10. & alios, quorũ modo mẽtionem fecimus, probat optime Fortuni. Garsias in. l. legitima. ff. de pact. num. 19. nec inconuenit, obligationem naturalem oriri absq; consensu, cum id multis probetur, & manifestum sit, quæ Bart. in dict. l. 1. num. 10. adducit. & idẽ latius in. l. Iulianus. ff. de condict. indeb. num. 26. cuius exempla sunt in specie consideranda. sed in delictis obligatio ideo naturalis dicitur, quia æquitas, & reipublicæ vtilitas, quæ ratione naturali considerandæ sunt, dictant, punienda esse delicta per leges, quibus iure naturali tenemur obtemperare. vbi vero adest æquitas, & naturalis ratio, inibi & naturalis obligatio iure cõstituitur. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solutio. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de regul. iur. atque ita est intelligenda opinio illa, quæ dicat, ex delictis naturalem obligationem oriri: quam communem esse fatetur Fortu. in dict. l. legitima. ff. de pact. num. 14.

Non oberunt huic sentẽtiæ loci, quorum modo meminimus, & ad id ci-

id citati, vt ex eis constaret, delinquẽtem in pœnam legem constitutam consentire: nam & si id ita expressim dictũ foret, esset is modus dicendi impropriè, ac per quãdam significationem latissimam intelligendus: sicuti dicimus, aliquem se ipsum occidisse, quia periculo, vnde mors sequuta fuit, se ipsum obtulit, & tamen absq; vllo consensu se occidẽdi, imo nihil magis quam mortẽ exhorrescens. Maxime quæ in contrarium adducta fuêre, ita accipienda sunt, vt ipso facto, & denicq; ipsius criminis actu delinquens censeatur se ipsum pœnæ subdidisse: non quidem consensu proprio ad pœnam, sed cõsensu ad delictũ, quod legũ seueritate, & ciuili disciplina ratione quidẽ naturali pœna sequit̃. Accedit ad hæc optimus tex. in. l. à reo. §. quod vulgo. ff. de fideiuss. quo in loco huius fit mẽtio naturalis æquitatis, quæ suadet delicta puniri. Siquidem & præter alia æquum est non tantũ delinquẽtem obligari ad pœnam legis: sed & ad satisfactionem damni, quod proprio crimine priuato, vel reipublicæ intulit. l. non solum. §. 1. ff. de iniur. l. bona fides. ff. depos. it. sic sane & rationem naturalis obligationis in delictis expendunt Paul. Castrensis in dict. l. ex hoc iure. num. 34. & 35. Soci. in rub. ff. de verb. obliga. 2. col. Fit igitur ex his, nõ esse necessariam scientiam pœnæ legalis, vt delinquẽs ea puniri iuste possit, eiusq; obligationẽ contrahat. multa vero, quæ de obligatione ad pœnam legalẽ tradi poterant, hic missa facimus: poterit enim quis ea legere apud Alfonsum à Castro lib. 2. de potest. legis pœnalis. qui potissimum tractat, obligationem naturalem in ipso delinquente constitui ad legis pœnam subeundam,

Hinc deniq; glo. Bart. & huius opinionis authores sequutus verũ est censeo, posse puniri pœna statuti municipalis, vel episcopalis constitutionis eum, qui inscius, & huius pœnæ ignarus crimen lege diuina prohibitũ, vel humana vniuersali cõmiserit: cum iuris diuini, vel humani generalis: cõstitutio specialis pœnam addiderit. quã sententiã cõmunẽ esse fatetur eã probãs Caro. Moli. in consuet. Parisiensibus. §. 30. q. 41. col. 1. & hæc generaliter dicta sint. nã & generaliter Sco. in. 4. sẽt. dict. 6. q. 8. hanc vltimã opinionẽ sequitur saltem vbi actus est iure diuino damnatus Cæterum de excõmunicatione, etiam indicta ob crimen alioqui iure diuino, vel humano vniuersali damnatum, per speciale alicuius diocesis statutum, aut constitutionem, quod ea mĩnime ligetur, qui hanc pœnalem constitutionem ignorauerit, eiusque sit in scius: responderunt Antoni. Abb. & Feli. in dict. capitulo à nobis. Sylues. verb. excommunicatio. 2. notab. 3. Ioan. Maioris in. 4. sẽt. dist. 18. q. 4. col. pẽ. rursus & idẽ Sylues. ver. ignorãtia. §. 8. Io. Drie. de libert. Christ. lib. 2. cap. ex supra dictis.

dictis. pagina.246.in hoc ipsum declinat Adria.in.4.sent.tract. de clauibus.q.3.vers.sed magis dubium. & est communis opinio,vt eam sequutus asserit Ioan. Grottus in ca. vt animarũ periculis. in princip. col.penulti.de constit.in.6.qui tex. pro huius sententiæ decisione passim ad omnibus citatur.sed ipse nõ video, qua ratione possit excommunicationis pœna distingui ab aliis:nec enim est necessarium ad excommunicationem,quod qui ea ligandus est, huius pœnæ scientiam habeat:siquidem absens, & ignorans excommunicari potest:quemadmodum iam hoc in. §. admonuimus.idcirco satis est,quod sciam actum istum damnatum esse,vt iuste liger pœnis iure statutis contra agentem illum, tametsi omnino sim incertus,quæ nam pœna sit iure in eo casu statuta, atq; ideo mihi non placet hæc opinio Anto.Abb. & aliorũ. Denique sequor in hac specie glo.in dict.cap.à nobis.quæ etiam de excommunicatione tractat:& huius sentẽtiæ authores itidem erunt hi,qui gloss.indistincte sequuti fuêre, quos modo citauimus. Non oberit tex.in dict.ca.vt animarum periculis.quippe qui omnino sit distinguendus in duas partes,quarum prior generalis est, & diffiniuit,statutum episcopi minime ligare ignorantes,qui probabili,& iusta fuerint affecti ignorãtia in hac autem parte nequaquam ponit illa cõstitutio exemplum in statuto prohibẽte, & puniẽte actũ iure diuino damnatum.quo fit,vt cõgrue tex.ille admittat distinctionem glo.in dict.cap.à nobis.quia vbi actus alioqui illicitus statuto episcopi punitur,ligãtur statuti pœna omnes,qui sciunt, vel scire debent,actum illum illicitũ esse,quãuis ignorent statuti pœnam. At posterior eius constitutionis pars, dum exemplum subiicit de statuto episcopi puniente furtum,& sic actum iure diuino,& naturali illicitum:non de ignorantibus,sed de non subditis loquitur, qui puniendi non sunt,nec ligantur pœna statuti,etiam actum illicitum punientis. Sic sane illa cõstitutio intelligẽda est,vt minime refragetur opinioni glo.in dict cap.à nobis.

Præter hæc considerandum est, ignorãtiam iustam, inuincibilem, & probabilem non alia ratione excusare, quam quod efficiat actum inuoluntarium quo ad eius malicia. & vere non poterit aliunde assumi vis, & effectus ignorantiæ: siquidem agitur nunc de peccato, & de pœna,quæ ratione culpæ,ac peccati iure infligitur,quod palàm probat tex in capit.2.de constit.dũ illam regulam: Rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit,ad ignorãtes retulit. Nihil autẽ potest esse peccatum, nisi sit volũtarium: id vero,quod procedit ex ignorantia inuincibili, non est voluntarium, ergo illud non est peccatũ. quod ex Augustino superius ostẽ-

ostendimus,& constat ex Aristote le,tertio ethico.capitulo primo.diuo Thoma prima secundę quæs. 76. omnibus eius. q.articulis: quibus cõsentiunt iura,quæ passim ad consensum scientiam exigunt, & ignorantiam,ac errorem consensui contrarium esse censent.dicitur sane inuoluntarium quod ab ignorantia procedit,non quidem ex eo, quod illud non processerit à volũtate,& fuerit volitum: nam vere actus is voluntati tribuẽdus est:sed dicitur actus inuolũtarius,quia est cõtra volitionem,aut nolitionem, quæ haberetur sine tali ignorantia. quod explicat Thomas in dicto quæs. 76. articulo.1.& tertio quod si verum est, ignorantiam non alia ex causa à peccato, & deinde ab eius pœna excusare, quam quia ratione actus inuoluntarii nulla sit operationi malicia: consequitur manifeste,tunc solum ignorantiam à pœna excusare, cum fuerit inuincibiliter ignoratum id, à quo peccati, & actus malicia pendet. etenim hæc collectio manifesta est ex Aristotele in dicto capitulo primo & capitu. quinto.Thomas in dict. art.tertio. Nã cum ad ignotum nõ possit ferri voluntas. l.labeo. ff.de supe. legat. & voluntas sit actio intellectus cognoscentis:nec quisquã dicatur velle quod in mente non cogitauit. Baldus in lege de quibus. col. quarta.ff. de legi. Patet, ignorantiam excusare à culpa, & à pœna eius ratione indicta, vbi illud, quod ignotum est, ad maliciam actus pertinet: & rursus non excusare, si ignorantia non sit eius, quod ad maliciam actus attinet: quia in hac specie ignorantia non constituit inuoluntarium, nec est causa causalis illicitæ operationis. hoc ipsum & Diuus Thomas in dicto articulo primo eleganter exponit. igitur oportet expendere, an in eo, qui furtum committit sciens illud iure diuino, & humano vniuersali damnatum esse,ignorans tamen, pro eo crimine synodica episcopi constitutione latam esse censuram excommunicationis: ignorantia contingat circa id, quod peccati, & actus maliciam constituit, & à quo malicia tota peccati pendet. profecto non possum mihi aliud persuadere, quam quod modo significabo. existimo equidem, furtum à constitutione Synodica episcopi puniri: deinde, in hoc exemplo furti maliciam mĩnime propter istam ignorantiam cessare, nec totam, nec eius partem.vnde necesse erit asserere,ignorantiam pœnæ, & excommunicationis nequaquã tollere maliciam actus per statutũ puniti: id est furti:atq; ideo minime à pœna pro eo statuta excusare.

¶Secundo principaliter hoc in tractatu quæritur:quid de excommunicatione lata per canonem Romani põtificis pro actu iure diuino dãnato? & glo.in.dict.capitulo. vt

anima-

animarum periculis. verb. ſtatuta. ſenſit, ignorantiam non excuſare ab excommunicationis pœna. eandem opinionẽ facillime admittent qui ſequuti ſunt glo. in dict. cap. à nobis. & expreſsim tenẽt Sylueſt. verb. excommunicatio. 2. notab. 3. Ioã. Maio. in. 4. ſent. diſt. 18. q. 4. col. penul. Ioan. Dried. de lib. Chri. pagina. 246. Adri. in dict. q. 3. de clauibus. verſ. ſed magis dubium. & verſ. ex his. qui & hoc ipſum verũ eſſe exiſtimant, etiam vbi ignorantia iuris humani, & pontificii probabilis ſit. vt hinc tãdem excludãt Angeli dictinctionẽ, qui verb. excommunicatio. 7. caſu vltimo, hãc opinionem tenet in quibuſcunq; canonibus, & cõſtitutionibus Romanorum Pontificum, vel epiſcoporum, quæ communiter publicãtur, & ita vulgo notæ ſũt, vt ſit craſſa ignorantia, quæ in hoc cõtingat: ſecus vero eſſe dicendum opinatur in conſtitutionibus, etiam Romani pontificis, quæ non ita ſunt publicæ, nec vulgo notæ, nec paſsim publicãtur. quaſi nullam faciat differentiam hic author inter conſtitutiones Romani pontificis, & epiſcoporum. Eandem diſtinctionem ſequutus Angelum tãdem probat Sylueſter verbo ignorantia. §. 8. ipſe vero quoties Romanorum pontificum canones pœnam inferunt pro actu alioqui iure diuino minime damnato, ſed tantum poſitiuo, arbitror, ignorantiam iuſtam, & inuincibilem huius prohibitionis excuſare à peccato, & pœna. nec in hoc eſt diſcrimen aliquod inter iura Romanorum põtificum, & epiſcoporum. etenim non ita facile iuſta, & inuincibilis ignorantia contingit, nec præſumitur circa Romanorum pontificum canones, ſicuti in epiſcoporum ſtatutis, & conſtitutionibus. & tamẽ ſi detur inuincibilis & iuſta canonum, & legum iuris communis ignorantia, dubio procul ea excuſabit à culpa, peccato, & pœna. Quod omnium cõſenſu receptum eſt in cap. 2. de conſtit. tradit optime Alfon. à Caſtro lib. 2. de poteſt. legis pœna. capitu. 14. verſ. prima propoſitio. Quod ſi lex pontificia pœnam excommunicationis inferat pro actu iure diuino illicito, & damnato: tunc aut ignorantia cõtingit in hoc, an ille actus reprobus ſit, & illicitus: quo quidẽ caſu inuincibilis, & iuſta ignorantia plane à culpa, & pœna excuſabit: quod negari recte non poteſt. ſupina vero, & craſſa ignorãtia minime ignorantem cõſtituet immunem à culpa, nec à pœna: etiam in ſtatutis epiſcoporum, & prouinciarũ. Nam in hoc nulla poteſt iure conſtitui differentia, ſed ſi contigerit ignorantia nõ in eo, an actus prohibitus, & illicitus ſit, ſed in pœna lege ſtatuta: ſiquidem criminis author ſcit, actum prohibitũ eſſe, & tamen ignorat, quæ ſit tranſgreſſori indicta pœna: tũc ſiue ea ignorantia probabilis, iuſtaue ſit, ſiue ſupina, parum ad rem conducit nec

quo

quo ad legẽs,& canones Romanorum pontificum, nec quo ad episcoporum ſtatuta: cum iſthæc ignorantia nec conſtituat authorem criminis inuoluntariũ, nec ad actus malitiam pertineat, quæ ſatis alioqui cognita eſt ipſi delinquẽti. Ex quibus vides lector optime,quam inique diſtinctio fiat inter excommunicationẽ latam à Romano põtifice,& eius canonibus, ac excommunicationem illam,quæ cõſtitutionibus epiſcoporũ indicta fuerit.

¶Tertium,quod hac in parte cõmode poteſt examinari, vnica tantum concluſione conſtabit. Inuincibilis ignorantia, iuſtáue excuſat
13 ab illa peccati ſpecie, & grauitate, quæ ratione qualitatis ignoratæ iure conſtituitur. Ad huius aſſertionis cognitionem, quo facilius intelligatur, exemplum exponimus in eo,qui patrem occidit ignorans, illum eſſe parentem eius, ita quod licet nulla contigerit ignorantia circa ſimplex homicidium,quod quidem voluntarie commiſit: tamen ex ignorantia in qualitate:an ille pater eius eſſet, patrem occidit inuoluntarius, quia ſi cognouiſſet illũ eſſe proprium parẽtem,minime eũ occidiſſet.huius etenim concluſionis ea eſt ratio,quod ignorantia iuſta, & inuincibilis ideo excuſet a peccato,& illius pœna,quia conſtituit quem inuolũtarium, & excludit ab actu maliciam operis, à qua culpa procedit: ſicuti ex Ariſtotele Diuo Thoma & aliis ſatis ſuperius probatũ eſt.igitur qua ex parte malicia operis cauſa ignorantiæ ceſſauerit,& ratione inuolũtarii, ea quidem & excuſabit ignorantia à culpa,& pœna ob culpam indicta.nã quemadmodum ignorantia eius, à quo ſolo pendet tota malicia operationis, excuſat à tota peccati malicia: ſic ignorantia illius circunſtãtiæ,& qualitatis, à qua partim malicia operis pendet, excuſabit non à toto peccato, nec à tota malicia, ſed tantũ ab ea malicia,& ab ea peccati ſpecie,quæ deducitur,ac cõſtituitur ab illa circũſtantia ignorata. ita ſane Patriarcha Iacob dormiẽs cũ Lya putãs illam eſſe Rachelem, quæ ſibi fuerat data in vxorẽ, excuſatur omnino à peccato.Geneſ.ca. 29.ignorauit etenim Lyam eſſe alienã ab eius cõiugio:tota vero malicia peccati ab hoc pendebat: idcirco à toto peccato immunis eſt.Sed ſi qs cũ aliqua moniali coiërit ignorans illã eſſe monialem ſciens tamẽ non eſſe propriã vxorẽ,nõ coiturus cũ ea,ſi ſciret, eam eſſe monialem: quãuis hæc ignorantia inuincibilis ſit, nõ excuſabit à peccato fornicationis,ſed bene à peccato ſacrilegii. deniq; hãc concluſionẽ principalẽ probat elegãter.S.Tho.1.2.di.q. 79. art.1.& ar.3.& ibi Caie.Io.Driedo. de libert. Chriſt.lib.2.capitu. ex ſupradictorum conſideratione.pagina. 249. Alfonſus à Caſtro de poteſt.legis pœna. lib.2.cap.14.verſ.ſe cũda propoſitio.Carol.Molinæ. in conſuetud. Pariſien.tit.primo.§.30.

q.41.

quæst. 41. & præter hos ex ciuilis & pōtificii profeſſoribus, nec deſūt authores, nec legum, aut canonum deciſiones, quæ ad hanc rem commode poſsint adduci. eſt ſane tex. hac de re optimus in capitu. ſi quis cum duabus. & cap. ſi quis. & cap. quidam. 34. q. 2. cum multis ſimilibus. Nā gl. per tex inibi. Bart. Alberi. Bal. & Angel. in. l. ſiquis ignorans. ff. locat. ſcribunt, percutientē militem, vel magnatem, ſi ignorauerit, eum eſſe talem, minime puniendū fore pœna ſtatuta contra percutientem militem, vel magnatē: ſed tantum pœna percutientis priuatum. quod ſatis probat iuriſconſultus in eo reſponſo. idem probatur. in. l. item apud Labeonem. §. ſiquis virginem. ff. de iniur. vbi Alberi. etenim ſiquis virginē, aut matronam ancillari veſtitam veſte interpellauerit ignorans, eam virginem, aut matronam eſſe, non tenebitur ea iniuriarum actione, qua teneretur matronam, aut virginem interpellans. huc pertinet quod adnotarunt glo. Bal. & alii in cap. vnico. quib. mod. feudum amitt. titu. 17. Feudorum. & doct. in capitulo. primo. quib. mod. feud. amitta. tit. 6. in pri. tenentes vaſſalū non amittere feudum, ſi dominum offenderit ignorans inuincibili, & iuſta ignorātia, eum eſſe dominum: vel ſi cum vxore domini adulterium commiſerit, ignorans eam domini vxorē eſſe. ſic donatarius offendēs donatorem ignorans, eum donatorem eſſe, non amittet rem donatā, nec ea priuabitur propter ingratitudinē ex. l. vlt. C. de reuo. donat. vbi Franciſ. à Ripa hoc ipſum probat expreſsim quæſ. 21. quibus item accedit tex. elegās in cap. ſi vero. in. 2. de ſent. excom. quo probatur, non incidere in canonem, nec in eius excommunicationē eum, qui percuſſerit clericū iuſta, & probabili ignorantia ignorās eum clericum eſſe, cuius deciſionis paſsim apud vtriuſq; iuris profeſſores mētio fit, præſertim in dict. l. ſi quis ignorans. & in. l. ſiqua per calumniam. C. de epiſ. & cleri. & in cap. 2. de conſtitut. ex quibus apparet, prædictā aſſertionē cōmunē eſſe.

¶Hinc multa inferri poterunt. primum equidem conſtat, ignorātiam, etiam iuſtam qualitatis, & circunſtantiæ aggrauantis delictum, non excuſare ab ipſo communi delicto, nec ab eius pœna, nec à malicia, quæ à voluntate illud committendi deducitur. Hanc etenim minime excludit qualitatis ignorantia: cum in cōmuni actus vitio minime contingat. hæc vero illatio ſatis probatur ex prænotatis, & deinde in. l. eum qui nocentem. §. ſi iniuria. ff. de iniur. quo in loco probatur, Semproniū agere poſſe iniuriarum aduerſus eum, qui exiſtimans Titium eſſe, iniuriam ei irrogauerit. inquit enim iuriſconſultus: certus ſum ego, licet ille putet, me alium eſſe quam ſim, & ideo iniuriarum habeo actionem. idem probat tex.

in. l.

in.l.aut qui aliter.§.si quis dum.ff. quod vi aut clam.l.scientiam.§.sed si defendẽdi.ff.ad.l.Aquiliam.qua in parte tractat de eo,qui causa vlci scendi lapidem in Titiũ emiserit, & Petrum prætereuntem percusse rit.tenebitur siquidem non tãtum ad damnum lege Aquilia,sed & alia pœna: tametsi ad damnum tan tũ lege Aquilia teneretur, si defendendi causa lapidem proiecisset.de quo statim tractabitur in specie.

¶Secundo patet ex his, nihil ad rem pertinere,nec quidquam excu sare in delictis ignorantiã eius qua litatis,& circunstantiæ, quæ maliciam specialem non addit delicto. nam cum delictum absq; ea quali tate,quæ ignoratur,perfectam eius criminis maliciam habeat,& volũ tarium sit,nec de peccato tractetur puniendo ratione qualitatis ignoratæ, cõstat plane ignorantiam istã nequaquam considerandam fore. probat hoc tex.in.l.doli verbum. §.si quis dolo. ff. de seruo corrupt. l.falsus.§.qui alienum. &.l. vulgaris.§.si quis æs.ff.de furt. vbi Bart. scribit, in eo, qui aurum surripuit æs surripere putans,contingere errorem in qualitate, quæ non facit cessare eundem animum furandi. quasi error contigerit in qualitate, quæ speciem distinctam criminis non constituit,aut saltem non tollit eius defectus maliciam furti, de quo puniendo agitur: vt denique secus esset, si quis vas aureum surripuerit credens esse proprium, non alienum: etenim hic cõtingit ignorantia in eo,quod ad maliciam criminis attinet.§.si is qui. & §.sed si quis.sub eadem l.vulgaris.

¶Tertio infertur, ignorantiã qualitatis,& circũstantiæ,quæ delictũ numero auget, & numero distinctum constituit, excusare à nouo, & alio delicto tex. optimꝰ in dict. l.cum qui.§.cum aliquis.ff.de iniuriis.cùm aliquis,inquit Paulus, filium familias putat patrem familias, non potest videri iniuriam patri facere,non magis quam viro,si mulierem viduam esse credat. Hæc & similia tradit inibi iurisconsultus, cuius præter Doct.in eo loco, meminit Bart.in.l.diuus.num.5.ff.de sicar.Henri. post alios in dict. cap. si vero.in.2.de sent.excom.quę qui dẽ illatio satis probatur, si rationẽ ignorantiæ mature consideremus.

¶Quarto hinc conuincitur, falsũ esse quod Bart. scribit in dict.l. diuus.num.1.his equidem verbis.& ideo si quis furaretur vas consecratum, cum putaret non consecratũ: tunc inspicitur, quod est sequutũ, non quod putabat.sensit sane Bart. hunc furem non tantum furti crimen commisisse,sed & sacrilegiũ: atque huius pœna puniendũ.quod mihi nec placet,nec iure defẽdi poterit,si constituamus vera esse,quæ paulo ante.vers. tertium.explicuimus.nec Bart.quidquam ad huius assertionis probationẽ allegat prẽter tex.in dict.l.vulgaris.§. si quis æs.qui eius opinionẽ minime pro-

bat: sicuti apparet ex secunda huius quæstionis illatione. etenim si agimus de puniendo furto simplici, manifestum fit, non esse hunc errorem, vel ignorantiam, etiam inuincibilem considerandam. at si de puniendo sacrilegio tractetur, negari non potest, ignorantiam contigisse in ea qualitate, de cuius punitione agitur: & ideo eam ignorantiam excusare probatissimi iuris est.

¶ Quinto colligitur ex prænotatis, ignorantiam contingentem in eo, à quo tota malicia actus pēdet, excusare quidem omnino à peccato, & culpa, ac demū à pœna quæ ratione culpæ pro eo crimine legibus statuta est. Huic illationi suffragatur tex. in. l. si cum seruo meo. ff. de iniur. si cum seruo, inquit, meo pugnum ducere vellem, in proximo testantem inuitus percusserim: iniuriarum non teneor. idem constat in dict. l. scientiam. §. sed si defendēdi. ff. ad. l. Aqui. vbi iuris consultus respondet, proiicientem lapidem causa se defendēdi in Titium teneri tantū lege Aquilia ad damnum: non autem de percusione ad pœnam, si Sempronium prætereū tam percusserit. etenim actus defensionis à Titio aggressore licitus est. actus vero percusionis Sēpronii, ipsaue percusio quo ad Sēproniū illicita: quia erat is innocens ab aggressione. Tota igitur huius actus malicia potuit contingere quo ad Sempronium, cuius ratione omnino fuit actio inuoluntaria propter iustam errorem, & ignorantiam. quo fit, vt à culpa, quam in hac disputatione ex malicia metimur, liber sit in præfata specie qui lapidē causa defendendi emiserit. siquidem actus defensionis quo ad Titium licitus fuerit, percusionis autem in Sempronium illicitus, nisi ignorātia probabilis, & iusta quoad hunc contigisset, culpamque abesse fecerit: atque ideo tota hæc actio à malicia, culpa, & pœna iustissime defenditur.

¶ Sexto infertur quid dicendum sit in ea quæstione, quam Bart. in dict. l. si cum seruo. exposuit, & idē
14 diffiniuit in. l. respiciendum. §. delinquūt. ad finem, ff. de pœnis. scribens, quod si quis dolo volens occidere Titium, occiderit Sempronium, quem putabat esse Titiū damnandus hic homicida erit lege Cornelia de sicariis, & sic pœna ordinaria homicidii. idem tenent Andre. Isernia in const. Neap. libro primo rub. 13. de Homicid. puniend. numero. 5. & ibi Matthæ. numero. 23. quam sentētiam probat, & veram esse cēset Carol. Molinæ. in cōsuet. Parisien. titulo primo. §. 30. quæs. 41. numero. 153. tametsi Angelus in dicto. §. delinquunt. Florian. in dicta. l. scientiam. §. sed si defendendi. Iason. in. l. prima. numero decimo octauo. ff. de legib. Ludouicus Carrerius in pract. criminis, titulo. de homicidio. §. 2. numero. 57. Bart. Cæpola cons. 33. Ripa in dicta. l. vlt. quæs. 21. C. de reuo.

donatio,

donatio.teneant, hũc homicidã respectu occisi dolo caruisse, & ideo non fore puniendum corporaliter, sed extra ordinem arbitrio iudicis. quorum sententia non potest iure defendi: si mature quæ prænotata sunt pensitemus.quis enim non videt,hunc homicidam animum habuisse occidẽdi hominem & in id crimen consensisse? vt tandem plane compertũ sit, homicidiũ istud voluntarium fuisse,atq; ideo homicidii pœnam huic infligendam esse.nec verum est,nec id recto iudicio cõgruit,quod hic homicida dolo caruerit.nam & si verum sit, eũ ignorasse quis fuerit occisus,& vere si sciret quis is erat, non occidisset:hoc parum refert quo ad generalem pœnam homicidii: cum hic non tractetur de puniendo eo, qui occidit Semproniũ,aut Titium,sed qui hominem occidit puniendus est.Alioqui sequeretur, esse necessariam scientiam specialem occisi, & eius cognitionem apud homicidã, vt is puniatur pœna cõmunis homicidii:quia si cognouisset occisũ, abstinuisset forsan ab homicidio. quod falsũ est omnino. satis equidem est, quod voluerit hominem occidere, & hominem occiderit, quanuis in persona errauerit, vt puniri iuste valeat pœna homicidii cõmunis,quod voluntate,& actu cõmisit nec circa id aliquam habuit ignorantiam, quæ actũ reddat inuoluntarium.& præterea hic homicida in corpore non errauit: etiam si errorem habuerit in cognitione personæ.intelligo autem non contigisse in corpore errorem, quia hominem ipsum homicida occidit,in quem talum direxit.quasi fortasis admittenda sit Angeli opinio,vt locus detur pœnæ extraordinariæ, si quis volẽs occidere Titium, de cuius corpore,ac persona minime habuit errorem,percusserit Semproniũ, qui se medium obtulit incautus.etenim in hac specie potest dari aliqua discriminis ratio à præcedenti casu.Qua in re cogitãdum esse censeo,& omnino perpendendã illationẽ primam, quam superius explicuimus ex.l. eum, qui.§.si iniuria.ff.de iniur. & in.l.aut qui aliter.§.si quis dũ.ff.quod vi aut.clã.

¶Septimo hinc erit exquirenda, & examinanda vera ratio decidendi ad tex.in ca. si vero.in.2.de sent. excom.nam ex eo constat, non incidere in excommunicationem latam à canone contra percutientem clericum,cum,qui etiam malo animo Titium percusserit probabiliter ignorantia existimans clericũ non esse.Etenim quidquid alii scripserint, ea est propria ratio, quod ignorantia contingens in eo,cuius causa excommunicationis pœna iure indicta est, omnino ab ea pœna excusset, quippe quæ actum effecerit quoad illam qualitatem inuoluntarium : tametsi non excusset ab ordinaria pœna pecutientis quẽlibet priuatum hominem.quę quidem ratio satis perspicua est ex his,

quæ modo late tradidimus.

¶Octauo cõstat ex his intellectus ad tex. in eo. capitulo. si vero . nam si quis volens. percutere Titium clericum, cui soli inimicus erat sciens, ipsum esse clericum, percusserit Petrum clericum existimans Titium esse, erit hic percussor excommunicatus canonis censura. Nulla siquidem in hac specie contingit ignorantia, quæ cõstituat percussorẽ, in uoluntariũ quoad clerici percusio nẽ & iniuriã. quod probatur in dicta. l. eũqui nocentem. §. si iniuria. atque expresim admonet Carolus Moli. in dicto. §. 30. quæs. 41. nu. 152.

¶Nono ad eiusdem capitis interpretationem deducitur vera resolutio eius quæstionis, quam tradit gloss. in dict. capitulo. si vero. verb. ignorauerit . de illo, qui percutere volens Martinum laicum, errans in persona Titium clericum percusserit existimans, illum esse Martinum laicum . nam gloss. Alanum sequuta censet, hunc percussorem in canonis excommunicationem incidere. idem notant Host. ibi. & Sylues. verbo . excommunicatio . 6. notab . 4 . & tamen ab eademde cisione patet, contrariam sententiam veriorem esse. nec potest constitui congrua ratio differentiæ inter hanc quæstionem, & eam, quę in dicto capitulo si vero. per Romanum pontificem diffinita fuit. hic etenim percussor Titium clericum percusit ignorans illum esse clericum, & deinde credens ipsum esse Martinum laicum: imo idem esset, si sciret Titium clericum esse, sed tempore percusionis existimauit, illum esse Martinum laicum. nõ equidem est excommunicatus: sicut nec ille qui percusserit Titiũ clericum, cui inimicus erat, ignorans illum esse clericum: vt in dict. capitulo si vero. constat . atque ita contra Alanum tenuerunt ibi Tancretus, Innocen. Ioan. And . Anto. Ancha. Abb. & Henri. quorum opinio communis est, & probatur ex his, quæ superius explicuimus in hoc. §. vers. tertium.

¶Decimo, perpensis omnibus his ego censeo, percutientem clericum, etiam si probabili ignorantia crediderit esse laicum, incidere in excommunicationem canonis, quoties is eum animum habuit, vt nihilominus percuteret illum, si sciret eum clericum esse. nam ignorantia ista non est in hoc casu causa actus inuoluntarii: & ideo nequaquam excusat à pœna canonis . quod elegãter sẽsit. S. Tho. in dict. q. 76. art. 1.

¶Vndecimo plane apparet, respõsionẽ, & decisionem tex in dict. c. si vero. minime esse specialem in excommunicationis cẽsura. nam idẽ erit in quacunq; alia pœna, quæ legibus statuta sit propter aliquam qualitatem à delinquente iusto errore ignoratam: quẽadmodũ probatur ex his, quæ in dict. vers. tertium. latius adduximus: licet Bart. in dicta . l . diuus . ff . de ficar. cuius sententiam censet singularem esse

Feli.

Feli.in dict.cap.si vero.ad finem.te neat in hoc speciale quid esse in excommunicatione,& pœnis spiritualibus:quasi secus sit in pœnis temporalibus.quæ quidem differentia minime procedit: nec iure probatur: si consideremus aliquot iuris consultorum responsa paulo ante à nobis citata.

¶Duodecimo libet hoc in loco ex aduerso quærere de illo, q Titiũ laicum percussit existimãs, eum esse clericum: & glo.in dict.cap.si vero.opinatur,hunc percussorem esse excommunicatũ propter animũ, quem habuit, & voluntatem percutiẽdi clericum.addit eadem glo. hoc ita esse intelligendum, vt hæc excommunicatio liget, donec sciẽtiam is habeat veritatis: quæ quidẽ sibi non constat. nam semel ab ea constituitur excommunicatio, & hæc tollitur absq; aliqua absolutione.quod est contra glo. communiter receptam in clem.1.de dicimis. verb.donec. præsertim quia nullibi in iure traditur hæc ad tempus excommunicatio. vnde licet. g.sequuti fuerint Hosti.Antoni.& Hẽri.in dict.capitul. si vero. attamen Ancha.Abb.& Feli.contrariũ probant:& Fraderi.cons.13. glo. itidẽ communiter recepta in capit.in audientia.de sent.exco. cuius meminit Feli.in tract. quando conatus. Fallent. 6.ex ea notans,quod in cẽsuris quo ad hoc, vt quis excommunicatione afficiatur, & ligetur, animus, nec comscientia læsa, nec conatus sufficit.est sane maximum discrimen inter cõscientiam læsam errãtem circa obligationem ad culpam,& conscientiam errantem,ac læsam circa excommunicationem. siquidem ex errore conscientiæ de obligatione ad culpam,oritur culpa,quæ secluso errore non esset. is etenim qui errore deceptus agit aliquid, putãs id esse cõtra præceptũ, vel legem dei,videtur eo ipse præceptum, & præcepientem contemnere saltem cõtemptu quodam interpretatiuo, qui sufficiẽs est ad obligationem culpæ:vt scribit Thomas.1.2.q.19.art.5. in respõsione ad. 3.Hic autem contemptus non est sufficiens,vt quis eo ipso sit excommunicatus,nisi à canone,vel a iudice excommunicetur: sicut sufficit, vt eo ipso sit culpæ mortalis reus. qua ratione qui actum aliquem fecerit conscientia læsa existimãs pro eo à iure fuisse sententiam excommunicationis inflictam, non erit ex hoc excõmunicatus: tametsi teneatur propter suã cõscientiam erronẽ abstinere ab his, quæ sunt interdicta excõmunicatis: vt explicat Alfon.à Castro lib.1.de potest. leg. pœna.c.5.ver.lex humana iusta. nec tamẽ erit irregularis,licèt cum hac conscientiæ læsione,& errore celebrauerit.

¶Decimo tertio ab his,quæ iam late probauimus colligitur,ignorãtiam inuincibilẽ,quæ iusta,& probabilis est etiam excusare a peccato & illius pœna eũ,qui operã dat rei

16 illicitæ.nam ignorantia inuincibilis,& iusta excusat omnino à peccato illo inuolũtario,quod oritur ex re ignorata. hic siquidem est proprius effectus ignorantiæ inuincibilis,vt ratione inuoluntarii excusęt à peccato. hic vero effectus pari ratione datur,& obtinet in eo,qui dat operam rei illicitæ,vt in eo,qui dat operam licitæ actioni.quod satis eleganter.S. Thomas docet in. 1.2.quæs.76.art.3.vbi expresim hoc ipsum notat Caieta.scribens,Iudã illicite cognoscẽtem Thamar nurũ suam, non commisisse incestum, etiam si operam dederit rei illicitæ, quia ignorantiam habuit inuincibilem. sic & Iacob etiam si causa delectationis vacasset actui cõiugali,atq; ita daret operam rei illicitæ, cognoscẽs tamẽ Lyam credẽs eius vxorem esse,minimè peccato fornicationis foret culpandus. Nam cũ vtrobiq; sit eadem causa:putà ignorãtia inuincibilis,iusta,& inculpabilis,oportet vt in vtroq; casu sit in uoluntariũ: & inde omnino sequitur, vt etiã vtroliq; sit excusatio peccati toitus,quod proueniret ab illo ignorato, si cognoscerętur: sicuti probare conatur subtili ratiocinatione Alfon.à Castro in dict.lib. 2. de potest. leg.pœnal.cap.14.vers.secunda propositio. & probatur his quidẽ cõclusionibus,& authoritatibus, quarum mentionẽ fecimus in hoc.§.vers.tertiũ. præsertim hoc cõstat in dict.c.si vero.vbi dãs operãrei illicitæ propter inuincibilem ignorantiam excusatur ab excommunicatione iure indicta propter delictũ,quod à re ignorata procederet,si cognoscerętur. Nec quidquã refert,quod danti operã rei illicitæ imputatur quidquid inde sequit, etiã præter eius intentionẽ etiã casu. c.cõtinebat.de homici.& ibi doct. cõmuniter:& Card.in dict. c.si vero.de sent.excõ. nam id est intelligendũ vel quo ad pœnã irregularitatis,quæ sæpe iure infligitur absq; culpa,quatenus culpa dolũ, & maliciam significat:quod alibi tractabit:vel minimè procedit, vbi proprie contingit ex ignorãtia iusta,& inuincibili defectus volũtatis,quę necessaria est ad culpã, & maliciã, eiusq; pœnã cõstituendã. nec deniq; poterit cuiquã persuaderi distinctio illa operæ illicitæ,& licitæ,vbi ignorãtia inuincibilis detur, quæ in uoluntariũ efficiat: si quis exacte, ac diligẽter obseruauerit radicem, & veram huius materiæ cognitionem ex Aristotele, Iurisconsultis, & ipsis adhuc canonicis decisionibus.

¶Decimoquarto ex his deducitur vera interpretatio ad tex. in di. capitulo. si vero in cuius casu, & specie percutiens clericum ex ignorantia,non effugeret canonis excõmunicationem, si ea ignorantia foret vincibilis,supina,& crassa. quod inibi respondit.gl. cõmuniter recepte.v.ignorauerit.quod qdẽ cõclusio & præcedẽtẽ illationẽ firmiorẽ reddit.cũ vere si potius constituẽda dif-

da differẽtia inter ignorantiam inuincibilem,& craſſam,vel ſupinã: quam inter operam licitam, & illicitam deinde ſatis apparet, non ex eo, percutientem clericum, quem probabili ignorantia eſſe clericum ignorauit,excommunicationem effugere,quod canon ad hanc excõmunicationem exigat dolum, & maliciam,quæ abeſt ab ignorante, nec ſufficiat culpa lata, quæ datur in eo,qui operam dabat rei illicitæ: Card.equidem, & Felin.poſt alios in dict.cap.ſi vero. Panormit.in.c. 2.num.6.de cõſtit.& Sylueſt.verb. ignorantia.q.8.& quidam alii,qui in dict.cap.2.de conſt.Abb.opinionem ſequuti fuere,opinantur,ideo in caſu dict.cap.ſi vero. percuſſorẽ clerici immunem eſſe ab excommunicatione canonis: quia canonis dolum requirit:& vbi ad pœnã dolus eſt neceſſarius nõ ſufficit culpa lata.nam quidquid ſit de hac opinione:an pœna legis dolum exigentis habeat locum, vbi tantum ſit culpa lata.de qua Bar.in.l.quod Nerua.col.7.ff.depoſi.Deci.i dict. capitulo.2.de conſtit.Doct.in.l.in actionibus.ff.de in litem iur.maxime idem Deci.& num.19.& Fran. Duarenus.num.33.Zaſius lib.1.ſingul.reſponſ.cap.2.nihil id pertinet ad caſum: quo ignorantia ſit iuſta, aut inuincibilis:ſiquidem ea excuſſat etiam dantem operam rei illicitæ,vt expreſsim in dict.cap.ſi vero. probatur . nec item quicquam opinio Abb.facit ad illius cap.deciſionem.cuius communis interpretatio dictat,percutientem clericum ex craſſa ignorantia,incidere in excommunicationem canonis :& tamen ipſe Panor.& eius ſequaces fatentur, regulariter craſſam ignorãtiam procedere à lata culpa, non à vero dolo.Vnde manifeſtũ fit,non recte à noſtratibus perpenſam fuiſſe rationem tex.in dict.cap.ſi vero. nos vero de his aliqua diximus in reg.poſſeſſor.de reg.iur.2.part.§.7. num.7.ſubinde conſtat, quod vbi adeſt inuincibilis, & iuſta ignorãtia, ea excuſat, etiam ſi det quis operam rei illicitæ.quidquid Doct. hac in re ſcripſerint.

Illud ſane prætermittendum nõ eſt, tunc plurimum referre quod ignorans dederit operam rei licitæ, an illicitæ, quoties ignorãtiam habuit craſſam,aut ſupinam, ſiquidẽ quo ad maiorem,& minorem culpam,& pœnam eius, qui ex ignorantia vincibili, & ſupina fecerit actum,conſiderandum eſt,an is dederit operam rei licitæ, vel illicitæ. nam malum,quod quis dans operam illicitæ actioni ex craſſa, aut ſupina ignorantia facit,nullam excuſationem habet, quia non eſt ab illo per accidens,ſed per ſe volitum: quia is aperte voluit re illam illicitam,cui operam dabat,& volens illam:cẽſetur eo ipſo velle id,quod per ſe, & neceſſario ſequitur ex illa. Quo fit,vt iſtius ignorantia craſſa non adeo diminuat maliciam operis, vt valeat illud tranſferre ab

vna ſpecie peccati in aliã: imo illud manet in ea ſpecie peccati, in qua collocaret, ſi eſſet ex induſtria factũ. ſic ſane ſi quis dans operam rei illicitæ percuſſerit Petrum, quem ex ignorantia craſſa ignorat eſſe ſacerdotẽ, peccabit peccato ſacrilegii, & erit excommunicatus ſecundum communem, in dict. cap. ſi vero. cuius modo mentionem fecimus. eadem ratione, ſi quis accedat ad meretricem, quam ex gnorantia craſſa ignorat eſſe ſuam conſanguineam, aut affinem, peccabit non tantum peccato fornicationis, ſed & peccato inceſtus, ſicut peccaret ſi ſciret, illam eſſe cõſanguineã, vel affinẽ: nec effugiet pœnas pro peccato inceſtus lege ſtatutas. ex quibus poterit intellectus deduci ad tex. in ca. ſi quis cum duabus. & in capitu. ſi quis cum matre. & capitu. vlt. 34. q. 2. vbi quis non punitur pœna inceſtus, ſi operam fornicationi exhibens cognouerit conſanguineam, aut affinem ex ignorantia. id enim procedit, quia ea ignorantia probabilis, & inuincibilis fuit: alioqui ſi foret craſſa. & ſupina profecto puniẽdus eſſet vt inceſtus reus ex his, quæ modo diximus, quia operam dabat rei illicitæ. & ignorãtiam ſupinam habuit. non equidem diffiteor, imo æquũ eſſe cenſeo aliquid huic de ordinaria pœna remittendum eſſe, quippequi videam, hanc ignorantiam craſſam, vt ſi non valeat peccatum ab vna ſpecie in aliam mutare, aliquantulum maliciam minuere peccati, ex illa quidẽ, quã haberet ſi ea actio ex induſtria facta fuiſſet. quod omnes fatentur poſt Panor. in dict. capit. 2. de conſtit. num. 6. S. Thomas. 1. 2. q. 76. art. quarto. Sylueſt. verb. ignorantia. §. quinto &. 8. Adrian. quodli. quarto arti. primo. Almain in moralib. capitulo quarto. idcirco & in actibus illicitis ſupina ignorantia, modo affectata non ſit, minorem culpam, & pœnam efficit.

Quod ſi quis dederit operam rei licitę, & iuſtæ, atq; ita ex ignorantia craſſa, ac vincibili malũ egerit, multũ equidem excuſandus eſt. nam licèt in totum à peccato non excuſetur, tanta tamen in hac ſpecie cõſtituitur excuſatio, vt malum illud ex ignorantia craſſa cõmiſſum non permittat manere in eadẽ ſpecie peccati, in qua fuiſſet, ſi ex ſcientia fieret. quia malum hoc non eſt per ſe volũtarium, ſed tantum per accidẽs: cum malum nuſquam ex natura ſua oriatur à bono: ſed per accidẽs. Hic vero intelligo per accidẽs eſſe malũ voluntariũ etiã quantũ ad obiectũ peccati. nam non fertur voluntas per ſe, nec directe, ſed interpretatiue in obiectũ, vnde peccatũ ſumitur: ſiquidẽ peccatũ oritur ex ignorantia, quæ non fuit directe voluntaria, imo indirecte: quia noluit adhibere diligentiam, quam tenebatur. at vbi quis dat operã rei illicitæ, licet habeat ignorãtiam, quæ tamen craſſa ſit, & vincibilis, voluntas eius directe fertur in ob-

in obiectũ peccati, ſeu in obiectũ, vnde peccatum ſumit ſpeciem, & ſic in actũ, qui eſt cõtrarius virtuti: per accidẽs aũt fertur in actũ cõtrariũ virtuti, & ſic in peccatum: vt S. Thomas tenet in dic. art. 4. vbi eius ſenſum explicat optime Caiet. ſcribens, quod qui ſcienter peccat, volũtarie fertur in actum contrariũ virtuti directe, & per ſe, quippe qui ſciat, illũ eſſe contrariũ virtuti, & nihilominus eum eligit, & agere vult: ſic etenim directe, & perſe fertur eius voluntas in peccatum.

Hinc infertur, quod Iacob quando dormiuit cũ Lya, quæ non erat ſua, ſi ignoraſſet craſſa ignorantia illam non eſſe ſuam: admonuerat enim illum aliqua ſoceri ancilla de illuſione futura, & ex negligentia noluit explorare: tũc dormiens cũ Lya non fuiſſet omnino excuſatus à peccato, quia re vera peccauit, fuiſſet tamẽ excuſatus à peccato, & illius ſpecie, quæ ex certa ſcientia in eo caſu contingeret. Nõ enim diceretur Iacob cõmiſiſſe fornicationem, quia non fuit ab eo per ſe volita, nec in animum eius inducta. & ſubinde à pœna huius criminis foret excuſandus. quemadmodũ tradit Alfonſus à Caſtro de poteſt. leg. pœnalis. lib. 2. ca. 14. verſ. Nec refert. tex. optimus in cap. in lectum mariti. 34. q. 2. vbi excuſatur à peccato inceſtus maritus ipſe, in cuius lectum ſoror iuit vxoris, quã quidem putans ſuam eſſe vxorem cognouerit. & tñ licet propter ignorantiam excuſetur maritus, pœnitentia tamen illi iniũgitur. Ex quo deducitur, ignorantiã illam, culpã aliquam habuiſſe, & deniq; fuiſſe craſſam, aut culpabilem.

Eadem ſane ratione poterit quis defendi à pœna inceſtus, & ab excommunicatione indicta per Cle. vnicam. de conſang. ſi matrimonii cõtractui dederit operam, & ignorantia craſſa vxorem duxerit conſanguineam. De quo ipſe ſcripſi in Epitome ad quart. Decreta. ſecunda part. capitulo. ſexto. §. octauo. numero. 21.

¶ Decimoquinto cõſtat ex his, quanã ratione ſit acipiendũ quod tradi-
17 tur à iuriſcõſulto in l. 1. ff. de legib. dũ inibi expreſſum eſt, per leges puniri delicta, quæ etiam per ignorantiam cõmittuntur. idẽ Diuus Auguſti. docet de natura, & gratia ſcribens, quod quidã per ignorãtiam peccant. notat hoc ipſum Gratian⁹ in ca. 1. 15. q. 1. & Ariſto. li. 3. Ethico. c. 1. dũ ignorãtẽ, prauũ, & malũ appellat, aſſeueras eũ nõ excuſari. Quę quidẽ ſubſiſtere nõ poſſunt, ſi vera ſunt, quę iã nõ ſemel admonuimus: nẽpe, nõ poſſe abſq; volũtate peccatũ cõtingere, & volũtatẽ ex ignoratione abeſſe. Nihilomin⁹ reſpondẽdũ erit, nõ ſemper ignorãtiã cõſtituere quem inuoluntariũ: atq; ideo quoties ignorantia minimè excludat voluntatem, nec conſtituat agentem inuoluntarium, tunc malum factum ex ignorantia peccatũ erit, & punitione dignũ.

id vero poterit accidere propter ignorantiam affectatam, quæ cum directe volita sit, eandē habet scientiæ conditionem, & idem operatur, quod operaretur scientia, si adesset. Nam ex nimia voluntate peccandi oritur hæc ignorantia, quam quis tollere nō vult, vt liberius peccet. Idcirco hic voluntate peccatur, nec ista ignorantia minuit, imò auget peccati culpam, vt. S. Thomas explicat. 1.2.q.76.art.4. meminit huius ignorantiæ affectatę. glo. in capit. eos. de tempori. ordinat. 6. verbo. affectata. & ibidē Ancha. Domi. & Doctor. Quam ob rem in huius ignorantiæ casu dubio procul obtinet dic. l. 1. & quæ in similibus locis passim traduntur.

Potest item peccatum ex ignorantia commissum culpam voluntariam habere, & ideo legibus puniri ea pœna, quæ ad maliciam reprimendam cōstitui, solet, cū ea ignorantia crassa est, & supina. ignorantia etenim vincibilis peccatum est, si sit eorum, quæ aliquis scire tenetur, & est volūtaria, quia in nostra potestate est eam repellere. Nā ipsa negligentia sciendi, & item vel ipsa temeritas, aut inconsideratio eius, qui actionem aliquam aggreditur ignorans ea, quæ sunt ad eius rectā operationem necessaria, peccatum est rationem habens à voluntate, & ideo punibile. l. culpa est. ff. de reg. iur. l. latæ culpæ. ff. de verb. significa. l. 1. ff. si mēsor falsum. mod. dixerit. l. illicitas. §. sicuti. ff. de off. præs. cap. Apostolicę, de cleri. excōmu. cap. 2. de const. in. 6. notant Abb. & docto. in cap. 2. de const. cum his quorum ipse mentionē feci in reg. possessor. de reg. iur. 2. par. §. 7. nu. 7. pulchre S. Thomas 1.2.q.76. arti. 2. Quibus mire cōueniunt Aristotelis verba. 3. Ethi. cap. 1. vnusquisq; inqt igitur prauus, quid agendū, à quibusq; abstinendum sit, ignorat: obque huiusmodi errorem iniusti, & omnino mali homines efficiūtur. inuitus igitur dici debet, nō siquis ignorat id, quod cōducit: nō enim ignoratio, quæ in electione consistit, inuiti est causa, sed prauitatis: nec ea, quæ est vniuersalis: quippe cum ob eam homines vituperentur. Hæc Philosolophus sentiens, ignorantiam prouenientem ex prauitate electionis, non esse inuoluntarii causam, sed prauitatis. Cum enim quis nesciat ea, quæ poterat, & tenebatur discere, sponte nescit: ipsiq; adscribenda est ignorantiæ causa: sicuti apud Aristotelem notat Eustratius. Rursus idem Aristoteles eo. lib. capitulo quinto. eos quoque, inquit, puniunt, qui aliquid eorum ignorant, quæ ad leges pertinent, quæ quidem & sciri debeant, & difficilia non sint. simili modo etiam in aliis, quæcūq; ignorare per negligentiam vidētur: eo quod in ipsis sit non ignorare: quippe qui adhibendæ diligētiæ domini sint, ac potestatem habeant. Hactenus is author, in cuius commentariis Eustratius exempla huius

huius craſſæ ignorantiæ iuris, & facti tradit, quæ & à iuris vtriuſq; profeſſoribus paſsim tradũtur. Sic deniq; eſt intelligendum reſponſum iuriſconſulti in dic. l. i. quo in loco glo. Bart. & alii idem expreſſim adnotarunt.

Lõgius profecto ab inſtituto digreſsi forſan fuimus, quã par erat huic tractatui: id tamen fecimus, vt reſponderemus quæſtioni difficili de conſtitutione ob actum iure diuino illicitũ excõmunicante. Nec quidquã oberit ratio illa, qua traditũ eſt, voluntate delicta diſtingui: quia, etiam ſi ea propoſitio longiorem examinationem exigat, hac in parte ſatis eſt, voluntatem per ſe, & directe ferri in eum actum, qui maliciam habet ſaltem eam, cuius ratione excommunicatio in dicta eſt: idcirco voluntas non deficit ad operationem illam, quæ excommunicatione punitur. Quod ſatis probatum extat ex his, quæ in hoc §. late tractauimus.

Ex §. ſequenti.

1 *Quis poſsit excõmunicare: & quod hæc poteſtas iuriſdictionis eſt non ordinis.*
2 *Fœmina an poſsit excommunicare?*
3 *Laicus non poteſt excommunicare.*
4 *Excõmunicatus, an poſsit excõmunicare?*
5 *Abſolutio neceſſaria eſt ab excommunicatione, quæ lata fuit ad tempus tacitum, vel expreſſum.*
6 *Abſolutio ab excommunicatione, an poſsit dari ſub conditione, & ad reincidendum?*
7 *Abſolutio præſtita abſq; iuris canonici forma, an teneat?*
8 *Excõmunicatus in vita, poſt mortẽ etiã poteſt abſolui. & quid de abſolutione in mortis articulo?*
9 *Laicus in mortis articulo, an poſsit abſoluere ab excommunicatione?*
10 *Abſolutio ab excommunicatione, an poſsit dari ab eo, qui presbyter non eſt.*
11 *Abſolutio ab excommunicatione, qualiter ſit danda: & quibus præmiſsis?*
12 *Clericus ſacerdos ratione Iubilæi, & bullarum Apoſtolicarum aliquem abſoluens, an cenſeatur eum abſoluiſſe à peccato oblito, cuius cauſa erat excommunicatus?*
13 *Excommunicatus pluribus excommunicationibus: quomodo poſsit ab omnibus abſolui?*
14 *Excommunicatio, & abſolutio ex falſa cauſa obtentæ, an vim habeant, & effectum?*
15 *Sacerdos electus ad confeſsionem pœnitentialem virtute bullarum, aut Iubilæi, an poſsit abſoluere ab excommunicatione cauſa hæreſis inflicta?*
16 *Abſolutio ab excommunicatione obtenta in foro conſcientiæ ex poteſtate Iubilæi, aut bullarum: an habeat vim in foro exteriori?*

§. Vndecimus.

SEd etſi multa de hac excommunicationis cenſura iam tradiderim nihilominus pauca prędictis addam in ea quæſtione: quis poſsit excommunicare. Cui præmittã, excõmunicandi poteſtatẽ ad clauẽ iuriſdictionis: nõ ad clauẽ ordinis pertinere.

Nam

Nam cum hæc potestas ad fori exterioris disciplinam spectet, vbi causa inter homines agitur: ideo illius propria erit, qui iurisdictionẽ
1 in foro exteriori habet: etiam si ordinis potestatẽ is non habeat. hanc assertionem veram esse probant. S. Thomas & alii in. 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 2 ad primam. idem. 19. dist. q. 1. ad. 3. & est communis opinio, quã tenent Panor. in cap. ab excommunicato. num. 5. de rescript. & summarum authores. verb. excommunicatio. idem Panor. in ca. transmissam. de electio. 1. notab. Hosti. in summa de sent. excom. §. quis possit. vers. nedum autem. Felin. in ca. dilecta. de maio. & obedi. nume. 3. Ex quibus illud constat, quod nõ sit necessarius sacer ordo ad potestatem excommunicandi: tametsi aliquis ordo præmittendus sit huic potestati, vt tandem eam possit habere, qui clericus sit, & aptꝰ, ac idoneus ad obtinendum beneficium ecclesiasticum: quod expressim Feli. adnotauit in dict. cap. dilecta. cuius ea poterit ratio constitui, quod licèt excommunicatio in exteriori iudicio feratur, & pronuncietur, tamẽ quia aliquo modo pertinet ad aditum regni cœlestis, cum ecclesia militans præstet viam ad triumphãtem, clauis dicitur iurisdictionis, & ad claues pertinet: vt explicat. S. Thomas in dict. q. 2. dist. 18. & probatur in cap. vlt. de excessi. prælat. qua ratione par est, quod non possit excõmunicatio ferri, nisi ab eo, qui clericus sit, & idoneus ad consequendam ecclesiasticam dignitatem, cuius ratione excommunicãdi potestas iure competit.

Primum igitur ad quæstionem respondentes asseueramus, excommunicandi potestatem iure competere his, qui iurisdictionem ordinariam ecclesiasticam in exteriori foro habent: etiam si sint inferiores episcopis. tex. optimus vbi hoc ipsum omnes adnotarunt in capit. cum ab ecclesiarũ prælatis. de off. ordi. cap. sicut tuis. de simo. cap. cũ in ecclesia. de maior. & obedi. glo. in dict. cap. cum ab ecclesiarũ. Henri. in cap. si sacerdos. col. 2. de off. ordi. qui tractat, late, an sacerdos curam animarum habens possit excõmunicationem in parochianos sibi subditos ferre.

Secundò ex hoc apparet, iudicem etiam delegatum posse vti excommunicationis censura: quod multis in locis probatur: & præsertim in cap. præterea. de off. deleg. notatur in cap. 1. eo. tit. & est omnium communis opinio, de qua minimè oportet disputare.

Tertiò hinc & illud est colligendum, quod licèt quandoq; fœmina obtinere possit ratione dignita-
2 tis quandam ecclesiasticam iurisdictionem quo ad correctionem, & administrationem cap. dilecta. de maio. & obedi. ca. cum dilecta. de confir. vtili. vel inutili. non tamen potest aliquam iurisdictionẽ exercere, quæ ad claues spectet nec in foro

foro interiori, nec exteriori: est enim fœmina incapax huius potestatis. de foro interiori tex. est satis celebris in cap. Noua. de pœnit. & remiss. quo constat, non posse fœminis competere vsum clauiũ respectu ordinis, cuius sunt in capaces. idem late aduersus Lutherum pluribus rationibus, & authoritatibus ostendunt Ioan. Rofensis arti. 13. contra Luthe. & Alfonsus à Castro aduersus hæreses. verb. absolutio. Ioan. Bunderius in compendio contra Lutheranos tit. 11. art. 6. Imo fœmina etiam si ordinetur non recipit caracterem: quemadmodum ex dict. cap. Noua. omnes deducunt maxime Abb. glo. in cap. diaconissa. 27. q. 1. notant Florent. hæc & alia in .3. parte. titu .16. cap. 7. §. 2. Sylvester. verb. Abbatissa. q. 2. &. 3. S. Thomas. & alii in. 4. sentẽ. dist. 19. q. 1. arti. 1. ad. 3. q. & inibi cæteri Theologi. optime Henri. in dicto. cap. dilecta. de maio. & obed.

Quartò inde infertur, laicum nõ esse capacem huius iurisdictionis,
3 ad quam excõmunicatio pertinet: idq; multis comprobari potest, sed præmaxime ex eo, quod laici spiritualia tractare non possunt. capit. 2. de iudic. cap. ecclesia sanctę Mariæ. de constit. cap. bene quidem. cap. si imperator. cap. si duo. 96. dist. potestas autem excommunicandi potissimum ad spiritualem iurisdictionem attinet: cum & ad claues ecclesiæ pertineat: vt superius admonuimus: ac notat Panor. in cap. ab excommunicato. col. 2. de rescript. in specie hanc illationem. Cui & illud accedit, quod laicus non potest constitui vicarius episcopi. capitu. in nona. 16. q. 7. ex quo hoc ipsum deduxere Panormit. & Docto. præsertim Feli. nume. 6. & Deci. nu. 15. Ripa. num. 116. in dict. ca. 2. de iudic. quo in loco hi Docto. idem procedere, ac verun esse censent, etiam in clerico, qui sit coniugatus. Qua in re idem notant Abb. in cap. sane. in. 1. de cleri. coniugat. Ioan. Andre. & Domi. in cap. vnico. vers. in cæteris. de cleri. coniug. in. 6. idem quo ad laicum simplicẽ tenent glo. in cap. præter. §. verum. verb. ducibus. 32. dist. & in dicto. cap. bene quidẽ. verb. laico. & ibi Doct. atq; Bertachinus in tract. de episcopo. in. 7. part. 4. lib. q. 18. Tametsi præcitatæ glossæ velint, ex delegatione Papæ posse laicum excõmunicare. capit. Menam. 2. quæstione. 4. quod Panor. sequitur, & probat in dicto capitulo. ab excommunicato. 2. col. & in dict cap. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 3. & in capit. canonica. ist. tit.

¶ Quintò patet ex his, posse iudicẽ
4 occulte excõmunicatũ, qui ex ratione. l. Barbarius. ff. de off. prę. potest xercere publicã iurisdictionẽ, excõmunicare. Quia excommunicatio ad iurisdictionẽ, & officiũ publicũ spectat. sic etenim in hac specie tenuerũt Abb. in di. cap. ab excõmu. 2. col. idẽ Abb. & Feli. alius allegãs in ca. ad probandũ. per tex. ibi. de re iudi.

iudi.col.3.idem Feli.in cap.si vere. de sent.exco.huius item sententiæ author esse videtur.S.Thom.in. 4. dist.18.q.2.art.2.ad.3.dũ asserit, non posse excommunicatum excõmunicare,quia priuatur iurisdictionis vsu.ergo cum habet eum vsum,poterit excõmunicare . & opinio ista mihi verior est,licèt cõtrariam probauerit glo.in summa.24.q.1 . Ancha.& Francus in cap.pia.col.3. de exceptio.Anto.& Imola.in cap.sci scitatus.de rescrip.Paul.Eleazar in cap.si celebrat.col.pen.de cleri.excom.Franc.in capit.præsenti. & in cap.decernimus.ist.tit.Domi.in capit.si is cui.de off.deleg.lib.6. quorum sententia magis communis est.de qua quidem dubitat Probus in cap.vlt.3.q.de cõst.in.6.licèt idẽ in dict.ca.prẽsenti dixerit,se ipsum in dict.cap.vlt. priorem opinionẽ sequutum fuisse.

¶De absolutione ab excommunicationis sententia obtinenda superest modo aliquot hoc in loco examinare illud prẽnotantes, adeo necessariam fore absolutionem ab excõmunicatione,quæ semel quẽpiam ligauerit, vt etiam si excommunicatio iniusta fuerit,nihilominus ad plures effectus absolutio petenda sit:quemadmodum probare conati sumus in hac relectione. §.7.nu.7. Etenim postquam semel excommunicatio lata est , & ligat, indiget excommunicatus absolutione,quæ præstanda est iuxta formam iuris,traditam in ca. à nobis. in.2.de sent.excom.igitur absq; ea solenni absolutione minimè tollitur excommunicatio.tex.optimus in cap.cum desideres.eo tit.§.vlti. Quam obrẽ Panormit.in cap.1.de iudic.notab.6.post glo. in clemẽ.1. verb.donec.de decimis, existimat, excommunicationem ab homine latam sub ea conditione.donec satisfeceris:nõ tolli,nec dissolui absq; absolutione,etiam sequuta satisfactione.idem Abb.& Anania in ca. cum tu.de vsur.idem Abb.in dic. clem.1.Feli.in cap.ad aures . de simonia.Domi.in cap.1.§.si vero.de elect.ist.lib.Deci.in cap.ex literis.3. col.de const.idem in cap. quæstioni.de appellat.Innoc. & Anto . in cap.cum bonæ.de æta.& qualitat. quorum opinio communis est secundum Feli.Deci.& Ripam in dicto.cap.1.notab.6.quo in loco Andre.Alciat.in notab.5.hanc opinionem communem improbat,argumentum assumens à suspensione ecclesiastica,quæ nulla indiget absolutione,aut relaxatione,si lata fuerit ea cõditione,donec satisfactum fuerit : nam sequuta satisfactione ipso iure remissa, & sublata censetur:quod omnium,quos modo citaui,communi consensu decisum extat post.glo.in dict.verb.donec. vbi Paulus Eleazar. & Imol . ante Alciat.eius opinionem tenuerunt: quam hic non verebimur latius expẽdere propter frequentẽ huius disputationis vtilitatẽ: tametsi in epitome ad.4.decret.2.part . capitu.6. num.

num.16.cõmunem ſententiam obi ter ſequuti fuerimus.

Et ſane præter Panor.rationẽ deductam ex dict.cap.à nobis.ad cõmunis ſententiæ probationem accedit quod notat Florent.3.part.titu.24.cap.77.§.1.ſcribens abſolutionem ab excõmunicatione non poſ
6 ſe concedi ſub ea conditione:ſi ſatisfeceris: debet enim ſimpliciter, non ſub aliqua conditione miniſtrari iuxt.reg.actus.de regul. iur. Hæc autem excõmunicatio:donec ſatisfeceris: hunc ſenſum vere habet,vt ſemel excõmunicatus ab eo dẽ excõmunicatore abſoluatur ea quidẽ cõditione:ſi ſatisfeceris.ergo forma iſta ſufficiens non eſt ad abſolutionẽ ab excõmunicatiõe, etiã ſi conditio euenerit.Huic equidem rationi ſatis reſponſum erit,ſi cõſtituerimus diſcrimen,& differentiã inter hæc duo:nẽpe,quod qs excõmunicatus ſemel ſimpliciter,poſtmodũ abſoluaꝫ ſub cõditione: vel quod ab initio excõmunicetur qſquã ſub conditione:donec ſatisfecerit.Nam priori caſu ſemel habuit excõmunicatio vim abſolute abſq; aliqua cõditione:at in poſteriori excõmunicatio ſemper habuit illã cõditionẽ ab initio:donec ſatisfeceris & tamẽ aliter reſpõdendũ erit, vt plane falſam fore opinemur Florẽtini ſententiã aſſerentes, abſolutionẽ ab excõmunicatione poſſe ea cõditione miniſtrari:ſi ſatisfeceris: ex eo quidem, quod & ipſa excommunicatio ferri poſsit ſub conditione cap.preterea.de appellat.vbi Deci. poſt alios: atq; ita Florenti. opinionem falſam eſſe contendit Marti.Azpilucueta in cap.1. num. 62.de pœnit.diſt.6.

Secũdò eandẽ cõmunem opinionẽ cõprobat glo.notab.in cap.præſenti.verb.declaramus.ſupra eo.ti. quę aſſerit,excõmunicationẽ ſuſpẽdi nõ poſſe,nec cõmode pati ſuſpẽſionẽ.Quia vel eſt oĩno per abſolutionẽ in totũ tollenda,vel manebit eius vis,& effectꝰ integer nõ obſtãte ſuſpenſione.Ergo nõ poterit excõmunicatio tolli abſq; abſolutiõe ſi ſemel ſimpliciter lata fuerit: nec itẽ ſi ſemel ligauerit adhuc ad tẽpus lata,ea quidẽ lege:donec ſatisfeceris. Parũ tñ oberit hæc cõſideratio etiã ſi ex ea velit qs probare,nõ poſſe ferri excõmunicationẽ ad tẽpus, atq; ideo ita latã,donec ſatisfeceris: ſimpliciter,& abſolute latã cenſeri. Nã licèt excõmunicatio vere ſuſpẽdi non poſſet,nihil impedit,quod ab ea deĩ abſolutio ad certũ actũ, vel tẽpus,quo finito iterũ qs ſit ipõ iure excõmunicatus ſub eiſdẽ monitionibus,& ſolẽnitatibus, quibꝰ prior excõmunicatio inflicta fuit. Atq; hęc ipſa abſolutio vulgo appellaꝫ ad reincidẽdũ:eãq; praxis iã diu admiſit. Eſt etenim huiꝰ abſolutionis illud peculiare, quod lapſo termino in abſolutione prefinito,vel peracto actu,ad cuius effectũ quis abſoluiꝫ,ſtatim abſq; noua ſentẽtia excõmunicatus in priorem incidat excõmunicationẽ.Hoc ipſũ proba

tur

tur in capit.veniens.in.2. de testib. & in cap.Apostolicæ.de exceptio. vbi Feli.col.1.idem adnotauit post Hosti.idem Feli.in cap.ad reprimẽ dam.de off.ordi.col.2.Ioan.Andr. Hosti.Anto.& Abb.col.vlt.in dicto.cap.veniens.Franc.in cap. præterea.col.2.de appellat.Feli.in cap. 2.col.2.de testib.cog. Deci.in cap. 1.de iudic.2.lectione.notab.6. & ibi Francis. de Ripa.num.25. idem Deci.in cons.145. quorum opinio communis est, & plane procedit in casu, quo expresim absolutio datur ad reincidendum:vel vbi absolutio ab excommunicatione cõceditur ad tempus explicatum,vel tacitum,aut ad certum actum: vt fatẽtur præcitati Doct.tametsi Areti.in dict.capit.veniens, velit probare,necessariam fore nouam excommunicationem.

Quod si quis fuerit simpliciter absolutus ab excommunicatione,prę stita cautione,de satisfaciendo, tũc etiam si non satisfecerit nequaquã incidit in priorem excommunicationem:sed oportet, quod iterum excõmunicetur.tex.celebris in dic. cap.ad reprimendam.vbi Pano.& Feli.col.2.ac pleriq; alii hoc adnotarunt:idem Rota in nouis.490.Deci.in dict.capit.1.de iudic.2.lectio. notabili.9.ad idem tex. in capit.ad nostram.in.1.de iureiur.& in capi. quæstioni.de appellat.est tamen & in hoc specialis casus in cap.eos. supra ist.tit.vbi excommunicatus ab homine,vel à iure, absolutus propter aliquod impedimentũ ab eo, qui iure ordinario absoluere non poterat,in eandem priorem excõmunicationem incidit ipso iure, si sublato,ac cessante impedimẽto absolutionem ab eo,cui vere competebat,minimè postulauerit.Hoc siquidem obtinet,quia ex causa periculi mortis,aut alterius iusti impedimenti excommunicatus,absoluitur ab eo,qui alioqui non habebat absoluendi potestatem.Nec in hac specie distinguẽda est excõmunicatio iuris ab excommunicatione hominis: etiam si Rotæ decisio paulo ante citata velit hac distinctione vti.

Sed & ratio,qua Panor. & alii tenentes communem sententiã vsi
7 fuere,non omnino congruit. Nam etiam si forma illa sit necessaria ad absoluendum ab excommunicatione,tamen absolutio absq; ea forma,& absq; aliis solennitatibus iure Pontificio requisitis præstita valet,& tenet.glo.vlt. communiter recepta in cap..cum desideres. de sent.excom.Francus in ca.qua frõte.col.penult.de appellat.Florenti. 3.part.tit.24.cap.77.Sylvest. verbo. absolutio.3.§.3.quorum opinio cõmunis est,contra Hosti.cui equidẽ cõmuni opinioni suffragatur tex. in.c.venerabilib⁹.§.fane.ist.tit.probans,absolutionem ab excommunicatione obtentam ab eo qui potestatem habet absoluendi, validã esse,etiã si iniusta sit,& inique præstita.cuius decisionis ad hoc prẽter

Doct.

Doct.ibi meminêre Abb. col. vlt. & Cardi.col.3.in.c.ex parte.de off. ordi.Frãc.& Præpo.in.ca.quęstioni.de appellatio.Abb.in.c.qua frõte.col.5.eo.tit.vbi.cæteri Doct. idẽ probãt ipsiusmet tet. authoritate. Imo licèt excõmunicatio lata post appellationẽ nulla sit,absolutio tamen data post appellatationem ab aduersario propositam,ne absolua tur excõmunicatus,valida est,& tenet:quemadmodũ ex dict.ca. qua frõte.expresim adnotarunt Franc. nu.26.&.38.ac Præpo.nu.17. & præmittant alii,quasi hoc sic speciale in animarũ fauorẽ:quamuis Deci.cõtrariũ ibi teneat,nec tex.ille admodũ vrgeat,quia friuola fuit appellatio,de qua in eo responso cõtrouertitur.quibus adde Caieta.verb.Absolutio ab excõmunicatione. vers. de iudicialibus. Qui tenet absolutionẽ ab excõmunicatione contra formã iuris præstitã non tenere.sed cõmunem opinionẽ probat glo.in ca.de manifesta.2.q.1.verb. iudicaui.& ea procedit,etiã si à cõstitutione dãte formã in specie dictio:nullatenus, aut similis adiiciatur:quasi velit,& præcipiat nullatenus absolutionem dandam.Etenim nihilominus absolutio absq; ea forma præstita ab excõmunicatione,valet & tenet.glo.in vltima opinione in cle.vnica.verb.nullaten9.de seque. possf. & fruct.quam in ea sententia sequitur ibi Card.q.6.Feli.in ca. quod super his.de fide instru. col. pe.Iason.in.l.scriniarios.C. de testamẽ.milit.licet in dict.clem.vnica de hoc dubitauerint Abb.Imol. & Barb.atq; contrariũ tenuerit Bonifa.sequutus priorem opinionem glo.quam Iason sequitur in.l. vlt. ff.de feriis,nume. 25. & plures alii eandem adnotauerint ad hoc, quod dictio nullatenus inducit decretum irritans,seu irritum decernens contrarium actum.quod minimè oberit priori sententiæ:siquidem id intelligendum est,nisi materia subiecta dictet, actũ alioqui absq; ea forma validum fore. glo. in cap.pueri.1.q.1.notat Areti.in capit.in causis.de testib.col.4.& traditur in dict.l.scriniarios.

Igitur nõ ita stricte à iure forma, & solennitas in absolutione ab excõmunicatione præstanda requiritur,quin & sine ea præstita ipsum excõmunicatum omnino ab excõmunicatione liberet.præsertim qa forma iure præscripta tunc seruanda est,cum seruari cõmode potest, & sic in absolutione quæ statim simpliciter absoluit ab excõmunicatione simpliciter lata:quasi aliud dicendum sit in absolutione, quæ tacite deducitur ab excõmunicatione ad tempus inflicta,vel in absolutione conditionali:cum in his non possit ita ad summum,& stricte forma canonis seruari: siquidẽ ea forma potius absolutioni absolutæ,& simplici,quam huic tacitę, & conditionali conueniat.

Imo & aduersus cõmunem sentẽtiã optime facit quod notãt Ricar.

in.4.sent.dist.18.art.10.q.5. Florent. 3.part.tit.24.ca.77.§.1.qui asserunt, in absolutione ab excommunicatione,quæ ad iurisdictionem præcipue,non ad ordinem pertinet,nõ esse verba quædam præcise necessaria,sed satis esse,ac sufficere illa,quę secundum intentionem absoluentis remotionem excommunicationis significent.Sed hæc verba iuxta excommunicantis, & pronunciantis sensum,sicuti excommunicationem præmittunt,& inferunt, ita & absolutionem post tempus præstitam ipso iure significant. verba autem hæc sunt. Excommunico te donec satisfeceris. Ex quibus præter Paul.Imol.& Alciat. aduersus cõmunẽ tenuerunt Card.in di. clem.1.q.30.Deci.in dict.capit.1.de iudic.2. lectione,notab. 6. nequaquam permittentes hac in specie differentiã aliquã constitui inter suspensionẽ,& excõmunicationem.

Hinc deniq; ipse infero,in interdicto ecclesiastico expressim cõstituto:donec aliquis satisfaciat, aut donec ab vrbe recesserit,sequuta satisfactione,vel recessu ab vrbe: nõ esse necessariã relaxationẽ : cũ ipso iure cẽseatur,& sit interdictũ relaxatũ.Quod tenet gl.in ca.nõ est vobis.verb.donec . & ibi Doct.licet Frãcis.à Ripa in di.ca.1.de iudic.notab.6. contrariũ teneat authoritate tex.in ca.quanquã.de cẽsib.in.6.cuius opinio vera est in hũc sensum, vt declaratio requiratur:nõ tñ absolutio,nec relaxatio:sicuti apparet ex Abb.Card.& aliis in di.cle.1.quorũ meminit sic eos intelligẽs Paulus Parisi:cõs.27.li.4.col.pen. & fi.

¶Secũdò principaliter hinc est obseruãdũ,esse necessario impetrandã absolutionẽ ab excõmunicatione pro eo,qui mortẽ obierit excõmunicatione ligatus,adhuc cũ pœnitẽ
8 tiæ,& cõtritionis signis, non tamẽ absolutus ab excõmunicatiõe. Nã licet is apud deũ absolut⁹ esse creda tur,apud ecclesiãtñ adhuc ligatus cẽsebit:atq; ideo ab eo debet impe trari absolutio, qui eũviuũ absolue re iure potuisset.Quod probat tex. celebris in ca.à nobis.in.2.de sent. exco.cui respõso potisimũ obstat, quod potestas iurisdictionis, quæ ad excõmunicandum,& absoluendũ papæ,& ecclesiæ prælatis cõcessa est per redemptorem nostrum, erga solos viuos, & super terram existentes competit.Matthæ. ca. 18. quodcunq; solueris super terram, erit solutũ & in cœlo:& quodcũq; ligaueris super terrã, erit ligatũ & in cœlo.ad idem sunt authoritates plures,quarum Gratianus meminit in ca. de cõmunione.cap. sane. cap.legatur.24. q.2. solos ergo viuos ecclesia ligare,aut soluere potest:non autem mortuos.Quod est communi theologorũ & canonistarũ sententia probatissimum.sed nihilominus prædicta decisio tex. in dict.ca.à nobis .ita est intelligenda,vt vere constet,ecclesiam militãtẽ nec ligare,nec soluere mortuos, sed potius denũciare eos decessisse

ligatos,

ligatos,vel absolutos . Quę quidē declaratio quo ad ecclesiā militantem necessaria est,non quo ad triū phantem:sicuti Romanus pontifex fatetur in dic.ca.à nobis.quā ob rē Panor.inibi,& cęteri sic illū tex.in terpretantur . posset tñ & apertius intelligi,ecclesiā soluere mortuos, vel ligare nō quo ad ipsos,sed quo ad actus,& effectus per viuos erga mortuos agendos:quemadmodū post alios explicat Alfōsus à Castr. lib.2.de iusta hęret.punit.ca.20.idcirco cauendū est à glo.& Panor. in ca.si quis.de hæret.& glo.in ca. Iudęi.in.2.de Iudę.Roma.in singu. 735.qui existimarūt, hęreticū posse post mortē excōmunicari per tex. in di.ca.si quis.atq; ideo concedūt, posse mortuū ab ecclesia excōmunicari.Quorū opinio falsa omnino est:vt & ipse Castro ca.19.latius ostendit.Nā quod in dict.ca.si quis. legitur.Anathema ei dicat:est exponēdū in hūc modū,quod post mortē solēnis fiat maledictio,quę præmittit,illū decessisse excōicatum . hanc siquidē significationē & hæc dictio : anathema habet:sicuti hac in relectione superi9 probauimus.

Quod si mortuus in ipso mortis articulo per sacerdotē fuisset ab excōmunicatiōe,etiā a solo papa alioqui tollenda, absolutus:nulla erit post mortē absolutio necessaria.gl. cōmuniter recepta in di.ca.à nobis verb.nō potuerit.tex.in ca.non dubiū.ca.quod de his.ca.quāuis.cap. ea noscitur.vbi Doct.de sent.excō. l.25.tit.9.part.1.notat S.Thom.in.4. sent.dist.20.q.1.art.1.ad.2. q. qua in re distinguere oportet articulum mortis à periculo mortis quo ad istā potestatē,quæ sacerdoti cuicūq; cōpetit,absoluendi scilicet à peccatis,& cēsuris quēcunq; in articulo mortis cōstitutū,etiā si alioq absolutio sit Sūmo pontifici,vel episcopo reseruata.est enim periculū mortis in his duntaxat, vnde mors frequēter solet accidere:vt in bello,in nauigatione maris vehemēter turbati,in fœminis prægnantibus, in morbo graui.Periculū siqdē mortis in his prudentis viri arbitrio agnoscendū est.Mortis aūt articul9 nō dicit vbicunq; periculū adest mortis,sed regulariter cū certa mors est verosimili cōiectura,aut à morbo, aut à vulnere,aut exteriori vi, vt cū qs ad mortis pœnā fuerit damnat9. Idcirco quod vel literis Sūmi pōtificis,vel canonibus permissum est: nēpe,simplicē sacerdotē posse quēpiā absoluere ab oībus peccatis, & cēsuris in articulo mortis,etiā si alioquī soli Romano pōtifici sit eorū absolutio reseruata:nō ita late intelligi debet in periculo mortis ea absolutio fieri valeat : sed tūc solū, quādo mortis articul9 cōtingat.Sūt etenim hęc maxime diuersa ex ipsa quidē propria nominū significatione.Sic sane cēset rē istā definiendā fore Melchior Cano epūs Canariensis in relectione de pœnitētia.5.par. folio.144.cuius sentētię & illud accedit,quod iura pōtificia potestatē

istã cõcedẽtia cuilibet sacerdoti,nõ de periculo mortis, sed de mortis articulo meminêre:vt cõstat in di. ca.nõ dubiũ.c.quod de his.c.quãuis.ca.pastoralis.§.1.de off.ord.ca. eos.supra ist.tit.& li.Sed huic opinioni vidẽtur obstare duo,veltria. Primũ quod tex.in.c.si quis suadẽte.17.q.4.hãc cõclusionẽ explicans de mortis periculo expressi mentionẽ fecerit permittẽs absolutionẽ ab illius canonis excõmunicatiõe epis in articulo mortis.Nec erit cõgrua respõsio,quod ille canõ permittat absolutionẽ epis:nõ cuilibet sacerdoti:quasi voluerit amplioꝛẽ epis, quã sacerdotibus in hac specie delegare potestatẽ.Nã & in ca.ea noscitur.Et in.c.de cætero.de sent.excõ. expressum est,absolutionẽ ab excõmunicatione illius canonis cõpetere epis,quoties vel propter mortis periculũ,vel ob aliud impedimẽtũ à Romano põtifice nequit obtineri & tñ in prẽcitatis locis:nẽpe in ca. nõ dubiũ.ca.quãuis.cap. quod de his.c.eos.mẽtio fit de articulo mortis.vnde ab epõ impetrãda est, etiã in articulo mortis absolutio, si cõmode fieri possit:alioq̃ & simplex sacerdos absoluere poterit.quod satis probaꝛ ex eo, quod iure diuino quilibet sacerdos deficiẽte proprio presbytero habet potestatẽ absoluẽdi à peccatis quibuscũq̃ sacramẽtali absolutione:vt probauimus superius.§.6.nu.8.quę tñ non potest ministrari nisi & à cẽsuris fiat absolutio:igiꝛ qlibet sacerdos habet in articulo mortis potestatẽ absoluẽdi ab excõmunicatione:saltẽ, vt scribit Paluda.in.4.sent.dist.17.q.3. col.2. præsumendũ est,papã ea mẽte esse,vt velit quẽlibet in articulo mortis cõstitutũ à quolibet sacerdote absolui posse,etiã à peccatis reseruatis.Quod ipse Paluda.iterũ asserit dist.20.q.1.concluſ.2.

Secũdò eidẽ opinioni aduersatur, quod in ca.eos supra ist.tit. mortis articulus appellatur in.2.part.c.periculũ mortis.itẽ in dict.ca.ea noscitur.Quod in articulo mortis plane permissum est,itidẽ permittitur in firmitatis tẽpore timore mortis.Ergo periculũ mortis,aut timor mortis verisimilis, sufficiens est causa, vt sacerdoti cuilibet cõpetat absoluẽdi potestas.vnde constitutus in morbo,& infirmitate nõ tantũ poterit absolui ab excõmunicatione canonis propter impedimentum, quod præstat morbus,ne possit accedere Romã,etiã si nõ sit in mortis articulo:quod Panor.et alii per tex. inibi cõcedũt in di.c.quod de his. sed etiã propter timorẽ mortis:sicuti apparet in di.ca.ea noscit.quo fit, vt mortis timor,aut periculũ,articulo mortis hac in quę.sit similimũ.

Tertiò in hac cõtrouersia est oĩno aduertẽdũ,quod gl.in di.c.pastoralis.§.1.verb.præterquã.ibidẽ cõiter recepta.Inno.Io.And.Hosti.Abb. Hẽri.& alii in di.c.quod de his.dũ quærũt,quis dicaꝛ in articulo mortis cõstitutus:in specie asseuerãt,eũ dici constitutũ in articulo mortis,

qui

qui prælio cũ hoste cõmissurus est, vel patit naufragiũ periculosũ, vel sit nauigaturus tempore, quo solet mare turbulentũ esse, aut lõga qdẽ nauigatione, vel per loca insidiosa, & periculosa. tex. optim⁹ in. l. mortis. cũ sequentibus. ff. de donat. causa. mort. idẽ de fœmina prẽgnante Doct. prẽcitati tradidêre potissime Io. Andre. in di. ca. pastoralis. §. 1. & Hẽri. in di. c. quod de his. Itẽ Panormi. & alii in dic. §. 1. ex quibus satis deducitur, cõmuni doctorũ sentẽtia decisum esse, periculũ verosimile mortis in hac quẽstione articulo mortis ẽquipollere: imo idẽ esse articulũ, & periculũ mortis, quo ad effectũ istum. Fatẽtur equidem hi Doct. candẽ potestatẽ absoluendi, quẽ data est cuilibet sacerdoti in articulo mortis, datã item censeri & in mortis probabili periculo, quod & Palud. notat in. 4. sent. dist. 20. q. 1. vers. tertia conclusio.

Ego vero iuxta propriã dictionũ significationẽ arbitror differre articulũ mortis à periculo mortis, ita quidẽ, vt qui existat in mortis articulo, etiã dicat & in periculo mortis cõstitutus: nõ tñ qui est in periculo mortis, statim censendus erit in mortis articulo esse. Et nihilominus censeo cõmunem canonistarũ sententiã admittendã temere non esse, sed tunc solũ, cũ mortis periculum prope, & maximo cum timore ipsius mortis cõtigerit, ac demũ mors immineat satis vero simili coniectura: quod colligitur ex his, quæ de prægnãtibus tradidere Abba. in ca. quod in te. 2. col. de pœnit. & remiss. & Sylvest. verb. interdictum. 5. q. 7.

¶Sed & gl. in di. ca. à nobis. verb. non potuerit. scribit, posse laicũ in mortis articulo ab excõmunicatio
9 ne absoluere: quemadmodũ posset à peccatis. Nã & in articulo mortis posse laicũ à peccatis absoluere visum est quibusdã. Et tamen in absolutione à peccatis hoc est manifeste falsum: etenim licèt honestũ sit, & possit multis ex causis vtile esse, quod deficiente sacerdote quis in articulo mortis laico propria confiteat peccata ca. quẽ pœnitet. de pœnit. dis. 1. ca. 1. in princip. de pœnitẽ. dist. 6. absolutio tamẽ à laico ministrari non potest, etiã in mortis articulo. quod manifestissima ratione constat: siquidẽ absolutio à peccatis ab ecclesiæ clauibus pẽdet, ac de nicq; ab ordine, & iurisdictione. Extrauagãs. Quia quorundã. §. quod aũt. de verb. signif. idẽ ipse probauit lib. 1. varia. reso. ca. 10. nu. 11. Nec posset papa cõmittere potestatẽ absoluendi à pecatis laico, aut illi, qui clauem ordinis non haberet: vt est cõmunis in hoc omniũ consensus, & tradit in specie Palud. in. 4. sent. distin. 17. q. 3. col. 2. vers. tertia conclusio. idcirco non posse laicum quenquã à peccatis absoluere, etiam in articulo mortis: asserit. glo. in dict. cap. pastoralis. §. præterea. quã præter alios sequuntur Abb. ibi. idem Abb. & Hẽri. in ca. à nobis de sent.

exco. idē in ca.quarto.de consuet. col.vlt.Deci.in ca.2.de iudic.nu.23. est similis glo.in ca.2.de pœnit. & remiss.ist.lib.Sylvest.verb.Absolutio.1.§.4.col.4.& est cōmunis opinio theologorum in.4.sent.dist.17. notat optime Martinus Azpilcueta in cap.1.in princip.num.74.de pœnit.dist.6.At in excommunicatione quidam censent, posse laicū ab ea absoluere in articulo mortis existentē quod notat glo.in in dic.ca. à nobis.quāibi sequuntur Abb.& Feli.item Sylvest.verb.Absolutio. 1.§.4.col.4.Angel.verb. absolutio. 3.§.17.Deci.in dict.ca.2.de iudi.nu. 23.quib⁹ suffragatur quod papa potest laico dare potestatem absoluēdi ab excōmunicatione. glo.in ca. præter.32.dist.cuius in initio huius. §.meminimus.sed in articulo necessitatis hæc potestas absoluendi censetur delegata ex Romani pontificis intentione:igitur poterit laicus absoluere ab excommunicatione in articulo mortis constitutum. Nihilominus opinio contraria verior est authoritate glo.in ca.vlt.24. q.1.quę scribit,laicū in spiritualib⁹ etiā in articulo mortis nihil agere posse,nisi quod expressim iure cautum fuerit.cuius glo.meminit Deci.in di.ca.2.nu.23.post Abb.ibi Innocēt.& Abb.in di.cap.quarto.de consuet. Hāc itē opinionem tenet Imol.in.l.1.col.3.ff.de publ.iud.ad hoc allegās glo.in di.ca.pastoralis. §.1.eā.inducens ad absolutionē ab excōmunicatione. sed & ipse Panor.in di.ca.à nobis.nu.10.palā asserit.glo. inibi esse intelligendam iuxta glo.in dict.cap. pastoralis.§. præterea.vt fortasis Panor.non ita stricte velit,absolutionem ab excō municatione posse in mortis articulo à laico ministrari:sed vt excōmunicatus per propriā cōfessionē, & contritionem dignus efficiatur absolutione,& remissiōe excōmunicationis.Nā,vt rationem quādā contrarię opinionis tollamus, est omnino adnotādū quod Palu.scribit in.4.sēt.dis.17.q.3.col.3.vers.probabile enim est.assueras,ideo posse in articulo mortis simplicem, & quencūq; sacerdotem absoluere ab excōmunicatione : quia eo tēpore potest quilibet sacerdos à peccatis absoluere,& hęc absolutio non potest ministrari aliter,quā promissa absolutione à censuris.idem ipse repetit in.18.dist.q.5.vers. secunda regula.idem dist.20.q.1.ad finē secūdæ conclusionis.Ergo sentit, & vere asserit Palud.eum qui non possit in articulo mortis absoluere à peccatis,minimè posse ab excommunicatione,cuius absolutio ideo permissa tūc videtur,vt possit quis à peccatis absolui.Deniq; hanc sententiam aduersus gloss. in dicto. cap.à nobis.probat Martin.Azpilcueta in dict.ca.1.in princip.num. 83.de pœnit.dist.6.

Hinc constat,non excusari hæredes defuncti à petenda absolutione ab excommunicatione,etiam si fuerit in mortis articulo per laicū

mortuo

mortuo data absolutio. Quod est verissimũ cõtra Abb. & Feli. in dicto ca. à nobis. & Syluestrũ in dic. verb. Absolutio. 1. §. 4. col. 4. quorũ opinio iure nec probari, nec defendi potest.

¶ Post hæc merito dubitatur, an ab excõmunicatione absoluere possit is, q excõmunicauit, & iurisdictionem habet, licèt sacerdos nõ sit. Et Hosti. in di. ca. à nobis. in. 2. & in. c. ad aures. de simo. quẽ sequuti sunt veteres quidã summarũ authores, duplex vinculũ excõmunicationis cõsiderat: vnũ em̃ quo ad forũ iudiciale, aliud quo ad pœnitẽtiale. quo ad primũ inqt, posse absolutionem ab excõmunicatione ministrari ab eo, q iurisdictionẽ habet, licet presbyter nõ sit: cũ ea pertineat ad iurisdictionẽ ca. trãsmissam. de elec. Sed quo ad posteri⁹ vinculũ asserit, nõ posse absolui excõmunicatũ ab excõmunicatione ab alio quã à sacerdote. tex. in ca. canonica. & ca. à nobis. de sent. exco. cũ hęc absolutio ad ordinẽ expectet. qua ratione moribus obtẽtũ est, vt plerũq; iudices ecclesiastici absoluẽtes quẽquã ab excõmunicatione, quia sacerdotes nõ sunt, cõmittãt solennem absolutionẽ sacerdoti alicui. Quẽadmodũ & ipse Hosti. sensit in summa hoc tit. de sent. exco. §. quis possit absoluere. Sylue. verb. absolutio. 1. not. 3. vers. quintus. ac fatẽtur pleriq; alii, quorũ mentionem hic omittã, eo quod ab Henrico in specie citẽtur: & à Bottẽo in tract. de synodo. 3. par. art. 5. nu. 12. q̃ admonet, hãc opinionẽ tutiorẽ esse: & idẽ fateẽ Cardi. in dict. ca. à nobis. 2. oppo.

Hęc distinctio falsa est omnino, quod Ioan. Andre. & Hẽri. optime in dict. ca. à. nobis in. 3. col. ostendere conãtur & idem tenent Card. 2. oppo. & Collectari. ibi. idẽ Card. in ca. vlt. 3. nota. de sepultur. & Florent. 3. part. tit. 24. cap. 77. in principio. ad finem. Sylues. verbo. Absolutio. 1. in princip. gloss. in dict. cap. canonica. Ex quibus ipse colligo, absolutionem ab excommunicatione omnino, & quo ad omne eius vinculum concedi, & ministrari ab habẽte iurisdictionem, & potestarem excommunicandi, etiam si is nec presbyter, nec diaconus sit, nec subdiacon⁹. Quod multis rationibus euidẽter probari poterit: & præsertim: quia quo loco sacri euangelii data fuit potestas iurisdictionis ad excõmunicandũ, & quibus, eodem pariter, & eisdẽ data est ad absoluendum: sicuti supra latius probatum est ex authoritate Matthęi ca. 18. quęcunq; alligaueritis super terrã, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Et tamen potestas excõmunicãdi solius iurisdictionis est, & competit clericis, etiã sacris ordinibus nondũ insignitis ca. trãsmissam. de elect. igit̃ & eisdẽ cõpetit absoluẽdi potestas. secundo eadẽ opinio probatur ex eo, quod regulariter qui potest ligare, poterit & absoluere. ca. inferior.

21.dist.l.qui cõdemnare.ff.de re iudi.notat in.l.nemo qui condemnare.ff.de reg.iur.& inibi cõstat ex lectione Haloandri.sed clericus non dũ presbyter iurisdictionẽ habens potest excõmunicare:igitur poterit & absoluere.nullibi enim contrariũ probat:cũ in dict.ca.canonica. minimè cõstet,requiri ordinẽ presbyterii ad absolutionẽ ab excõmunicatione obtinẽdã. Agit siquidẽ ibi de militibus hospitalis Hierosolymitani per eorũ priorẽ absoluendis ab excõmunicatione:& inquit Sũmus pontifex id permissum esse priori,qui presbyter,vt audiuim⁹, esse debet.Ne inter milites is prior fortasis esset laicus atq; ideo absoluere nõ posset.Nõ aũt exigit Papã illũ priorẽ esse presbyterũ, quia is ordo necessarius sit ad absoluendũ ab excõmunicatione.Tertio his accedit,quod absolutio ab excõmunicatione sacramẽtalis nõ est:sicuti omniũ consensu receptissimũ esse videt in.4.sent.dis.18.dũ materiã excõmunicatiõis tractãtes post s.Thomã.inibi.q.2.art.2.tenent,hãc potestatẽ ad iurisdictionem,non ad ordinẽ pertinere.Idem notatur in di.ca.transmissam.& fatetur Hostiẽs. & alii priorem opinionem sequuti dũ concedũt,quo ad iudiciale forũ exterius clericũ nondũ sacris initiatũ absoluere ab excõmunicatione posse.Nec vere dici poterit,absolutionem ab excõmunicatione sacramentalem esse,saltẽ ab his,qui mediocri quadã diligentia expendere velint ex theologis,quæ sit proprie sacramentalis absolutio.est etenim pars sacramenti pœnitentiæ. quod quidẽ pœnitẽtię sacramẽtũ ad cul pã peccatorũ,quę in iudicio animę secrete,& integre sacerdotibus detegũtur,remittendã omnino pertinet:& sic ad vinculum quod propter peccati culpã peccator absq; ulla excõmunicatione ob solã diuinã offensam cõtrahit.Iuxta illud:quorũ remiseritis peccata, remissa erũt quorũ retinueritis,retẽta erũt.Nõ aũt pertinet sacramẽtũ pœnitentiæ ad remittendũ vinculũ contractũ ex iudicis exterioris sentẽtia.sũt & aliæ rationes, quibus satis apparet, absolutionem ab excõmunicatione non esse sacramentalem. Quod sit hæc absolutio sacramentalis nõ est,minimè requirit, quod eius minister sit sacerdos: siquidem sacerdotii ordo tantum exigitur quo ad absolutionem sacramentalem,quę est pars sacramenti pœnitentiæ,cuius minister lege diuina sacerdos est. quemadmodũ ex sacra scriptura catholica docet, & tenet ecclesia.Quarto aduersus Hostiẽsem à diuisione argumẽtor.Etenim aut agim⁹ de absoluẽdo excõmunicatũ à culpa,et peccato,propter quod iure fuerit excõmunicatus:aut de absoluẽdo ab excõmunicatiõis vĩculo. Priori eqdẽ casu,absolutio pertinebit ad iudicẽ fori interioris,ad quẽ alioq spectat iure ordinario, vel reseruationis,sacramẽtalis pœnitẽtiæ absolutio:posteriori aũt, absolutio

vere

vere iurisdictionis est fori exterioris, & ad eum pertinet, qui hanc iurisdictionem habet, & excõmunicandi potestatem, nec spectat ad iudicem fori interioris animæ: vbi de peccatorum culpis per absolutionem sacramentalem tollendis, non de cẽsuris agitur: nisi ea ex parte, qua censuræ impediunt sacramẽtum conferri: & tunc ab exteriori iudice absolutio à censuris exigenda est. idcirco arbitror, absolutionẽ ab excommunicatione præstari, & ministrari posse ab eo, qui sacerdos non sit modo iurisdictionem habeat ordinariam, vel delegatam. etiam si exhibenda sit cum solẽni forma tex. in dicto cap. à nobis. in. 2.

¶ Verum ad absolutionem ab excommunicatione canonice consequendã multa sunt necessaria, quæ in secundum iura pontificia præmittenda videntur prius quam absolutio ab excommunicatione concedatur, quæ tradidere Hosti. in summa de sent. excõ. §. & qualiter hæc absolutio. Florent. in. 3. parte, tit. 24. cap. 77. §. 1. & Sylvest. verb. absolutio. 3. §. 3. & alii statim in specie à nobis citandi. primum enim præstare debet excommunicatus iuramentum, de obediendo, ac parendo mãdatis ecclesiæ. cap. 1. cap. ex tenere. c. de cætero extra ist. tit. hæc vero iuratoria cautio ad cautelam futuræ, & præsumptæ contumaciæ exigitur, etiã ab eo, qui iuste excõmunicatus absolutionis tẽpore satisfacit pro cõmissa culpa. quod cõstat ex præcitatis locis & cap. cum desideres. eo. tit. vbi glosa in ver. ad cautelã. idẽ probat. Secundum quod excõmunicatus priusquã absoluatur, si offensa fuerit manifesta, realem exhibeat satisfactionẽ: si vero dubia, sufficiens ab eo præstetur cautio datis pignoribus, vel fideiussoribus. tex. optimus in. c. exparte. in. 1. de ver. signi. ca. 2. c. venerabilibus. §. 1. supra ist. tit. notatur in dict. c. cũ desideres. & in. c. adhæc. c. ea noscitur. eo. ti. & in ca. qua fronte. de appellat. vbi Præp. & Franc. quidquid dixerit glo. in dict. cap. ad hæc. quod si nec possit satisfacere pro manifesta offensa, nec pro dubia dare cautionẽ sufficientẽ: satis erit quod iuratoriam præstet cautionẽ: quẽadmodũ cõmuni omniũ consensu diffinitum extat. idem vero respondendũ est in excõmunicato propter cõtumaciam: nã si cõtumacia manifesta sit, nõ aliter absoluitur, quã præmissa reali satisfactione expẽsorũ, & sufficiẽti cautione de stãdo iudicio præstita: sed si cõtumacia manifesta nõ sit, absolutio fiet, ac erit cõcedẽda, tantũ præstita sufficiẽti cautione: sicuti probat tex. elegãs in di. c. venerabilib⁹. §. 1. ad idẽ tex. in di. c. qua frõte. & ibi gl. quã sequũtur Pa. Frãc. & doct. cõmuniter. Ro. in nouis. 72. Re. l. 28. ti. 9. part. 1. licet Deci. in di. c. qua frõte. teneat in vltimo casu sufficere iuratoriam cautionẽ.

¶ Est autem manifesta contumacia: cum ipse citatus fatetur in iudicio, se contumacem, vel cum cõst

tat,eum reſpondiſſe, nolle ad iudicium,nec ad iudicem accedere.tex. in dict.cap.venerabilibus.§.1.verſ. Secus.notant Card. & doct.in cle. vnica.de dolo.& cont. q.8. Abb. in cap.cum parati.col.pe. de appellat.debet autem hæc citati reſpõſio probari per teſtes ſecundum communem. nec ſufficeret ſola ipſius nuncii publici aſſertio, vt dicatur contumacia manifeſta.glo.in dict. verſ. ſecus.parte.in iudicio. quam ſequũtur ibi Domi.& Franc.Imola. in dict.clem.vnica.col.8.Bal.in dict.cap.cumparati. atque ibidem Imola.Iaſon.in.l.properandum.§. 1.col.3.C.de iudic.erit quę in dubia controuerſia hæc opinio potius admittenda : tametſi contrarium reſponderint Card.in dict.clem.vnica.q.8.Præp.Abb.& Deti.col. vlt. in dict.cap.cum parati.Feli.in cap. ad petitionem.num.20. de accuſat. qui alios huius opinionis authores allegat:ſicut & Iaſon.cõtrariæ.

Illud vero non eſt omittendum, excommunicatum ratione contumaciæ iudicialis,eadem cenſura ligari, & ligatum cenſeri donec abſoluatur,etiam ſi conſtet in iudicio de impedimento, cuius cauſa non potuit ad iudicem accedere:iuſteq; valeat excuſari:cum tamen nullam contraxerit contumaciæ culpam. probat hoc tex.ſingul.in dict.capi. venerabilibus.§.1. quem ad hoc adnotarunt ibi Domi.& Franc.ac Feli in cap.2.de teſtib.cogend.col.pe. quorum opinio eam rationem habet,quod iudex ſecundum proceſſum iuſte contumacia per eum præſumpta, excommunicauerit legitime citatum,ad iudicium non accedentem: atq; ideo ligat excommunicatio. idem notant Innocen. & Abb.in cap.P.&.G.de off. deleg. col.4.Bal.in ca. quod tranſlationẽ. de off.leg. glo.in capi. quiſquis.4. q.5.verb.occurreret. & eſſe cõmunem hanc opinionem fatetur Antoni.in dict.cap.2. quidquid dixerint Hoſtien.& Abb.ibi.nam & ſi iudex errauerit in excommunicationis cenſura,eam iniuſte pronuncians, adhuc excommunicatio ligat, & abſolutione indiget : ſicuti & nos ſuperius explicuimus.§.7. numero.5.

Sed & ſi excommunicatus pro manifeſta offenſa non ſit ante realem ſatiſfactionem abſoluẽdus, id procedit vbi ſatiſfactio poteſt ab excõmunicato exhiberi.idcirco quoties ſatiſfactio ſpiritualis eſt,vel eiꝰ conditionis,vt ab excommunicato præſtari non poſsit:nempe collatio beneficii:receptio in canonicũ: & his ſimilis:tunc prius eſt excommunicatus cum ſufficienti cautione abſoluendus, quam ſatiſfactio præſtetur. quod notat glo. verbo. emenda.in cap.ſolet.ſupra iſt. titu. quam Doct.inibi ſequuntur. Feli. in cap.cum contingat.col.1.de off. del.glo.Innocent.Abb.col.vlt. & Doct.in cap. pro illorum. de præbend.tex.in cap.ex publico. de cõuerſ. coniugat. & ibi Panormit.2. col.di

col. dicens, hanc opinionem communem esse, quæ est omnino memoriæ commendanda ad intellectū earū cōstitutionū, quas modo adduximus de manifesta offensa.

Tertium, quod in absolutione ab excommunicatione seruādum est, palam exponitur in dict. cap. à nobis. in. 2. nempe solennis forma cū psalmo, & oratione: quemadmodū dicti authores explicant. ex quibus & alia petenda sunt, quæ ad hunc articulum attinent.

¶ Prius vero quam aggrediar, & exponā quis possit iure ordinario ab excōmunicatione absoluere, aliquot hic adnotabo quo ad eos, qui ex Iubilæi, aut literarum apostolicarum priuilegio possunt ab excōmunicatiōe, & aliis peccatis absolui à quocunq; per eos eligendo sacerdote, etiam si hi casus sint huius modi, vt nullus præter Papam, vel episcopū absoluere ab eis possit.

Primū illud est obseruatione dignum, quod si quis huic sacerdoti
12 confessario, qui poterat ab omnibus peccatis reseruatis absoluere, & à cēsuris, ita peccata cōfiteatur, vt omittat per obliuionem ei confiteri peccatum aliquod, cuius absolutio sit reseruata, vel cui accesserit excommunicatio: & absolutionē generalem à peccatis, & cēsuris obtinuerit: absolutus omnino cēsetur ab excōmunicatione, & à peccato illo, quod per obliuionem omisserat cōfiteri. & licet peccatum illud teneatur post cū in memoriam redierit confiteri, poterit absolui à quocunque sacerdote simplici, etiam si non habeat potestatem absoluendi à peccatis, & censuris reseruatis. hāc sententiam asseuerant Angel. uerb. confessio. 1. q. 12. Sylvest. verb. confessio. 1. q. 19. eam tribuentes Palud. in. 4. sent. minime citantes Paludani locum. idem tenent Gabriel. in. 4. dist. 17. q. 1. Adrian. de confessione. q. 4. §. si petas. vers. ex hoc sequitur. Martinus ab Azpilcueta in cap. considereret. §. cautus. num. 30. de pœnit. dist. 5. hoc ipsum deducens ex Palud. in. 4. sent. dist. 8. q. 5. col. penult. opinor ipse doctissimum virum voluisse citare Paludani locū in. 4. sent. dist. 18. q. 5. art. 3. vers. quarta. cuius hæc sunt verba. si ille, qui absoluit, potuit ab omni sentētia, & noluit: tunc sufficit, quod si noluit ab omni, sed à quibusdā absoluere, tūc nunquā valuit absolutio, quo ad sententiam de qua absoluēs non cogitauit, nec absoluisset, si cogitasset. de sēt. exco. ex parte. & cap. officii. Si autem absolutus credat, quod si ille sciuisset, quod nesciuit, nihilominus absoluisset eum debet se reputare absolutum ab omni hæc Palud. qui de absolutione à cēsuris tantum loquitur. Sylvest. autem Angelus. & Adria. atq; alii de absolutione à peccatis reseruatis tractant. & in specie dum Sylvest. Palud. refert tractantem de presbytero absoluente in articulo mortis a casibus reseruatis: plane insinuat locum Palud. in quarto sent.

dist.

dist.20. q.1.art.2. quo in loco nihil addit de peccatis, aut censuris oblitis, & à quibus expresim absolutio data nõ fuerit. Quam ob rẽ ego constituendos esse censeo duos casus. primus equidem erit de peccatis, atq; eorum absolutione, in quo censeo veram esse Sylvest. Gabriel. Angeli, Adriani, & aliorum sentẽtiam. nam siquis confiteatur peccata sua confessione sacramentali ei, qui potuit ab omnibus, etiam reseruatis absoluere, & per obliuionem omiserit confiteri peccatum vnũ, vel duo ex reseruatis: obtenta generali absolutione, censetur ita & ab oblitis seruatis absolutus, vt satis sit ea postmodum memoriæ repetita cuicunq; sacerdoti confiteri, licet is non habeat absoluendi ab illis potestatem. etenim absolutio sacramẽtalis hãc vim habet quod & peccata oblita tollit hac tamen lege, vt sint demum confitenda, si memoriæ occurrerint, secundum cõmunem omnium Theologorum sentẽtiam. Huius autem prioris casus decisionem ipse non dum legi, nec potui apud Palud. locum inuenire etiam si deligenter inquirere curauerim. Secũdus casus versabitur circa absolutionem ab excommunicatione. nam in foro animæ si peccator pœnitens oblitus fuerit confiteri aliquod peccatum cuius causa est excommunicatus, & absolutio reseruata, & nihilominus generalem absolutionem obtinuerit, ab eo, qui potuit ab excõmunicatione absoluere: absolutus equidem est à peccato illo, & ab excommunicatione, ea lege, vt id confiteatur cum in memoriam inciderit sacerdoti ordinario, etiam si is non possit ab excommunicatione absoluere. Huius cõclusionis ratio ex eo deducitur, quod ab illo peccato per obliuionem omisso sacramentalis absolutio absoluit, & deniq; sacerdos ab excommunicatione: sine cuius absolutione minime potuit habere locum absolutio sacramentalis à peccatis exhibita. atq; ita hanc opinionem probare conatur egregius doctor Azpilcueta in dict. nume. 30. hoc ipsum explicans ex Angelo, Sylvest. Adriano. & Gabriele, qui in hanc sententiam inclinãt. nam Palud. & si ab eo citetur, non exponit hanc conclusionẽ, nec hũc casum explicat. quippe qui loquatur de absolutione tantum ab excõmunicatione, quæ in iudicio exteriori solet concedi: de qua statim agendum erit. & sane vbi in hoc secundo casu quis absoluitur à peccatis, & censuris, nõ est cur cõtrouertamus de vi absolutionis ab excommunicatione: idem tamen respondẽdum est, quoties qui potuit absoluere à censuris recta intentione, qua proponit à necessariis absoluere, dixerit super pœnitẽtem: absoluo te in nomine Patris, & filii, & spiritus sancti: siquidem ex hoc à peccatis, & censuris absoluisse videtur, authore Gerson. 2. parte. fol. 183. col. 1. cap. confessio. & folio eo. col. 3.

col.3.ca.excommunicationum.cuius decisionē ad hoc laudat,& exaltat Azpilcueta in dict.num.30.

Quid autem de illo dicēdum sit, qui pluribus ligatus excommunicationibus absoluit ab eo, qui potest omnes tollere,non equidem expresim omnibus nominatis, sed vel indiffinite,'vel ab vna earum aliis per obliuionem petentis absolutionem omisis? & quæstionem istam secluſa peccatorum absolutione tractat Palud.in dict.q.5.post Thom.& alios ibi.glo.& doct. in cap.cum pro causa.ist.tit. & in ca. ex parte.de off.ord.cuius capitis titulus apud Palud . vitio librariorū mutatus est. nos equidem,vt & obiter difficultatem istam expediam⁹,distincte proponemus aliquot conclusiones, quid iure verius sit explicantes.

¶Prima conclusio. excommunicatus vnica tantum excommunicatione,pluribus tamen ex causis, nō censetur ab excommunicatione absolutus, si in impetratione absolutionis causam aliquā tacuerit . tex. in dict.cap.cum pro causa. & cap. officii.ca. ex parte.vbi.gl.& doct. S.Thom.in.4.sent.dist.18.q.2.art.5. & ibi Theologi. Regia.l.29.titu. 9. part.1.Roma.cons.326. quorum opinio vera est,quoties causa tacita fuit æque principalis ad excommunicandum:alioqui valet absolutio:secundum Abb.& Henri. in dict.c. cum pro causa.Doct.in cle.2.ist.ti. Feli.in capi.quod super.de fide instru.ad finem ex quibus satis manifeste colligitur, etiam absolutionē validā esse in hoc casu,si causa,quę expressa nō fuerit, minime auertisset prælatum ab absolutione, licet expresim ei foret significata.quod & Palud.sentit in dict.quæs.5.col. vlt. tametsi ipse generaliter rem istam diffinierit.

¶Secunda conclusio. pluribus ligatus excōmunicationibus petens ab excōmunicatione absolui vnius tantum mentionem agens,non censetur à reliquis non expresis liber,etiam si indiffinite fuerit ab excōmunicationib⁹ absolutus. Refertur etenim hæc absolutio indiffinita ad excōmunicationē in petitione cōmemoratam.ex.l. si de certa. C.de transact.gl.in dict.c.ex parte. & in dict ca.cū pro causa. vbi Anto Abb.Hē.& Feli.Ancha.in dict. clē.2.S.Tho.in dict.ar.5. & probatur in eisdē canonib⁹,quorū in proxima conclusione mentionē fecimus.procedit autē hæc ipsa cōclusio,etiā si absolutio ab excōmunicatiōe generalis sit.nā ad expressam, & petitā tantū refertur: propter rationem dict.l.si de certa.

¶Tertia conclusio. excommunicatus pluribus excommunicationibus,vnica tantum absolutione ab omnibus absoluit, si omnes fuerit absoluenti significatæ,& expressæ. argumento.l.pluribus.ff. de accept illat. Et hæc est omnium concors sententia in præcitatis locis de qua non est vlterius controuertēdum.

¶Quarta

¶Quarta concluſio. qui poteſt excommunicatum ab omnibus abſoluere excõmunicationibus, vnica tantum abſolutione omnes tollit: non tantum ſibi expreſſam: vbi ſcientiam habens omnium excommunicationum indeffinite excommunicatum abſoluerit. hoc ſane ex ipſius abſoluentis mente præſumpta: quemadmodum notat Henri. in dict. cap. cum pro cauſa. Ioan. in ſumma confeſſorum tit. 33. q. 120.

¶Quinta concluſio. pluribus excõmunicationibus ligatus, ab omnibus, etiam vnica tantum expreſſa in petitione, abſolutus cenſetur: quoties qui abſoluit ita generaliter abſoluerit, vt dixerit: Abſoluo te ab hac excommunicatione, & ab omnibus aliis, quibus ligatus es, quarum nec memineris, nec memoriam habens, ea enim eſt abſoluentis meus, vt & ad omnes alias excommunicationes velit abſolutionem extendi. ita in ſpecie Henri. & Ioan. in ſumma confeſſ. modo citati adnotarunt.

¶Sexta concluſio. abſolutio indiffinita ab excommunicatione, exhibita ei, qui pluribus eſt excommunicationibus ligatus, vnica tantum in petitione nominatĩ expreſſa, etiam quo ad alias ſufficit, quoties veriſimili cõiectura præſumi poterit, abſoluẽtem & à tacitis excommunicationibus nihilominus abſoluturum, ſi earum ſcientiam habuiſſet. ita viſũ eſt Palud. in. 4. ſent. diſt. 18. q. 5. col. penult. verſ. quarta. hæve ro concluſiones omnino præmittunt in abſoluente poteſtatem abſoluendi ad omnibus excommunicationibus: alioqui nulla poſſet cõtingere dubitatio. deinde conſtat, neceſſarium eſſe, quod pluribus excommunicationibus ligatus, pluribus abſolutionibus, vel vnica ab omnibus abſoluatur. glo. in dict. cap. cũ pro cauſa. per tex ibi. & eſt cõmunis opinio quam tenent omnes in hac reſolutione citati.

¶Septima cõcluſio. abſolutio ab excommunicatione, obtenta ex falſa cauſa eſt nulla: nec prodeſt excõmunicat. oprobatur in cap. officii. 14. deſent. excom. & in dict. cap. cum pro cauſa glo. communiter recepta in dict. ca. ex parte. de off. ord. tex. in dict. l. 29. tit. 9. part. 1. notant Thomas. & alii in. 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 5. nec eſt in hac concluſione aliqua dubitatio, quæ poſsit iure eam improbare, aut dubiam reddere, præterquam quod glo. in dict. cap. ex parte. conatur conſtituere differentiam inter excõmunicationem, & abſolutionẽ in ſpecie huius quæſtionis, vt excommunicatio lata ex falſa cauſa valida ſit, & liget: abſolutio vero ex falſa cauſa præſtita minime abſoluat: imo nulla ſit. prior huius diſtinctionis pars probatur in ca. 1. 11. q. 3. & in his locis, quibus traditur, excommunicationẽ iniuſtam ligare, validam eſſe, & abſolutione indigere. quod nos tradidimus hac in relectiõe. §. 7. nu. 7. atq; in ſpecie de excommunicatione la-

ne lata ex falsa causa idē notat glo. in cap.1.supra ist.tit.verb. propter. quarum opinio communis est, secundū Curti.consi.20.dubio.2.col. 3.notant Doct.in dict.ca. ex parte. posterior pars constat in dict. cap. officii.& similibus. Sed Panor. in dict.cap.ex parte. hanc differētiam reprobat existimans,absolutionem ex falsa causa præstitam validam esse, si absolēns habeat animū absoluendi:nō obstante causa falsa: licet iniqua sit absolutio: sicuti constat ex cap.venerabilibus.§.sane.ist. tit. cuius hoc in.§.mētionem fecimus: rursus censet Panor.excommunicationē ex falsa,& iniusta causa latam minime ligare,si excommunicator non habuerit ligandi intētionem: quod præsumi debet, quia is putabat causam veram esse,alioqui non excōmunicaturus si sciret,eam falsam fuisse:quod notāt & Card. in dict.cap.ex parte.4.oppo. Curti.in dict.consi.20.Felin.in cap. quod super.de fide instru. col.penult. qui nullam admittūt differētiam inter excōmunicationē, & absolutionē. idē Card.in rep.cap.perpendimus. extra co.tit.num.22. quo in loco fatetur,priorem partem huius distinctionis ab omnibus receptam esse: tenet tamen cōtrariam asseuerans, excommunicationē latam ex falsa causa non tenere, sed nullam esse. idē ipse Card.sentit in dict.cap. ex parte.tandem Panor.Card.& Feli. in prædictis locis in hanc vidētur cōuenire opinionē,vt distinguēda sit excōmunicatio iniusta ab excōmunicatione lata ex falsa causa. nā excōmunicatio iniusta ligat, & tenet, donec absoluatur ita excōmunicatus propter excōmunicantis intentionē, nō sic excōmunicatio ex falsa causa:siquidē hęc nulla est,nec quenquā ligat ob deficientē excōmunicatoris intētionē, & cōsensū ad excōmunicandū. qui quidē defectus constat ex.l.1.C.de falsa cau. adiect.legat.l. demonstratio.§.vlt. ff.de cōdit.& demonst.hoc ipsum sensēre Hosti. & Abb.in.c.2.de testib.cog.quorū meminim⁹ in hoc ipso.§.vers.illud vero omittēdum non est. idem in absolutione respondendum erit secūdum horum doctorum sententiam.

Ego sane veram esse cēseo cōmunem opinionem,quæ asserit, excōmunicationem ex falsa causa latam validam esse, & absolutione indigere eo quidem modo, quo & excommunicatio iniusta ligat, & absolutione indiget: quod superius explicuimus.§.7.num.5.& sequentibus.eādem opinionem communem tenet Rota in nouis.399.ad cuius probationem in primis illud animaduerto, ex opinione contraria maxime improbari receptissimā illā sententiā,qua traditū extat, excōmunicationē iniustā ligare,& ab ea petēdā fore absolutionē.nā ex cōmunicatio lata ex falsa causa,quę tamē errorē manifestū in ea sententia expressum non cōtineat, iniusta est:nō autem nulla quēadmodum

notatur

notatur in cap.per tuas. de sent.excõ.vbi est hac de re tex. optimus, quem ita intellexit glo. ibidem cõmuniter approbata. quod si excõmunicatio secundum acta processus manifeste falsam causam habe ret,esset notoriè iniusta:& ideo nulla.cap.inter cæteras.de re iudi. vbi Abb.& Felin. num. 5. idem Abb. in ca.Odoardus.col.vlt.desolutio. idem Abb.in cap.ab excommunicato.col.3.de.rescript.Sylvest.verb. excommunicatio.2.col.2.& Caiet. 2.2.q.70.art.4. quanuis in hoc glo. in verb.errorem . & ibi Panormit. in dict.cap.per tuas.contrarium teneant.igitur sit satis, excommunicationem ex falsa causa latam, quæ nec euidenter falsa est, nec errorem expressum continet, iniustam esse, nõ nullam:& ea ratione ligare,donec detur ab ea absolutio.

Secundo est animauertẽdum,excommunicationem latam ex causa,quæ falsis testib⁹ probata sit, aut falsis instrumentis,nõ esse nullam, sed iniustam.hoc enim regulare est, quod sententia ita lata sit iniusta,licet non sit nulla tex.in.l. diuus. ff. de re iudicat.vbi.gl.Bart.& Doct. gl.in.l.qui agnitis. ff. de exceptio. quam sequuntur ibi Doct.cõmuniter,vt fatetur Soci.eã approbans. Felin.item post Abb.& alios.in.c. licet.de probat. num.35. & ibi glo. verb.opponi.Eandem opinionem fatetur communem esse Iason in dict.l.diuus.col.pe.quam etiam tenent Abb.& alii in cap.cum venerabilis.de exceptio. & licet contrariam sententiam,quod hæc sententia sit nulla ,tenuerint gl.in dict.c. cum venerabilis.in fine.& ibi Hosti.ac Deci.num.31.Cuma.in dict.l. diuus . & ibi Zasius . idem Zasius lib.1.singul.respons. cap.13. Alciat. in.l.si ex falsis.C.de transact. disputat idem Deci.in dict.cap.licet.nume.21.quibus ad huius quæstionis resolutionem addenda est regia.l. 2.tit.26.part.3.satis est prædictam cõmunem sententiam admissam passim fuisse:præsertim quia potest cõtingere falsitas testium , aut scripturæ absq; dolo producentis eos in iudicium.

Tertio his accedit, quod excommunicatio potest ferri ex falsa causa testibus minime falsis probata:q̃ quidem memoriæ lapsu, aliaue ratione decipi potuerunt,& falli, existimant tamen se verum dixisse,& verum esse eorum testimonium. quo casu sentẽtia dubio procul nulla non est, licet possit dici iniusta secundum rei veritatem: non secũdum acta causæ.

Quarto ad hæc facit. nam & veris testibus, aut veris scripturis potest quis falsa ex causa excommunicari,si nõdum produxerit, nec probauerit id,ex quo causa illa, quæ alioqui contigisse præsumitur,& digna excommunicatione censetur, vel cessauerit,vel iustissimam excusationem habeat.hæc vero excommunicatio, quod nemo in dubiũ reuocabit,nulla nõ est,imo iusta secundum

cundum acta causæ, licet iniusta ex rei veritate: & tamen ex falsa causa lata fuit. est igitur attenta communi resolutione distinguendum an excõmunicatio sit nulla: & tũc nõ ligat: an sit iniusta: & eo casu ligat donec absolutio ab ea fuerit cõcessa: etiam si ex falsa causa lata fuerit.

Quinto, si ad vim excommunicationis, vt ea ligare valeat, donec absolutio detur, est inspiciendus animus, quem ad excommunicãdum iudex haberet, si certus foret de innocentia excommunicati: nusquã fere locus erit communi opinioni, quæ asserit excommunicationem iniustam, quæ tamen nulla non sit, ligare, & absolutione indigere. sæpissime enim excõmunicatio iniusta est, quia iudex vel testibus, vel scripturis, aut falsa præsumptione fallitur, & ad excõmunicandũ inducitur: alioqui non excommunicaturus, si certus esset de innocẽtia excõmunicati. & profecto tunc tãtum excommunicatio iniusta ligaret, cũ iudex certus de innocentia rei ipsum excommunicaret aĩo excõmunicandi. & tamen in hac specie Feli. post Abb. in cap. 2. de testi. cog. num. 6. censet, nullam esse sententiam excõmunicationis propter manifestũ errorem iudicis. Quorũ opinio falsa est, si referatur ad iudicis voluntatem quo ad ipsum manifeste iniquam: procedet tamen vbi error hic esset ex actis causæ admodum manifestus: sicuti ex capi. inter cæteras. de re iudi. paulo ante adnotauimus.

Postremo communis opinio maximam rationẽ habet ex eo, quod ei cõtraria plurimũ detrahit ecclesiasticæ disciplinæ: & deide authoritati ecclesiæ admodũ esset perniciosum, quod quiuis excõmunicatus se liberum ab ea censura existimet ea occasione, quod falsa causa deceptum iudicem in eum excommunicationẽ pronũciasse causetur. quod quam sit iurisdictioni ecclesiasticæ aduersũ nemo nõ viderit.

Quibus equidẽ ad amussim examinatis deducitur, absolutionem ab excommunicatione obtentam ex falsa causa his modis, quibus diximus & excommunicationẽ ex falsa causa quandoq; pronũciari, validam esse: ita quidẽ vt nulla sit in hoc differentia inter excõmunicationẽ, & absolutionẽ. quod præter authores superius citatos tenẽt Rota in nouis. 399. sentit Innocẽt. in cap. sacro. verb. alioqui. extra ist. titu. pariter enim procedũt excõmunicatio, & absolutio. cap. verbum. de pœnit. dist. 1. notat glo. in. c. inferior. 21. dist. imo absolutio ab excõmunicatione etiam euidẽter, & manifeste iniqua, atq; iniusta. non erit nulla, sed tenebit, licet excõmunicatio esset in hac specie nulla: quod fortasis poterit probari simili conclusione, quam de absolutione prẽstita post appellationem hoc in. §. explicuimus.

Igitur hæc septima cõclusio tunc vera est, cũ excõmunicatus aliqua

ex causa ea tacita, & alia expressa obtinet absolutionē manet enim ex priori causa excōmunicatus: quia ab excōmunicatione lata ea ex causa nec bene, nec male fuerit absolutus. idem erit quoties pluribus ex causis excōmunicatus, vnica tantū expressa impetrat absolutionē: manet enim adhuc excōmunicatus ex causa tacita. ita sane procedūt authoritates ad septimā conclusionē adductæ. quod colligo ex eisdē locis: item ex Imola, & Felino in dict. c. quod super his, de fide instrū. nu. 13. qui late quæstionem istam examinare conātur.

¶ Secūdo illud in cōtrouersiam incidere solet. an cōfessarius electus ex Iubilæi, vel literarum Apostolicarū, quas bullas dicimus, priuilegio, absoluere valeat pœnitentē ab excommunicatione cōtracta ex crimine hæresis? & quibusdam fortasse videbitur huic sacerdoti hoc permissū esse. nā licet absolutio ab excōmunicatione iure canonico lata cōtra hæreticū sit Ro. pontifici specialiter reseruata: tamē in his literis datur potestas absoluēdi ab his casibus, qui sūt Apo. sedi reseruati exceptis quibusdā quorū de numero hæresis crimē nō est. idcirco exceptio regulā in cōtrariū firmat. l. q̄sitū. §. deniq;. ff. de fūdo instruct. l. nā quod liquide. §. vlt. ff. de penu legat. Secūdo ad hāc partem accedit, quod licet in. c. q̄uāuis de extra eo. ti. permissum sit inferiori absoluere percussorē clerici ab excōmunicatiōe canonis in quibusdā inibi expressis casibus: in eisdē tamē obtentū est ius absoluēdi permitti inferioribus ab excōmunicatione iure pōtificio inflicta aduersus hæreticos, & alios, quorū absolutio sit sūmo pōtifici excepta, & præseruata. Sic notat Ab. in. c. de cęte. ist. ti. Fel. alios allegās in dict. cap. quāuis. ob eandē rationē: & propter authoritatē tex. in. c. eos. supra. co. ti. & est cōmunis opinio, vt fatetur eā sequutus Syl. ver. absolutio. 4. dubio. 4.

Ego sane contrariam sententiam veriorem esse opinor, atq; admonēdos esse cēseo sacerdotes, ne hæreticos, etiam pœnitētes, & magno cū cordis dolore crimē detestantes, ab excommunicatione absoluant. mihi etenim visum est, eos quidem sacerdotes ex his Iubilæis, & bullis non habere potestatem ab hac excommunicatione absoluendi. quod sequentibus probabitur.

Primum ex eo, quod commissio generalis absoluendi ab excommunicatione, minime comprehendit illam excommunicationem, cuius absolutionem verisimili coniectura ipse delegās nequaquā in specie commisisset. quod notat Florent. 3. part. tit. 24. cap. 77. §. 1. cui suffragatur regula iuris, quæ docet, in generali concessione non venire ea, quę quis nō esset in specie verisimiliter cōcessurus. c. in generali. de re. iu. ist. li. vbi. gl. allegat. tex. optimū ad prętentē quæstionē in. c. frater noster. 16. q. 1. etenī ibi generalis cōmissio fa-

sio facta per papã Legato nõ extenditur ad causas fidei. sic in hac specie, quam tractamus, non est præsumendum Romanum pontificem his generalibus commissionibus absolutionem ab excõmunicatione pro hæresis crimine indicta his delegare, quibus in specie minime delegasset.

Secundo ad hoc ipsum conducit quod scribit Felin. in cap. Apostolicæ. col. 1. de except. referens, absolutionem ab excõmunicatione quacũque, per Romanum pontificem concessam ei, cui fit alicuius beneficii ecclesiastici collatio: non habere effectum quo ad excommunicationem ex causa hæresis iure canonico impositam: quia ea non censetur sublata per prædictam. absolutionem: & testatur Feli. ita expressim decisum fuisse ab Innocentio octauo per regulam quandam cancellariæ ab eo statutam.

Tertio, etiam si in his Iubilæis, & literis quidam casus excepti sint, & regulam in contrarium firmam efficiant: tamẽ casus illi excepti ad eis similes extenduntur. tex. celebris in cap. cum dilecta. vbi Abb. & Deci. de confir. vtili. vel inut. & in capit. ad audientiam. de cleri. non resid. Bal. per tex. ibi in cap. post translationem. de renunciat. Abb. in cap. cum omnes. col. 6. de constit. glo. in. l. 1. C. de condict. indeb. & in. l. vlt. C. de reuo. donat. tradit Alex. in cons. 145. col. 2. lib. 7. Felin. in cap. quoniam frequenter. in princ. vt lite non contest. & in cap. pastoralis. in princip. de rescript. Deci. cõs. 284. col. 2. Ioã. Lupi. in rub. de donatio. int. vir. & vxor. §. 16. num. 10. quod si quis in hac controuersia expenderit casus, qui excipiũtur in his bullis, & Iubilæis, plane comperiet ratione maiori, & hunc casum hæresis ex mente Romani pontificis exceptum censeri. quam ob rem cessat prima ratio pro contraria opinione superius adducta.

Non oberit secunda ratio ex intellectu capit. quanuis. nam & si in articulo mortis nulla possit esse dubitatio: in aliis tamen casibus in eodem cap. expressis. Innocent. Ancha. Card. Abb. & Rauena contrarium tenent asserentes, illum tex. non procedere in aliis excommunicationibus, quarum absolutionẽ Papa sibi excepit, sed tantum in excommunicatione lata in percutientes clericum. sit tamen vera cõmunis opinio, profecto minime potest ad hanc quæstionem adduci. quia illa tractat de extensione facultatis iure communi concessæ: nos vero in præsenti casu agimus de extensione priuilegii extra ius commune dati: quod plurimum refert vt cõstat ex notatis per Fortuni. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. col. 70. Feli. in ca. postulasti. de rescrip. num. 13. Oldrad. cõs. 9. Pa. in cap. ex parte. de deci. & præterea manifestũ est, in dict. cap. quãuis tractari de absolutione ab excõmunicatione concedenda per inferiorem

riorẽ à principe quoties excõmuni catus aliqua ex cauſa iuſta impedit accedere ad Ro. pontificẽ pro abſo lutiõe obtinẽda. vnde mirũ nõ eſ- ſet, ſi deciſio illa extẽderetur ad om nes caſus, in quibus adeſt eadẽ ra- tio, & datur idem impedimentũ. at in praſenti quæſtione non eſt ex communicatus impeditus ad ſum mum põtificem accedere: atq; ideo non æque procedit argumentatio ex illo capit. adſumpta. Quis autem abſoluere valeat ab excommunica tione hæreſis cauſa inflicta: nos ex- plicuimus in reg. peccatum. 2. part. num. 5. de reg. iur.

¶ Tertio circa idem dubitatur, an abſolutio ab excommunicatione, etiam damno ſoluto, & præmiſſa ſatiſfactione, obtenta ex vi lubilæi, aut bullarum Apoſtolicarum ab ipſo confeſſario in foro conſciẽtiæ, obtineat, ac proſit excommunica- to in iudiciali, & exteriori foro: &, 16 ni fallor, ipſe cenſeo, hanc abſolu- tionem minime in foro exteriori iu diciali admittendam fore, nec eam excommunicato prodeſſe quo ad exterioris iudicii effectus, niſi in li- teris Apoſtolicis dictum ſit, quod ea etiam in iudiciali exteriori foro vim obtineat, ac ſit admittẽda. plu rimum etenim detrahitur authori- tati iuriſdictionis eccleſiaſticæ fori exterioris, ſi publice excommunica tus, & denũciatus, ſecretè per ſacer dotem ab eo ad confeſsionem ele- ctum abſoluatur, & ea is abſolutio ne obtenta ingerat ſe diuinis quaſi in contẽptum iudicis, qui eũ excõ- municauit. cui quidem iudici con grue ſatiſfactum nõ eſt, etiam ſi ex- cõmunicatus, q iudici parêre recu- ſauit, damnũ parti læſæ reſtituerit.

Hæc deinde opinio probatur qa in his Apoſtolicis literis quibuſdã caſibus expreſſum eſt, abſolutionẽ à cõfeſſario datam in foro item ex- teriori prodeſſe, & reum immunẽ efficere. Igitur in aliis caſib9 ab ar- gumento ſpecialis conceſsionis ab ſolutio tantum in animæ iudicio proderit: cum manifeſte diſtingue- re velit pontifex ſũmus forum in- terius ab exteriori.

Ad hæc facit, quod forus conſciẽ tiæ, & animæ plurimũ differt à fo- ro exteriori. ſiquidem plures tradã tur paſsim differẽtiæ maxime in. c. qa pleriq;. de immunit. eccl. c. Fili. de teſta. c. quæ in eccleſiarũ de con ſtit. Bar. in extra. ad reprimẽdã. ver. denũciationem. ergo abſolutio in conſcientiæ foro obtenta non pro- deſt in exteriori iudiciali foro.

Quarto hoc ipſũ cõſtat vel ex eo, quod abſolut9 in animę iudicio, eti am pœnitẽtia peracta, poteſt in exte riori foro accuſari, & puniri. gl. in. c. de his. de accuſ. cui9 opinionẽ ip- ſe probaui lati9 li. 2. vari. reſolut ca. 10. n. 3. cũ prior examinatio in cõſcie tiæ iudicio præcipue fiat ad pœnitẽ tiã, & ſatiſfactionẽ diuinæ offenſę: poſterior autẽ ad publicam vindi- ctam, & reipublicæ ſatiſfactionẽ.

Quĩto his accedit ſtil9 vetuſtiſsim9 Ro. cur. q obtinet, quod Ro. põtifex

non

non consueuit per Iubilæum, aut bullas confessariis sacerdotibus cõmittere ea, quæ forũ contentiosum concernunt, sed tantum ea, quæ ad pœnitentiæ forum, & conscientiæ purgationem spectant. huius stili meminit Paul. Parisius in con. 67. nume. 22. lib. 4. & deinde Ludoui. Gomeci. in reg. cancell. de non iudicãdo iuxta formam supplicationis quæs. 14. num. 3. commemorans vsum sacræ Pœnitẽtiæ apud Romanam curiam. Nam quoties petitur quid ad conscientiæ forum, & iudicium animæ interius pertinens: id negocium confessario committit, vt id expediat nullis testibus adhibitis, literis statim post eius perfectam actionem laniandis, & dilla cerandis Nec vlla fit tunc compositio cum Romanæ curiæ Datario, pecuniaria quidem: quæ fieri solet, & fit quoties quo ad iudicium exterius, & contentiosum aliqua dispensatio, similéve negocium in Romana curia expeditur. hæc plane Gomecius, vt hinc lector percipiat quid referat, apostolicas literas dari quo ad forum animæ, vel quo ad iudicium exterius, & forum cõtentiosum.

His rationibus animum induxi meum, vt hanc opinionem in hac quæstione probarem, facillime admissurus cuiuslibet saniorem sentẽtiam, & quæ his probationibus exclusis. fortioribus, & melioribus constet. etenim in re dubia nequaquam decet semel conceptis opinionibus ita contumaci animo ad hærere, vt doctissimorum virorũ iudicia recusare nitamur.

Ex §. sequenti.

1 *Absolutionem simplicem petẽs, an videatur fateri, se excommunicatum esse?*
2 *Absolutio ab excommunicatione hominis, à quo possit concedi?*
3 *Episcopus an possit absoluere excommunicatum à prælato inferiori?*
4 *Absolutio ab excommunicatione iuris, & canonis, ab episcopo regulariter dari potest.*
5 *Sacerdos Parochialis, an possit absoluere ab excommunicatione maiori lata à iure.*
6 *Absolutio ab excommunicatione minori pertinet etiam ad presbyterum parochialem.*
7 *Absolutio ad cautelam, quando sic concedenda?*
8 *Absolutio ad cautelam à quo iudice dari possit: & an à delegato Apostolico?*

§. Duodecimus.

IN hoc tãdem tractatu de absolutione excommunicationis breuiter agendum est, quis possit iure ordinario ab excommunicatione absoluere qua in re duo sunt examinanda. Primum equidem de excommunicatione maiori: secundũ de minori. & ad prioris partis intellectum distinguere oportet absolutionẽ simplicẽ ab absolutione, quæ ad cautelam concedi solet, & inde nomen habet: sicuti iam in hac re-

lectiõe distinximus obiter.§.7.nu. 7.vers. quarta cõclusio.est enim absolutio simplex ea,quæ petitur, & datur ab excommunicatione, quæ vel iuste,vel inique vim habuit, & excommunicatum censuræ vinculo affecit,ac ligauit.idcirco necessaria est omnino,& præmittit, excõmunicationem præcessisse, ac ligasse qua ratione solet disputari,an petẽs absolutionem simplicem, videatur fateri, se excommunicatum esse:& idem in eo dubium erit, qui absolutionem excommunicationis postulauit:cum in dubio ea petitio de simplici absolutione sit intelligenda:vt in dict.§.7. diximus. & quibusdam visum est, petẽtem absolutionem ab excommunicatione non fateri, se excommunicatum esse.quod probatur authoritate gloss.in capitu. exhibita . de homici.verbo veniam.quæ asserit, petentem veniam alicuius delicti nõ fateri se deliquisse . quam sequuntur Abb.Card. & Doct.ibi. idem Card.& Abb.numer.22.in capitu. venerabilem . de electio . dicit esse singul.Alex.in.l.1.in princip. col.1. ff. de noui oper.nunciat . qui & in hac specie absolutionis ab excommunicatione idem sensere: & tenẽt præterea Innocent. in capitulo cum dilectus.col.3.de ord. cognit. Card.in capitu.perpendimus . col. vlt.ist.titu.Felin. in cap.literas. nume.19.de præsumpt.idem Feli.in capitu.Apostolicæ. de exceptio . col. pe.Rota in antiquis.330. Iason.in.l. decem.nume.48.ff.de ver.obligat. quorum opinio eam rationem habet,quod petens absolutionẽ istam ex humili corde ad cautelam videatur eam petiisse propter dubium aliquod,quo eius animus vexatur, an sit excommunicationis censura ligatus:atq; ideo ex hoc non debet adsumi eiusdem confessio ad probationem , quod vere sit excõmunicatus: quem admodum ex proxime dictis apparet.quidquid autem sit de hac cõtrouersia:minime probat hanc opinionem glo.in dict.c. exhibita . cum ea tractet de venia, qnæ petitur ad cautelam : quo quidem casu manifestum est , petentẽ hanc veniam non fateri se deliquisse.imo contrariam sententiã, quod petens absolutionem videatur fateri,se excommunicatum esse:tenent Bart.in dicta.l.decem.col.vlt. glo. verbo postulauit . & ibi Hostien. per eum tex.in dict.capitu.venerabilem.& post eum Imola.idẽ Imola.Præpo.& Francus in capitul. ad præsentiam.de appellat.Ioannes Faber.in.§.vlt.inst. de ingenuis.quorum opinionem communem esse fatetur Præpositi. in dicto capitulo ad præsentiam. & his primum suffragatur tex. in dict.capitulo. venerabilem . qui tamen mihi non ita fortis esse videtur , vt quidam existimarunt.nam præter alias responsiones,quæ à Panormit.traduntur, ipse video in illius cap.responsio nõ cẽseri probatam,excõmunicationẽ ex sola petitione absolutionis , sed

ex ipsa

ex ipsa facti veritate, quam ipse Romanus pontifex refert, & in adminiculum: & maiorem vim cõmemorat, ipsum reum cognouisse, latam à sede Apostolica excommunicationẽ dum absolutionem petiit per Nũcium quasi minime negare potuerit, imo cognouerit, quæ contra ipsum acta fuerant, & erant plane manifesta. secundo his accedit, quod liberatio præmittit obligationem. dict. l. decem. cap. ad dissoluendum. de desponſ. impub. ergo absolutio supponit excommunicationem, & eam petẽs fatetur, se excommunicatum esse. sed hæc ratio nõ omnino probat: siquidem hæc argumentatio procedit à quadam præsumptione, quæ iure deducitur ad id, quod contrarium præcesserat ex eo, quia illud tollitur: nõ quod vere semper constet, nisi in naturalibus, & certis naturaliter, etenim si vere abscissa est Petro manus, sequitur omnino, & vere, Petrũ habuisse manum. at in his, quæ natura certa non sunt, sed iure inducta, nõ cõstat argumentatio ex priuatione ad habitum, nisi præsumptionc. liberatio siquidem instituta est ad tollendam obligationem: nec tamen naturali certitudine constat, eam semper fieri obligato: possibile sane est, quod facta sit non obligato. verũ quia ius præmittit eam quo ad tollendam obligationem ad hunc effectum eam inducens: oritur argumentatio præsumptione quadam sufficiens, non autẽ omnino certa, quod liberatus prius obligatus fuerit. sic deniq; non est probata vere, & plene, sed præsumptione quadã iuris excommunicatio ex eo, quod quis fuerit ab ea absolutus. ita ipse colligo ex his, quæ late tradidêre Bart. & Doct. in dict. l. decem.

Tertio opinioni Bart. patrocinatur, quod appellatiõe absolutionis in dubio de simplici est intelligendũ. gl. in. c. capitulũ. de rescript. cuius nos mentionẽ fecimus in dict. §. 7. igitur petens absolutionem ab excõmunicatione, simplicẽ petere videt: quæ tamen nõ datur, nec dari solet, nisi his, qui sunt excõmunicatione ligati. sed & hæc ratio eandem responsionẽ habet, quam præcedẽs. præsertim quia & si verũ sit, semel excõmunicatum, necessariò indigere absolutione: cũ aliter excõmunicatio tolli nequeat: non tamẽ ex contrario sequitur, absolutũ ab excõmunicatione, fuisse excõmunicatũ, etiam si absolutio fuerit simplex: cum plerunq; soleat peti ad tutiorem animæ Salutẽ, & in dubio, an sit quisquã excommunicatus. c. illud. de cleri. exco. ministr. Quam obrẽ ipse arbitror duo, vel tria esse omnino hic separatim adnotanda.

Primum illud mihi satis probabile est, quod per absolutionem, etiam simplicem minime probata sit excommunicatio. idq; verum esse cẽseo sequutus Rotam in antiquis.
330. nam et si absolutio necessaria sit ad tollendam excommunicationẽ, cum vere ea præcesserit: non tamẽ

hinc assumi debet efficax probatio quod excõmunicatio præcesserit, si de ea non aliter quam ex absolutionis præsumptione constet.

Secundo obseruandum est, minime fateri se excommunicatum fuisse, qui obiicienti excommunicationem responderit, se absolutionem obtinuisse. hoc probatur ex. reg. exceptionem. de reg. iur. & cap. cum venerabilis. de excep. non enim fatetur exceptionem obiiciens: maxime, quia hic non fatetur à se petitam fuisse. hoc ipsum in specie notat Bart. communiter receptus in dict. l. decem. deinde idem constat ex eo, quod per absolutionem excõmunicatio probata non sit, vt modo asseuerauimus.

Tertio, si quis absolutionem simpliciter petat, aut absolutionẽ simplicem postulet: non videtur vere fateri, se esse excommunicatum: tamet si ex hac petitione præsumi possit quædam excõmunicationis confessio: & quandoque vera ipsius excommunicationis, ac legitima probatio ex vi cõfessionis expressæ etenim vbi quis asserat, se excommunicatum fuisse, dicat tamen iniustã esse excommunicationem, plane fatetur petẽs ab ea absolutionem excommunicatum esse: cum vt superius respondimus, excommunicatio iniusta ipsum excommunicatũ ligauerit, & censuræ vinculo affecerit. at si simpliciter petierit quis absolutionem ab excommunicatione, non poterit inde assumi certa confessio excommunicationis, sed tantum præsumpta. quæ in rebus maximi præiudicii probationẽ plenam absque aliis adminiculis non constituet. atque ita contrarias hac in quæstione sententias conciliandas esse opinamur.

¶ Quis autem possit absoluere ab excõmunicatione maiori per simplicem absolutionem: duas continet partes. quarum prior de excommunicatione lata ab homine: posterior de lata à iure tractabit. in priori specie regula est constituenda, vt is possit ab excommunicatione absoluere, qui eam tulit, vel eius superior, vbi superioris, ac iudicis partes potest exercere, non alius. sic etenim episcopus absoluet ab excommunicatione per eum lata: vel archiepiscopus in casibus, quibus iurisdictionem propriam exercere valet inter subditos suffraganeorum: aut denique ipse papa. tex. in. capit. per tuas. capitul. sacro. extra ist. titul. capitu. venerabilibus. in principio. & in totius capitu. responsis. eo. titulo notãt ibi Doctor. S. Thomas in quarto sent. dist. 18. quæs. secunda articulo. 5. & ibi Palud. q. 5. articulo secundo. late Sylvest. verbo. absolutio. q. 1. notabili secũdo Hostien. in summa huius tituli. §. de excommunicationis absolutione.

¶ Imo poterit episcopus absoluere ab excõmunicatione eum, quẽ prælatus inferior excommunicauerit; & licet iniqua sit hæc absolutio

lutio data non requisito ipso excõ municatore, valet tamen,& tenet, quia iurisdictionem habet episcopus ad absoluendum.quod notat glo.vlt.in cap.cum ab ecclesiarum
3 prælatis.de off.ordi.quam sequuntur ibi Abb. Imola, & Doct.assseuerantes,hanc opinionem communem esse. Eandẽ sequitur Bal. in .l. si vt proponis .in. 1. C.quomo.& quand.iud.col.vlt. iurisdictio etenim cõpetens in aliqua dioceſi prælato inferiori,ita est accipiẽda, vt minimè priuet episcopum ordinaria iurisdictione, quã habet, sed ei accedat,vt aiunt,accumulatiue,ad hunc effectum,quod prælatus inferior possit hac iurisdictione vti,sicut & episcopus,sitq; inter eos præuentioni locus.quam opinionem sensit,ac præmittit glo. in dict.cap.cum ab ecclesiarum prælatis.notant Abb.in cap.dilecti.in. 3.de appellat.colu.3. & idem Abb. Imol.& Bal.paulo ante citati.quorum opinio communis est: vt constat ex adductis per Felin. in. capi. pastoralis.in princip.de off.ord.& fatetur Carol.Ruinus in cons.7.numero.6.lib.4.cui suffragatur tex.in capitulo.per hoc.de hæret.ist.libr. & in.l.vlti.C.de iurisd.omni. iudi. Bartolus . per tex. ibi in . l.1 . C. de offic.præf.verb.notat Panormi. in capitulo. cæterum.de iudic.ad idem optimus tex. in auth.de defensori.ciuit.in princip.tametsi ad uersus hanc opinionem communem plures teneãt,quos refert, & sequitur Decl.in dicto capitulo.cæterum.numero quinto. & Carol. Ruinus in dict.cons.7.præcipue opinionem communi contrariam tenet glo.in dicto capitulo. pastoralis.in princip.Maxime in iurisdictione per præscriptionem acquisita,quidam existimant ex ea glo. quod ea competat inferiori prælato,qui præscripsit,in priuationem, & exclusionẽ episcopi. Quod probari videtur in cap.auditis.de præscript.vbi Panor.hoc tenet.2.colu. idem Panor.in cap.irrefragabili. §. excessus.col.1. eum tex. ad hoc inducens.de off.ord.eandem sententiam sequuntur idem Abb.& Feli. col.3.in dict.cap.pastoralis.Franci. Balb.in tract. præscriptio.5.parte. princip.1.parte. q.11. Cald.consi.2. de præscript.& tamen etiam in iurisdictione per præscriptionẽ quæsita,quod ea priuatiue non competat,sed accumulatiue, probare conantur, & verum esse censent Ioan.Andre.Hosti.Antoni.& Imol. in dict.cap.pastoralis. quorum opinio propter authoritatem tantorum virorum seruabitur in praxi: vt testatur Panor.ibi: & profecto magis cõmunis est,si cõsideremus ea,quæ tradit Henri.in eo.cap. pastoralis.tametsi dubio procul præcedẽs,ac prior in hoc sentẽtia sit admittẽda,vbi præscriptio ita fuerit inducta, quod eps exercere volens propriam, & ordinariam iurisdictionẽ prohibitus sit à prælato inferiori. Et hæc de inferiori iurisdi-

ctionem habent, qui tamen prælatus sit secularis. Nam de prælato regulari alia est obseruanda distinctio iuxta tex. glo. & Doct. in cap. quanto. de off. ordi. Abb. in cap. si quis contra clericum. in rep. num. 42. & in cap. cum contingat. num. 21. de foro compet. & in cap. cũ ab ecclesiarum prælatis. 3. colũ. de off. ordi. Nihilominus ipse dubiam esse opinor opinionem glo. in dict. cap. cum ab ecclesiarum prælatis. quo ad absolutionem excommunicationis: tum propter ambiguã huius principalis quęstionis definitionem, tum etiam ex eo, quod præuentio cognitionis causam ipsam ita deferat ad inferiorem prælatũ, vt eo cognoscente, nulla sit quo ad eam causam apud episcopum iurisdictio. l. vbi cœptum. ff. de iudic. sic in specie notat Palud. in. 4. sent. dist. 18. q. 5. art. 2. vers. tertio. licet opinionẽ glo. asserat cõmunẽ esse sequutus eam Sylvester verb. absolutio. 2. in principi. idem tenet Ioan. in summa confessorum. tit. isto. q. 94. regia. l. 4. tit. 9. part. 2. 1.

¶ Absolutio vero ab excommunicatione lata iure ipso pontificio, aut synodico petenda omnino est apud eum, cui cõstitutio ipsa eam
4 reseruauerit. Quod si ius ipsum nulli absolutionem reseruet: tunc regulariter episcopus absoluere potest. tex. celebris in cap. nuper. ist tit. quem ad hoc pręter alios inibi idẽ ex eo colligentes, dixere singularẽ, esse Cardi. ibi Barb. in cap. 2. de solutio. & in cap. 1. col. 5. de off. delegat. notat Abb. in cap. graue. colũ. vlt. de præb. late Felin. in cap. pastoralis. §. præterea. de off. ordi. idem Feli. & Deci. post Abb. in cap. at si clerici. §. vlt. de iudic. notant & alii plures, quorum meminit Henric. Botæus de synodo. 3. part. art. 5.

Et procedit hæc communis opinio etiam in excõmunicatione lata per constitutionem inferioris confirmatam tamen per Romanũ pontificem: nam & ab hac poterit episcopus absoluere. quod manifesta ratione deducitur: siquidem potest episcopus absoluere ab excõmunicatione lata per canonem Romani pontificis: vt in dict. cap. nuper. apparet: Igitur & ab ea, quæ lata sit per constitutionem inferioris alicuius, etiam si ea constitutio fuerit cõfirmata per Romanum pontificẽ. & in specie hanc extensionem probarunt Baldus in Proœmio. rex pacificus. Iason in. l. more. col. 6. ff. de iurisd. omni. iudi. Hẽri. in cap. ex frequentibus. & ibi Cardi. 4. oppo. Abb. col. vlt. de institut. idem Cardi. in clem. 1. §. si quis. q. 5. de reb. eccles. Feli. in dict. §. præterea. Quorũ ratio communis est, & in hoc tendit, quod confirmatio Romani põtificis non tollat ordinariam iurisdictionem. capit. 1. &. 2. de confir. vtili. vel inut. Nec oberit. glo. in dicto cap. ex frequentibus. verb. confirmantes. vt statim apparebit.

Secundò isthęc regula, quę in di. cap. nuper. traditur, etiam obtinet

in

in excommunicatione lata per hominis,& iudicis ſententiam, quæ generalis ſit. Etenim abſolutio poteſt ab epiſcopo dari, ſi non fuerit alteri reſeruata. Quod in ſpecie adnotauit Imola. in dict. cap. Graue. col. 4. de præb. licet ſit ſententia lata per Romanum pontificem. quia cum generalis ſit in pluribus æqui pollet canoni,& ſtatuto: ſicuti explicatur in ca. à nobis. in. 1. extra. iſt. tit. idem quod Imola tenẽt Henri. in dict. cap. ex frequentibus. Idem Henri. poſt Hoſti. & Ioan. Andre. in cap. excommunicamus in. 1. de hæreti. Quibus ſuffragatur tex. in dict. ca. ex frequentibus, quo in loco glo. vltima ſenſit contrarium quaſi velit, non poſſe abſolutionẽ in hoc caſu dari ab epiſcopo, niſi ſpecialiter ea ſit epiſcopo permiſſa: quemadmodũ in eo capite expreſſim permiſſa fuit. & præterea Abb. in dict. cap. graue. Card. in dict. ca. excommunicamus. & Feli. in dic. §. præterea. hãc opinionem, quam Imola tenuit, falſam eſſe cenſent tenentes, epiſcopum non poſſe abſoluere ab excõmunicatione lata per generalem ſententiam hominis. idẽ notat Caiet. in verb. Abſolutio ab excommunicatione. & Ioan. in ſumma confeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 86. Mihi potius placet prior ſententia ob generalem permiſsionem tex in dict. capitu. nuper. Et quia admodum ſimilis eſt generalis ſententia ſtatuto. aut epiſcopali conſtitutioni. Nec vrget authoritas gloſſ. in dicto. capit. ex frequentibus: ea etenim procederet, quando excommunicatio fuit lata ab homine, & confirmata per Romanum pontificem. quia ab ea epiſcopus abſoluere non poterit, nec quiſquam alius quam ipſe excommunicator: atq; ita intellexere illam gloſſ. Panor. ibi col. vltim. Roma. in conſi. 387. & Feli. in dicto. §. præterea. à quibus libenter quæram, an loquantur in excõmunicatione lata per hominis ſententiam ſpecialẽ: & huius abſolutio ſiue ſit per papam confirmata, ſiue non, ad nemi nem pertinet præter excommunicatorem. Aut loquuntur in excommunicatione lata per generalem ſententiam hominis: & tunc parũ oberit poteſtati epiſcopi ordinariæ confirmatio Romani põtificis. Nã ſi vera eſt opinio Imolæ. ſicuti poteſt eps abſoluere ab excommunicatione lata per ſtatutum cõfirmatum à Romano pontifice, ita poterit ab excommunicatione lata per generalem ſententiam hominis ab ipſo papa confirmatam: cum hæc ſimillima ſint. Idcirco parum confirmatio Romani pontificis hac in ſpecie operabitur ſiue ſequamur opinionem Imolæ: ſiue contrariam. Qua ratione ſupereſt, quod omiſſa opinione gloſſ. in dicto. capit. ex frequentibus. ibidem eſt tex. ſatis vrgens pro Imolæ opinione. Et fortaſsis confirmatio papæ in ſententia ſpeciali hominis hunc habet effectum, quod tũc minimè admitti

admitti debeat dubia ſententia gl. in dict. capit. cum ab eccleſiarum prælatis. cuius paulo ante meminimus.

Tertiò hæc regula cõmunis adeo vera eſt, vt epiſcopus tantũ poſſit abſoluere ab excommunicatione iuris abſolutionem minimè reſeruantis, quod ſacerdos proprius
5 curam animarum habens nequaquam valeat hanc abſolutionem à maiori excommunicatione concedere: ſicuti notat glo. communiter inibi recepta in cap. 2. de pœnit. & remi. iſt. lib. tex. optimus in clem. 1. de priuileg. in princ. & in extraua. 1. §. obſeruent. eo. tit. de priuileg. inter communes. Panormit. & Feli. in cap. 2. & in cap. Nuper extra iſt. tit. Feli. in dict. cap. paſtoralis. §. prę terea. col. 3. Imola, in cap. ab excommunicato. col. 5. de reſcript. Quorũ opinio plures authores habet ex iuris pontificii profeſſoribus, quos præter Feli. refert eos ſequutus Hẽri. Bottæus in tracta. de ſynodo. 3. part. art. 5 idem ex theologis tenet Biterren. in opere de excommunicatione, & interdict. Durãdus in 4. ſent. diſt. 18. q. 4. art. 2. & Palu. ibi. q. 5. art. 1. Biterrenſem ſequutus idẽ tenet in excõmunicatione lata per canonem concilii generalis, aut Romani pontificis. Huic opinioni adſtipulatur quod abſolutio excommunicationis ad iuriſdictionem fori exterioris pertinet: vt conſtat: quam ſacerdos curam animarũ habens nequaquam exercere poteſt: cum ea careat omnino. Nam pari iure cenſeri debent excommunicatio, & abſolutio. cap. verbũ. de pœnit. diſt. 1. igitur & abſolutio non poteſt competere ab excommunicatione ipſi ſacerdoti curam animarum habenti: vbi de maiori excommunicatione agendum eſt.

Contrariam ſententiam in ſpecie tenent Innocent. & Hoſti. in. dict. cap. nuper. S. Thomas in. 4. ſent. diſtin. 18. q. 2. art. 5. Sylueſt. verb. Abſolutio. 1. q. 5. Angel. eodem verbo. §. 2. Ioan. in ſumma confeſſor. lib. 3. tit. 33. q. 85. & eſt communis opinio, vt fatetur eam ſequutus Ioan. Maior in diſt. 18. q. 2. dubio. 3. quorũ ea eſt reſolutio, vt ab excommunicatione lata iure pontificio, vel epiſcopali, etiam ſi maior ſit, poſsit ſacerdos parochialis abſoluere, niſi fuerit in ſpecie alteri reſeruata. idẽ probat Paluda. in excommunicatione lata per epiſcoporum, & aliorum quorumcunq; inferiorum cõſtitutiones. Huic opinioni plurimum accedit tex. in dict. cap. nuper. nam etſi ea reſponſio loquatur in abſolutione ab excõmunicatione minori: attamen ratio generalis illius tex. probat, parem eſſe poteſtatem abſoluendi ab excommunicatiõe iuris, epiſcopi ſcilicet & preſbyteri curam animarum habentis, vt ſi abſolutio à iure non ſit alicui expreſsim reſeruata, competat epiſcopo, vel preſbytero parochiali. vnde cũ par ſit ratio, conſtat, preſbyterum parochialẽ poſſe vt epiſcopus

ſcopus poteſt abſoluere ab excom
municatione maiori lata per cano-
nem,etiam pontificium nulli reſer
uantem abſolutionem præſertim,
quod ab illius cap.reſpõſo deduci-
tur,& non aliunde communis Pa-
nor.& aliorum opinio.ideo in ri-
gore diſputationis ſatis defendi po
terit hæc poſterior theologorũ ſẽtẽ
tia:tametſi cõmunis praxis priorẽ
receperit:& poſsit contendi.tex.in
dict.cap. nuper .intelligendum fo
re in abſolutione ab excommuni-
catione minori quo ad ſacerdotem
parochialem, & quo ad epiſcopũ
in abſolutione ab excommunica-
tione maiori propter diſtinctionẽ
iuriſdictionis.

¶Excommunicatio minor regu
lariter tollitur abſolutione ſacerdo
tis curam animarum habentis : &
qui proprius eſt ipſius excõmuni-
cati preſbyter.tex.in.dict. cap.nu-
6 per.qui eſt intelligẽdus de excõmu
nicatiõe minori lata à iure ipſo, etiã
põtificio ſedis apoſtolicæ.Quę qui
dem opinio communis eſt in dict.
cap.nuper,notat poſt alios ſũmarũ
authores Sylueſt.verb. Abſolutio.
1.2.notab.& alii,quorum meminit
Henri.Bottæus in tract.de ſynodo
3.parte.art.5.idem reſponderunt. S.
Thom.in.4.ſent.diſ.18.q.2. art.vlt.
& ibi cæteri theologi.

Illud vero eſt obſeruandum, an
poſsit ab excommunicatione mi-
nori lata à iure abſoluere ſacerdos
quilibet etiam ſi is non ſit proprius
ipſius excõmunicati parochus? Nã
Caiet.in opuſculis.q.vnica.de mi-
niſtro pœnitentiæ in hanc inclinat
ſententiam,vt exiſtimet, aliũ quã
ſacerdotem parochialem abſoluere
non poſſe à minori excommunica
tione,etiam ob peccatum veniale
iure indicta.quia abſolutio excõ-
municationis iuriſdictionem exi-
git,quam in hunc excommunica-
tum non habet alienus ſacerdos:
licèt is poſsit alteri ſubditum à ve-
nialibus peccatis abſoluere:vt com
munis docet opinio. deinde, licèt
concedamus,quemlibet ſacerdotẽ
ipſo quidẽ iure diuino,vel huma-
no habere iuriſdictionem ad præ-
ſtandam abſolutionem ſacramen-
talem à venialibus peccatis, quod
concedendũ eſt:non inde ſequitur
neceſſario,eundem habere iuriſdi-
ctionem ad tollendam excommu
nicationem minorem propter ve-
nialia peccata inflictam.Differt ete
nim multum abſolutio ſacramen-
talis peccatorum venialium ab ab-
ſolutione excommunicationis mi
noris: quæ ſacramentalis non eſt,
& vinculum tollit diſtinctũ à pec-
catorum,etiam venialiũ culpa, &
nexu,ſicuti & abſolutio à peccatis
mortalibus ſatis differt ab abſolu-
tione excommunicationis maioris
cum abſolutio ab excommunica-
tione requirat iuriſdictionem fo-
ri exterioris:abſolutio autem à pec
catis exigat tantum iuriſdictionem
fori interioris,& animæ. Quibus
equidem rationibus cõmunis ſen
tentia admittenda videtur adhuc

in

in absolutione ab excommunicatione minori, quæ peccati venialis ratione ligauit excommunicatum, vt is nõ possit absolui ab alio sacerdote, quã eo, qui proprius sit, quod etiam cõprobatur ex eo, quod frequentissime minor excommunicatio iure indicta est ob venialem culpam: vt notatur in ca. sacris. de his, quæ vi. Et tamen hæc regula communi omnium consensu constituta est, quod ab excommunicatione minori lata à iure absoluere non possit quilibet sacerdos: sed tantũ is, qui curam animarum habet, & parochus est ipsius excommunicati. Nec me latet, Martinum Azpilcueta virum qualibet laude dignissimum, Caietani opinionẽ improbasse in cap. placuit. de pœnitent. dist. 6. nume. 25. ratione profecto subtili, quam lector perpendat necesse est, vt in hac controuersia iustiorem, ac veriorem sententiam eligat.

¶ De absolutione excommunicationis, quæ ad cautelam dari solet, illud est prænotandum, quod allegans, se iniuste fuisse excõmunicatum, plane fatetur, excommunicationem eum ligasse: & ideo nõ est audiendus, donec absoluatur: simpliciterq; absoluitur seruata Iuris pontificii forma. At qui allegat, ex cõmunicationẽ nullam fuisse, quia
7 lata post appellationem, aut errorẽ manifestum habere, & petat absolutionem ad cautelam, absoluendus equidem est non simpliciter, sed ad cautelam. hæc probantur in cap. solet. sup. ist. tit. & notantur in cap. per tuas. extra eo. & in ca. cum contingat. de offi. delegat. concedi tur autem hæc ad cautelam absolutio ex quadam iuris benignitate, & gratia: cum excommunicatus, absolutionem minimè petat simplicem humiliter confessus, se excõmunicatum: imo potius negat excommunicationẽ: atq; ideo rigore quodam non erat absoluendus, sed admittendus ad probationem eius, quod allegauerat: sicuti probatur in dict. cap. cum contingat. & in dict. ca. per tuas. quo in loco asserit Summus pontifex, apostolicam sedem consueuisse, hũc ad cautelam absoluere. Sed iam hæc benignitas sedis apostolicæ ordinaria est: vt constat in dictis constitutionibus. Et in cap. venerabilibus. §. sed si ex causa ist. tit. quam ob rem breuiter hoc in loco ad hanc quæstionem aliquot adnotabimus.

¶ Primum: non tantum esse absolutionem ad cautelam concedendam, cum excommunicatio dicitur nulla ex causa eroris intollerabilis, vel ex eo, quod lata sit post appellationem legitimam: sed & quoties nulla dicitur ex defectu iurisdictionis, aut ex aliis similibus causis, quæ nullam efficiant excõmunicationis sententiam: cum eadem sit ratio secundũ Ioan. Andre. Domi. 2. col. & Franc. 5. in dict. cap. solet. & est communis opinio, vt fatetur Abb. in cap. apostolicæ de ex-

ceptio.

ceptio.col.penul. vnde dicens, excommunicationis sententiam nullam,& petens absolutionẽ hanc ad cautelam,non tenetur in specie causam nullitatis exponere: quem admodum notant Domi. & Franc. col.5.in dict. cap.solet. sensit Rota in antiquis.60. quod si excommunicatus allegauerit iurisdictionis defectum in iudice ordinario ratione exemptionis:non est ita facile dãda absolutio ad cautelam,nisi prius exemptio aliqua ex parte probetur saltẽ semiplena probatione: quod,ne iudici ordinario pasim illusio fiat:tenent Innocent. Domi. & Franc.col.5.in dict.ca.solet. Rota in nouis.308.& in antiquis.116. at tamen licet tẽpore,quo petitur absolutio ad cautelam non sit necessarium causam nullitatis exprimere, oportet tamen,eam in specie nominare,vt detur absolutio:quod Frãcus notat,& cõstat: quia nullitatis causa in vniuersum est aliquo modo probanda,vt deẽ absolutiõ hæc ad cautelam saltem quoties allegatur,appellationẽ præcessisse: debet enim summariè cognosci, an appellatio excommunicationem præcesserit,licet non sit necessaria iustificatio appellationis, secundum Abb. in dict.cap.per tuas.ist.tit.Ioã.Andre.2.col. Francum.5. post alios in dict.cap.solet.& Felt.in cap. Apostolicæ.pe.col.de except.tex ad idẽ optimus in dict. ca.venerabilibus. §.sed si ex causa.&.§.vltimo.vbi est tex.ad hoc elegans.nec enim est absolutio ista ad cautelam temere cõcedenda: imo præmitti debet cognitio illius causæ,quę ab excõmunicato allegatur,vt nulla sit excommunicatio: præsertim vbi dicitur, excõmunicationem latã fuisse post appellationẽ.nec sufficit ad effectũ absolutionis ad cautelã, quod vnius testis testimonio probetur, appellationẽ præcessisse ipsam excõmunicationẽ:vt notat Aegi. à Bella Mera in decis.91. nec iuramentũ ipsius appellantis,nisi eo casu, quo iudex excõmunicator asseuerat, se non credere appellationẽ præcessisse excõmunicationẽ: & tamẽ paratũ esse dare absolutionem, si ita sit. quod post appellationẽ excõmunicauerit:sic notat Fe.in dict.c. Apo. nu.19.de except. post Aegidi à Bella Mera decis.386.

Sane quoties appellatio ab interloquutoria fuerit interposita, & per appellantem petatur apud iudicem ad quem absolutio ad cautelam:erit probandum plene, quod appellatio excommunicationem præcesserit: licet nondum constet ipsius appellationis iustificatio, quod apparet in dict.cap.venerabilibus.§. vlt. & est communis opinio:quod si appellatũ sit à sentẽtia diffinitiua,tũc excõmunicatus allegãs excõmunicationẽ nullã:qa præcesserit eã appellatio:nõ tenetẽ hoc plene probare ad obtinẽdã absolutionẽ ad cautelã: siqdẽ ad ipsam excõmunicationis nullitatẽ sufficeret hæc plena probatio: sed erit satis

quod

quod sũmarie,& semiplene probe tur, appellationẽ præcessisse.& idẽ arbitror vbi tractetur de quacunq; alia causa nullitatis, ex cuius ratione petatur absolutio ad cautelam: atque ideo quod diximus de exemptione minime erit speciale,sed plane ordinarium.

¶Secundo est inquirẽdum, quis possit ad cautelã absoluere? & Romanus pontifex in dict.cap. Solet hanc absolutionem respondet dari posse à superiore ipsius excommunicatoris, ad quem delata est causæ cõtrouersia per appellationem.Po-
8 terit & ipsemet excommunicator absoluere ad cautelam secundum Hosti.Ioan.Andre.& alios in dict. cap.pertuas.Domi.& Franc.in di. cap.solet.col.2.quod non licebit alicui iudici,etiam iurisdictionẽ habẽti ordinariam,nisi sit ipsemet excommunicator,cius ve superior cognituru de appellationis causa: vt ipse Domi.col.5.& Franc.2.in specie adnotarũt. qua ratione hoc erit omnino obseruandum ad intellectum glo.in.cap. cum ab ecclesiarũ prælatis.de off.ord.cuius in hoc §.paulo ante meminimus.

¶Iudex vero delegat9,& si sit datus à principe ad appellationis cognitionem,& decisionem,non poterit absoluere ad cautelã.hęc enim absolutio extraordinaria est,& gratia quadam sedis Apostolicæ inducta cap.per tuas ist.tit.igitur nõ est cuicunq; iudici permittenda: nisi à iure sit in specie permissa. nam absolutio simplex ab excommunicatione competit delegato:quia tunc excommunicatio non dicitur nulla.at vbi excommunicatus allegat, excommunicationem nullam esse, iure ordinario absolutio danda nõ est,nisi prius constet. excommunicationem nullam esse.idcirco cum absolutio ad cautelam sit extraordinaria,& à iuris pontificii regulis aliena,permissaq; ex gratia:non videtur cuilibet iudici data potestas eam concedendi. atq; ita hanc opinionem veram esse opinantur.glo. in dict.cap.solet.verb. per superiorem Ioan.Andre.Domi.Franc. & Doct.ibi.Deci.in capitu. præterea. nu.6.de off.deleg. & ibi Feli. col. penult.idem Feli.in cap.causamq;. num.6.& in cap.cum dilecta. col. 10.de rescript.idem in ca.1.num.11. vt lit.non contest. Iason.in.l.2.col. 2.& ibi Deci.ac Curti. Iunior, col. 1.ff.de iurisd.omni.iudi.quorum opinio communis est. contraria tamen potius placet Archidi.in dict. cap.solet.Abb.& Decio in cap. ad præsentiam.de appellat. per tex.ini bi.cui respõdetur,iudicem delegatum, cuius in eo capite mentio fit, habuisse specialem commissionẽ à Romano pontifice absoluẽdi ad cautelam. & tamen hæc posterior opinio vsu, & praxi recepta est. quo ad iudices delegatos extra Romanam curiam de causa cognoscẽtes:licet datus in Romana curia, vt intra eam cognoscat de causa, speciali indigeat commissione ad absolutionem

lutionem ad cautelã adhuc ex cõmuni vſu:quemadmodũ Rota tradit in antiquis.810.& ſeq. Felin. in cap.veniens.de teſtib.col.penulti. vnde ſecluſo communi ſtilo prior ſententia verior eſt, & magis communis,quam extendit Oldra. cõſ. 145.ac Feli.in dict.ca.veniens.in. 2. vlt.col.vt nec iudex delegatus poſſit abſoluere ad cautelam excommunicatum ad effectum dicendi teſtimonium.Quo in caſu ipſe potius contrarium tenerem maxime vbi res non ita bene per alios teſtes probari poſſet:arg.tex.in cap. præterea.de off.deleg.& dict.l.2.ff. de iuriſ.omni. iud. ſic etenim Ioan. Monachus in dicto capitulo.ſolet. tenet, iudicem delegatum poſſe abſoluere ad cautelam teſtes ſibi productos ad effectum dicendi teſtimonium.

¶Tertiò conſiderandum eſt,non poſſe impediri hanc abſolutionem ad cautelã ex cõtradictione aduerſarii:niſi is dixerit, excõmunicationẽ latã propter manifeſtam offenſam: quod probare debet intra octo dies,& eo probato non eſt abſoluendus excõmunicatus,niſi prius realẽ ſatisfactionẽ præmiſerit.tex.ſingular.in dict.cap.ſolet.ſatis tamẽ erit ad impediendã abſolutionem iſtã, quod manifeſta offenſa proponatur,& obiiciatur in ipſis interrogatoriis articulis,nec eſt neceſſarium, quod expreſsim libello ſpeciali exceptionis hæc manifeſta offenſa in iudicium deducatur:quemadmodũ docet Rota in nouis.326.ita rem iſtam explicans.idẽ probat Feli. in dic.ca.apoſtolicæ.de except. nu.17. ipſi autẽ octo dies currunt,& labũtur continue à momento ad momentum ab ipſo die,quo iudex recepit obiectionem manifeſte offenſæ,abſq; alia ſpeciali huius dillationis adſignatione:quod notant Domi.& Franc.in dict.capi.ſolet. & Rota in nouis.208.

Hæc tandem prænotare libuit de excõmunicationis viribus, vinculo,& effectibus:deq; eius abſolutione ad huius rubricæ, & capitis, quod ſtatim ſumus expoſituri,apertiorem cognitionem multa tamẽ omiſimus, quod vel ea cuiquam facile obuia ſint,vel nos breuitati operã dantes ipſa præterierint: quæ diligens lector pro ſui ingenii captu poterit inquirere,ac mente reponere.

Secũda huius relectionis Pars.

Bonifacius octauus.

Alma mater eccleſia plerunq; nõ nulla rationabiliter ordinat,& cõſulte,quæ ſuadẽte ſubiectorum vtilitate,poſtmodum conſultius, ac rationabilius reuocat,in meliúſve commutat.

Ex huius ca.initio.

1 *Alma, Substantiue, & adiectiue: quid significet?*
2 *Mutatio, & correctio veterum legum iustissima est.*
3 *Eadem lex humana non omnibus cõmunitatibus, aut ciuitatibus conuenit.*



Lmam hoc in loco summus Pontifex appellat ecclesiam: sanctam inquã. Almae enim Hebræa dictio est, & item Latina, authore diuo Hieronymo in Esaiam capit. 7.
1 quo in loco adnotauit, apud Hebræos Almam dici virginem non quancunq; sed absconditam, ac secretam, quæ nusquam virorum patuerit aspectibus, sed magna parẽtum diligentia custodita sit, ætatisque iunioris, & in annis adolescẽtiæ constituta. quod pluribus sacrę scripturæ authoritatibus probare idem author conatus est ad illius cap. intellectum, & catholicũ Prophetæ sensum. latinè autem secundum eundem Hieronymum alma sancta intelligitur adiectiue. siquidem alma, vt inquit Festus, sancta, siue pulchra, vel alens ab alẽdo scilicet. Seruiꝰ itẽ lib. 10. Aeneid. super illud. Alma parens Idæa deûm: inquit, Alma proprie est tellus ab eo, quod nos alat: Abusiue etiam aliis numinibus hoc epitheton datur. idem Seruius apud Virgilium eclo ga. 8. diem almum: clarissimum interpretatur. nec tantũ hæc dictio referẽda est ad lucis splendorem, sed & ad honoris, nominis, & famæ claritatem, & excellentiam. sic Iusti nianus in. l. 1. C. negociatores ne militent. lib. 12. Cõstantinopolim, vrbem Almam appellat. Martialis de natali Domitiani lib. 4.

Cæsaris alma dies, & luce sacratior illa.
Conscia Dictæum, qua tulit Ida Iouem.

Vt cunq; sit, ecclesia catholica Alma dicitur aptissime, quod mater sit piissima, qppe quæ nos alat vberibus sanctissimis nobis exhibẽs sacramẽta, quæ redẽptor noster Iesus in remissionẽ peccatorũ instituit: nosq; fide ipsius sanctissimi saluatoris instruat, & muniat: quod sãctissima sit, ac Christi spõsa virgo, & immaculata, absc̃odita vsq; ad spõsi incarnationẽ sub velamine prophetarum: quod pulchra, ac decora tot sanctissimorũ hominũ martyriis post sponsi passionẽ, tot bonis moribus institutis, ac propter pulchritudinẽ reformatis: quod clarissima sit lucis splendore, veteris testamenti, & Mosaicæ legis reseratis mysteriis, quæ obscura quidem ad aduentum vsque saluatoris fuẽre quod in vniuersum orbem eius institutio, & excellentia prædicatione legis Euangelicæ iam propemodum exierit.

¶Ex huius autem capitis initio illud plane deducit, quod apud omnes celebratissimũ extat: nẽpe, in re publica bene, ac sancte ĩstituta posse iustissime mutari veteres leges, que & iustissime fuerũt cõditę. idẽ cõstat in. c. nõ debet. de cõsang. &

affinit.

affinit.ca.sciẽdum.29. dict.ca.quia sancta.§.verum.63.dist. & in aliis plerisq; locis.quibus duo præter alia potissimũ obstare videntur.

Primum:lex debet esse iusta.cap. erit autem lex.4.dist.ca.8.prouerb. per me reges regunt, & conditores legum iusta decernunt.Etenim lex esse non videtur,quæ iusta nõ fuerit: authore Augustino lib.1.de libero arbitr.ca.5.sed si lex vetus iusta fuit,& esse debuit,vt legis vim haberet, quod in ea constitutum fuit iustum itidem erit:eius contrarium iniustum:igitur noua lex veterem iustam corrigens,& contrario abrogans institutio iniqua erit: & ideo nulla. Siquidem iustum,& iniustum contraria sunt: vt inde necesse sit,mutationem veteris legis iustæ in contrariam iniquam esse.

Secundò itidem obiicitur, & fit argumẽtatio.Aut lex vetus iniqua fuit,aut iusta.si iniqua:lex non fuit,nec est,nec legis nomen, ac vim habere debet:& idcirco absq; temporum mutatione tollenda est, & statim fuit abroganda.Si iusta:profectò mutari nequit in cõtrariam, quæ iniusta non sit.vnde hæc posterior erit omnino vt iniqua extirpenda ab ipsa republica:cum ei nequaquam possit vtilitatem afferre: imo pernicioſa sit.

Tertiò ad idẽ tendit,quod lex iusta fundamentum habet à naturali ratione: quæ tamen immutabilis est.in princip.5.dist.§.sed naturalia. inst.de iure natur.ergo lex semel iuste statuta mutari non potest.

¶Nihilominus cõstituendum est in tractatu de legibus,non tantũ permissam esse in qualibet optima republica legum veterum mutationẽ: sed & eã admodũ vtilem fore,& quandoq; necessariam: modo facilis nõ sit.Hoc præter authoritatem canonum,quorum modo meminimus,probat Aristoteles li. 2.poli. ca.6.ita equidem scribẽs in ciuili ratione nõ posse omnia accurate scribi,sicut nec in alia qualibet disciplina.Constat etenim primos legum latores quãdoq; imprudentes fuisse,rusticos, ac vulgares. sic & in disciplinis crescit hominum vigor:atq; docet experientia plurimas antiquas leges horrẽdas mutatas fuisse cũ maxima reipublicæ vtilitate: quemadmodum latius notat ipse Aristo.in dict.ca.6. His accedit secundo:quod humanæ rationi naturale est, vt gradatim ab imperfecto ad perfectũ perueniat. vnde qui primo philosophati sunt quædam imperfecta tradiderunt, quæ postea per posteriores perfectius fuere discussa, examinata, & tradita. atq; ideo legũ mutatio ex parte rationis ipsius humanę iustissima est,non tantũ ex parte hominum.Tertio adest diui Augustini authoritas libro primo.de liber arb.capitulo sexto. qui asserit, legem etiam iustam posse per tempora iuste mutari: siquidem mutata republica, & eius statu mu-

tari debet & lex: cum mutata tẽpora varias exigãt leges, vt iuste regatur populus. quod comprobatur euidenter: nam iustæ legis officium est reipublicæ vtilitatem constituere, & stabilire. hæc vero non aliter potest practice cõsiderari, nec percipi, quã prius inspectis, ac perpensis tẽporibus ipsis, locis, & gẽtium moribus: quæ quidem omnia non vbique pari tramite cõtingere solent: igitur non eadem lex vbiq;, & semper iusta est, nec omnibus moribus, locis, & temporibus aptari, aut conuenire potest: qua ratione legis mutatio necessaria omnino est. Quarto sunt ad hanc rem pulchra Platonis verba. 6. dialogo de legibus. quæ quidem omnia, inquit, curẽt, ornentque chori principes, & cum legum custodibus cõditores, vt à nobis relicta suppleãt. necesse nanq;, vt diximus, in his prę sertim, quæ multa paruáque sunt, nonnulla in prima positione legũ prętermitti, quæ magistratus sequẽtes vsu rerum commoniti quotannis mouebunt, & corrigent, donec tempus illud aduenerit, quo instituta hæc discussa, & approbata sufficienter fuisse videantur. hæc Plato, qui eleganter lib. 16. ciuili, vel de regno. legislatorem similem facit quo ad reipublicę regimen medico, & nauis gubernatori. nam vt hi non semper eadem præscribunt agenda esse ad corporis salutem, & ad nauigationis tutelam, sed varia præcepta excogitant iuxta morbi statum, ventorum, locorum, & syderum pericula: ita legislator, qui rempublicam administrat, non eisdem semper vti debet legibus: imo varia necesse est præscribat præcepta, & instituta secundum temporum, rerum, & locorum vicissitudines, status, & qualitates: alioqui non recte rem pro vtilitate publica gerere valebit. Hanc item legũ mutationẽ iustam esse probat tex. in cap. vlt. 14. dist. & in dict. capit. erit autem lex. 4. dist. pulcher tex. inibi adnotante Bald. in l. vnica. in princip. C. de caduc. tollend. docet eleganter. S. Thomas in. 1. 2. q. 97. ar. 1. & q. 104. art. 3. Sylvest. verb. lex. §. 25. & Francis. Patritius de institutione reipub. lib. 1. titul. 5. ad rationes in contrarium adductas non est admodum difficilis responsio, quæ magis huius veræ opinionis vires explicabit.

Ad primum igitur respondentes fatemur, legẽ iustam esse oportere, & itẽ legem veterẽ, quæ modo mutatur, iustam fuisse: & subinde concedimus nec iustum mutari posse, nec iniustum statui: & tamen negam⁹ ex mutatione veteris legis, quæ tunc iusta fuerit, iniustam nunc cõstitui: siquidem determinatio eius, quod iustum sit, ac reipublicæ conueniens, secundum hominum statum: & conditionem mutari debet, & potest. Etenim, vt docet S. Thomas, rectum semper manere debet rectum perse, nec id mutari potest: sed rectitudo, & iustitia

legis

legis dicitur, & consideratur quo ad communem vtilitatem, cui nõ semper vna, eademq; res conuenit: idcirco talis rectitudo mutatur: vt paulo ante dicebamus. & præterea non ita cogit argumentatio in his, quæ legislatoris iudicio, & voluntati libere commissa videntur: qualia sunt multa, quæ possunt libere iure humano statui absq; diuini, & naturalis læsione, & absq; reipublicę, & communitatis iniuria: eo quidem, quod in his minimè versetur ipsius reipublicæ status potissima basis rectæ administrationis. Lex enim regia, quæ permittit parẽtibus melioratione erga liberos in tertia, & quinta bonorum partibus, iusta est, & fuit: quia non insurgit ex hoc grauis, & maxima inter liberos inæqualitas, nec iuri diuino aut naturali præiudicium fit, nec reipublicæ læditur. Et tamen etiam si lex ista reuocaretur, & tolleretur, nihil iniustum fieret à legislatore: cum filii æqualẽ partem ex parentum bonis obtinerent, nec iuri naturali derogaretur ex hac veteris legis mutatione, nec respublica damnum aliquod inde pateretur.

Ad secundam rationem satis manifesta est responsio, si cõcedamus priorem eius partem, & negemus posteriorem. Nam vetus lex potuit tũc iusta esse: modo autem erit iniqua: quippe quæ præsenti reipublicæ statui minimè conueniat, imo perniciosa, & grauis sit. & deinde, vt modo probauimus, quædam sũt ita liberæ legislatoris dispositioni obnoxia, vt vel hoc vel illi contrarium possit statuere absq; aliqua reipublicæ iniuria.

Ad tertiũ ita respondemus, quod quælibet iusta lex habet, & habuit originem à ratione vniuersali naturali, quæ dictat, ratione viuendum fore, nihil iniquum agendum, aut statuendum. Quod iuris naturalis principium vniuersale est, & immutabile: sicuti & immutabilia sunt omnia, quæ ex hoc principio necessario sequuntur: atque ita nulla lex vnquam ferri potuit, nec potest, quæ iniusta sit, & ideo contraria huic principio iuris naturalis. Sed quo ad particulares actus, & leges speciales constat, aliquã legẽ olim reipublicę congruã, & iustam, modo non conuenire communitati, & eideo iniustam esse, ac reuocari posse. Humana siquidem lex qua ex parte ius habet naturale: scilicet, ratione viuẽdum fore, mutari nequit. Sed quo casu ratione viuamus, ostendit mutatio temporum, hominum, & morum ciuilium. vt eleganter. S. Thomas explicat in dicta quæstione. 97. articulo. 1.

3 Ex quibus apparet, non omnibus cõmunitatibus, rebus publicis, aut ciuitatibus easdem leges conuenire, vel vtiles esse: tametsi omnibus cõueniat, & proprium sit, ratione, & iure ad iustitiæ normã, & regulã institutas esse. qua de re sunt pulchra Aristoti. verba lib. 5. ethi. capi. 7. simili

7. ſimili, inquit, modo non naturalia, ſed humana iura, nõ eadẽ vbiq; ſunt. Nã neq; reſpublica apud oẽs eſt eadem: ſed vna tãtum vbiq; ea eſt ſecundum naturam, quæ optima eſt. Hęc Ariſtoteles, qui vnam eſſe cenſet vbiq; rempublicam ſecundum naturam, quæ optima ſit: ideſt, quę naturali ratione ad communẽ vtilitatẽ regitur. Qua tamen ratione perpenſa, & obſeruata, non eadẽ conueniunt omnibus rebus publicis. ad hunc etenim ſenſum Michael Epheſius locũ Ariſtotelis ibidem eruditiſsime interpretatur.

Qua ratione qui veteres Hiſtoricos legeris, quiq; variarũ prouinciarũ leges expenderit ab initio orbis cõditi vbiq; conſtitut⁹, dubio procul deprehendet, quantũ hominibus licuerit varie in cõdendis legibus de ipſa cõmuni vtilitate decernere. ac plane ſuo iudicio cẽſebit, leges aliquot riſu dignas eſſe, quæ ſi illius reipublicæ ſtatũ oĩno neceſſarias fuiſſe illi cõitati exiſtimaret.

Ex. §. ſequenti.

1 *Interdicere quid ſit?*
2 *Interdictum eccleſiaſticum: qualiter definiri poſsit?*
3 *Interdictus ab ingreſſu eccleſiæ, quod poſsit agere, & quæ ſint ei vetita?*
4 *Interdictum eccleſiaſticum decernitur ſepiſſime in locum, vel plebem ob vnius culpam.*
5 *Interdictum eccleſiaſticum, an poſsit ferri ob debitum pecuniarium?*
6 *Interdictum hoc quandoq; in locum, quando que in perſonas pronunciatur: & quid hoc referat?*
7 *Traditur intellectus ad tex. in cap. ſi ſententia, hoc tit. & libro.*
8 *Interdicta ciuitate: an ſuburbia cẽſeri debeãt interdicta: & inibi late intellect. cap. ſi ciuitas eo titulo.*
9 *Interdictum quoddam eſt ſpeciale, quoddam generale.*
10 *Excommunicatio, quomodo differat ab interdicto eccleſiaſtico?*

§. Primus.

SAnè à noſtris dudum fuit prædeceſſoribus cõſtitutũ, vt ĩterris, ſeu locis eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto nulla, certis caſibus, & ſacramentis exceptis, diuina celebrentur officia, vel miniſtrẽtur eccleſiaſtica ſacramenta.

¶Hinc tandem oportet materiã interdicti eccleſiaſtici exordiamur, quid interdictum ſit prænotantes. interdicere namq; propria ſignificatione eſt, prohibere, ac vetare, ne
1 quid fiat vnde apud iuriſconſultos interdicta paſsim traduntur proprie quidem prohibitoria: vt quidam opinãtur: ſed obtentũ iam eſt, omnia ſiue prohibitoria, ſiue reſtitutoria, ſiue exhibitoria interdicta appellari: ſicuti author eſt Iuſtinianus in principio inſtit. de interdict. Quod alibi tractabitur. Nũc enim ad propoſitam cognitionem illud erit ſatis, quod interdicere

ſit

sit prohibere,aut vetare:re quidem vetita per ablatiuum frequentius, raro per accusatiuum: ipsa vero, cui fit prohibitio per datiuum casum expositis,& significatis. Paulus sane iurisconsultus in.l. vlti. ff. de pœnis,dixit,interdicere alicui arte sua.Suetonius in Augusto. Alteri ob ingratum,& maleuolum animum domo,& prouinciis interdixit.idem Suetonius in Nerone.& cum interdixisset vsum Amethystini,& Tyrii coloris,præclusit cūctos negociatores.quandoq; tamē actiue,& passiue subaudiuntur hi casus,quod latinæ linguæ authores passim ostendunt.Cicero pro domo sua.velitis,iubeatis,vt.M. Tullio aqua,& ignis interdicatur.Plinius in epistolis.Carent enim togę iure,quibus aqua, & igni interdictū est. Nam, vt obiter hoc ipsum explicemus,Lactantius Firmianus lib.2,institutionum diuinarum ca. 10.inquit,ideoq; à veteribus institutum est,vt sacramento ignis, & aquæ nuptiarum fœdera sanciren-tur,quod fœtus animantium calore,& humore corporentur,atq; animentur ad vitam.cum enim constet omne animal ex anima,& corpore,materia corporis in humore est,animæ in calore. quod ex auiū fœtibus datur scire:quos crassi humoris plenos,nisi opifex calor fouerit,nec humor potest corporari, nec corpus animari.Exulibus quoq; ignis, & aqua interdici solebat: adhuc enim videbatur nefas,quan uis malos tamen homines supplicio capitis afficere. Interdicto igitur vsu earum rerum, quibus vita cōstat hominū,perinde habebatur ac si esset,qui eam sententiam exceperat morte multat9.Adeo ista duo elementa prima sunt habita,vt nec ortum hominis,nec sine his vitam crediderint posse constare. Hactenus Lactantius,cuius etiam memi nit ad interdictum aquæ, & ignis Budæus in.l.penul.ff.de donat.int. vir.& vxor.quo in loco iurisconsultus mentionem fecit solennitatis nuptialis,quæ aqua & igni fieri solebat.Hac igitur in parte interdictum prohibitio quædam est diuinorum officiorum:cum iudex ecclesiasticus alicui ciuitati interdicit diuinis officiis.Nam & apud pontificias constitutiones cōstat,interdictum prohibitionē esse:sub tit. de matrimonio contract.contra interdictū ecclesię maxime ca.2.&.3. sic Cicero pro Cecīna dixit:ad quę interdictū pertineret:idest prohibitio.sic regia.l.14.tit.9.part.1.interdictū hispune appellat: vedamiento.

¶Potest autē interdictum hoc ecclesiasticum decerni quo ad personā aliquam specialem,aut singularē:tandem quo ad plures personas, & quo ad locum.idcirco in hunc modum congrue definitur. Interdictum ecclesiasticum est, suspensio à diuinorū officiorū,sacramēto
2 rumq; actiua,& passiua celebratione,respectu alicuius loci,vel personarū facta,ecclesiastica etiam pro-

hibens sepultura. quod interdictū hoc sit suspensio non poterit negari:id etenim passim probatur: maxime in ca.non est vobis.de sponsa. capit.quod in te. de pœnit. & remiss. & in præsenti constitutione. quibus in locis etiam cōstat,nō esse simplicē suspēsionē,sed quæ suspēdat ab officiorū diuinorū, & sacramētorū celebratione, perceptione,& collatione:itē ab ecclesiastica sepultura cap. si ciuitas.supra ist.ti. quod personas afficiat hoc interdictū quādoq;,& frequētissime,probatur in.c.si sentētia.&.c.is cui.ist.ti. & de loco est satis aperta probatio in præcitatis authoritatibus.

Sub hac vero diffinitiōe minime cōtinetur is,cui est interdict⁹ ecclesiæ ingressus. nā is optime poterit extra ecclesiam celebrare diuina of
3 ficia:sicuti notāt glo. cōmuniter recepta in.c.is cui.sup.ist.ti.glo.in.c. vlt de offic.ordi.ist.li.Innocēt. Hēri.col.pe.Abb.& Feli.num.8.in.c. sacro.extra ist.ti. quorū opinio cōmunis est,& probatur in.c.præsenti.5.q.2. poterit item iurisdictionē ecclesiasticam vbicunq; exercere,ea enim suspensus nō est.glo.in dict. c.sacro.verb. interdictū. quam sequuntur Doct.ibi.Abb.in cap. ab excommunicato.col.4.de rescript. Franc.post alios in ca.1.§.siquis.supra eo.Ioan.Milis verb. suspensus. etenim de hoc,cui interdict⁹ est ecclesiæ ingressus vlterius hic minime disputabimus,quippe qui opinemur, hoc interdictum multum differre ab eo,de quo in huius cap. examinatione acturi sumus. tamet si & ad interdictum ingressu ecclesiæ posit, vt omnia expendamus, & diffinitio prædicta cōmode induci:cum in ea de interdictis personis mentio fiat: licet non ita vniuersale sit hoc interdictū ingressus ecclesiæ.verum siquidē est,eum, cui est ecclesiæ ingressus interdictus,ir regularem esse,si intra ecclesiam diuina officia celebrauerit, nec posse in ecclesia sepeliri.dict.c.is.cui.

Poterit tamē is,cui est ecclesiæ ingressus interdictus ecclesiam,& ingredi,& in ea orare tempore, quo diuina officia non celebrantur secūdum Ioannem Calderi.in tract.de ecclesiast.interdict.mēbro.2. vers. nunc quæritur.Ancha. Domi. & Franc.in dict.capitu.is cui,sicut & de excommunicato diximus prima huius operis parte.§.3.nume.7. vnde constat, etiam hunc interdictum ingressu ecclesiæ non posse diuina officia inter ecclesiam audire: licèt ex ea auditione irregularis non sit.cap.is qui sup.eo.tit.

Hic autem interdictus ingressu ecclesiæ,si pœnituerit,poterit sepeliri intra ecclesiam.tex. expressus in dict.capitulo,is cui.vbi Ioānes.Andre.Francus,& Doct.fatentur,posse in articulo mortis hoc interdictum remitti à quocunque sacerdote, vel sufficere quod quis decesserit cū signis cōtritionis,& pœnitētiæ.vt nō obstāte interdicto sepeliri possit in ecclesia, absque alia

solen-

solẽnni,interdicti reuocatione,aut remissione.Quod maximum exhibet argumentum,prædictam cõstitutionẽ loqui de interdicto ingressu ecclesiæ propter contumaciam. quasi dici possit,hũc interdictũ in gressu ecclesię posse sepeliri intra ecclesiam,cum id interdictum in criminis pœnam fuerit pronunciatũ: ex eo,quod morte finiatur pœna delicti: vt in hac specie notat Ioan. Ber.præsul Callahor. ĩ practica criminali.c.121.ego sane cõpertum habeo,etiam in pœnam criminis posse quem priuari ecclesiastica sepultura,ita vt hæc pœna mortuo sit inferenda:etiam si is pœnituerit: quẽ admodum ex.c.cum ad monasterium.§.1.de stat.regu.&.c.quanquã de vsuris.ist.li.& aliis probare conati sumus li.2.variar.resolut ca.1. num.11. idcirco non me cogit prædicta ratio,vt hanc sententiam probẽ,præsertim quod propter criminis grauitatẽ possit corpori mortui pœna iniungi.c.mulier.15.q.1.l.vlt. ff.ad.l.Iuli.maiest.ca.accusatus.§. penult.de hæret.ist.li.atq; ideo nõ omnino crimina morte extinguntur quo ad pœnã corporis fateor tamẽ,iudicẽ ecclesiasticum, & canonẽ alicui interdicentẽ ingressu ecclesiæ,eã mentẽ habere,vt si ob cõtumaciam hanc pœnã indixerit,velit ecclesiastica interdicere sepultura,vbi interdictus huius contumaciæ nõ pœnituerit:at si ob crimen iam cõmissum,ac remissum:noluerit hunc interdictũ carere sepultura ecclesiastica:ne tanta ignominia & iactura forsan ob culpã non ita grauẽ afficiatur. hunc etenim opinor esse sensum illius responsi in dict.capitulo is,cui.

Hinc apparet,interdictum ecclesiasticũ in personam posse ferri quo ad certũ actum,aut quo ad certam peculiarẽq; actionẽ ordinis:si quidem poterit ferri ad hoc,vt quis interdicatur celebratione missarũ,ingressu ecclesiæ,aut collatione sacramenti pœnitentiæ. quod notat per tex.ibi An.in ca.significauit.de corpore vitiat.Calde.in tract.de ecclesiast.interdict.fol.5.col.2. Deci.in. cap.sane.nume.4.de.off.deleg.nec video in hac re posse quidquã controuerti: & si omnino sit hoc memoriæ cõmendandum quo ad ipsius interdicti vim,& effectum:ne quis existimet semper vniuersale cõstitui:& præterea,vt cõsideremus, qua ratione sit distinguẽdus sacerdos suspẽsus simpliciter ab officio, a sacerdote,q interdictus sit ingressu ecclesiæ,aut alia particulari ordinis sacerdotalis actione.

¶Prius tamẽ quã distinctionẽ interdictorum ecclesiasticorũ,& prę scriptã diffinitionẽ ex ponamus,ad notandũ est,interdictũ ecclesiasticũ decerni posse aduersus ínocẽtes, & in eorũ damnũ,ac prę iudiciũ ob alteri9 culpã.nã licet hęc cẽsura,pœna sit ecclesiastica proprie spiritualis nõ est,quippe quæ animã nõ afficiat,nec priuet communione suffragiorũ ecclesiæ:sed tantum suspẽ

dat diuinorum officiorũ, & sacramentorũ celebrationem: quæ quidem suspensio directe animam nõ ligat,nec afficit.quam ob rem probauimus lib.2. variar.resolut. cap, 8.num.10. posse interdictum ferri contra innocentes ob alterius culpam.quia hæc pœna spiritualis nõ est:licèt glo.in dict.ca. si sententia: verb.interdicti. eam spiritualẽ pœnam appellauerit. est siquidem receptũ, posse aliquam ciuitatem interdici celebratione diuinorum officiorum,& sacramentorum collatione ob vnius culpam : nempe illius,qui dominus loci sit, & in eo iurisdictionem habeat temporalẽ, aut secularem.tex.in cap.nõ est vobis.de sponsali.cap.si sententia. ist. tit.Regia.l.14.titu.9.part.1. & idem erit ob culpam illius,qui in eo loco iurisdictionem spiritualem, & ecclesiasticam tantum habet: nempe episcopi:secũdum Archid. in dict. cap.si sententia.& Domi.ibi.Tancret.Felin.& Deci.in dict.capi.sane.in.2. de off. delegat. vbi est ad hoc tex.elegans.quãuis Car. Abb. & Barb. inibi censeant, illum tex. procedere, quoties episcopus temporalis diuinus est loci illius,eiusq; secularem iurisdictionem habens. & tamen opinio prior magis communis est,vt asserit Deci.7.notab.

Sed ob vnius priuati culpam nõ posse totã ciuitatem interdici, nec totum populum,obtentum est, vt notat Ioan.Mona.in cap.1. de vsur. ist.lib.Henri.in ca. in quibusdam. de pœnis. Chosmas in prag.sãctione tit.de interdict.indifferenter nõ ponendis.in verb.priuatæ. nisi id fiat speciali commissione Romani pontificis,quæ magna cũ difficultate solet concedi, & in hunc sane modum, vt primo interdictum decernatur in ecclesiam parochialem aduersarii, & simul in alterã ecclesiam parochialem,vel collegiatam: demũ crescente cõtumacia in duo monasteria, vel ecclesias collegiatas:deinde nõ resipiscente cõtumace tota dioecesis supponitur interdicto:& adhuc illius corde indurato cathedralis ecclesia interdicit: sicuti testatur Ioan. Staphilæus de literis grat.& iust.Folio.156.col.2.scribens, cathedralẽ ecclesiam nusquã censeri interdictam. etiam in totã diœcesin, & in omnes ciuitatis ecclesias sit interdictum decretũ ex ratione tex.elegantis in cap. quanuis.§.quanquam.de præb.in.6.quasi ille tex.probans,in literis ad beneficia ecclesiastica non contineri ecclesiam cathedralem appellatione ecclesiarum ciuitatis, aut dioecesis: in qualibet odiosa dispositione itidem locum obtinere: quod præter doct.ibi adnotarunt Compostellanus in cap.capitulum.vers.idẽ quęritur. de rescript. Oldradus cons. 185.Rota Antiqua.45.idẽ Ioan. Staphilæus de literis gratiæ.fol. 61.col. 1.Felin.in cap.in nostra.corol.39.de rescript.idem Felin.in cap. postulasti.eo.titu. num.4.Ioannes de Selua de beneficio.3.part quæs.11.qualitate

litate.21.

Illud vero est omnino inquirendum, an ecclesiasticum interdictũ posit iure ordinario decerni in aliquam ciuitatẽ, aut populũ ob debitum pecuniariũ: nempe ob cõtumaciam domini, vel episcopi illius loci cõmissam in detinendo æs alienum: & sic in debito pecuniario non soluendo? Nam tex.in.c.ex rescripto.de iureiur.vt ibi notãt Abb. & alii, probat, posse ciuitatẽ, & prouinciã interdici diuinis officiis ob cõtumaciam ipsius domini, vel rectoris cõmissam in nummis, alteri debitis non soluendis. nihilominus à Bonifacio octauo statutũ est in constitutione.prouide attendentes.inter extrauag.communes.sub hac rubrica, Quod interdictũ ecclesiasticum nequaquã decernatur ob debitam pecuniã exigẽdam. cuius cõstitutionis meminêre Ab. & Fe. in dict.c.ex rescripto. & plerique alii statim citandi: eamq; seruari iussit inuictissim⁹ Hispaniarũ rex Carolus Cæs. Pintiæ anno vicesimo tertio ca.11. & rursus anno vicesimo quinto Toleti.c.24. quã ipse intelligerem nõ solũ in interdicto generali decreto in aliquã ciuitatẽ, aut villam: sed & in speciali indicto in aliquã ecclesiã è pluribus vnius oppidi, aut ciuitatis. sunt etenim iudices seculares, & Regii, quorum ministerio facillime quiuis cogi posset æs alienum soluere absq; innocẽtũ periculo, & damno, quod prouenit ex his interdictis: licet Calderi.in tract.de eccle.interd.col.8. Io. Andre.Domi. & Franc.in cap.præsenti.ist.tit.Florent.3.parte.tit.26.c.3.col.2.Feli.in capitu. sane.in.2.de off.delegat.col.2. intellexerint prædictam extrauagantem constitutionẽ in interdicto generali: vt secus sit in particulari: quod poterit decerni ad exactionẽ pecuniæ iure debitæ, ne obstet tex.in.cap.3. de pœnis. Qua in re conuenit reipublicæ Christianæ ita moderamen, & medelam adhiberi, quod non temere hæc interdicta ecclesiastica, nec passim decernantur capi. quæsiuit.de his, quæ fiunt à maio.part. capitul. extat memorabile Basilæensis concilii constitutio sessione .20. anno millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, cuius hic meminisse libuit, quia illius concilii decreta de fide, & censuris, ac beneficialibus causis fuêre post approbata per Nicolaum quintum summũ Romanæ ecclesiæ pontificem. quin & in Pragmatica sanctione Gallicana expressim eadem decisio vt admodum vtilis exponitur in hunc sane modum. Basilien.

Statuit hæc sãcta Synodus, quod nulla ciuitas, oppidum, castrum, villa, aut locus ecclesiastico supponi possit interdicto, nisi ex causa, seu culpa ipsorum locorum, aut domini, seu rectoris, vel officialium: propter culpam autem seu causam alterius cuiuscunque priuatæ personæ huius modi loca interdici nequaquã possint auctoritate

ritate quacunque ordinaria,vel de legata, nisi talis persona prius fuerit excommunicata, aut denunciata,seu in ecclesia publicata, ac domini,seu rectores,vel officiales ipsorum locorum authoritate iudicis requisiti huiusmodi personam excommunicatam infra biduũ inde cum effectu nõ eiecerint,aut ad satisfaciendum cõpulerint: qua etiam post biduum eiecta recedente, vel satisfaciẽte, mox diuina restitui possint. hactenus Basilæẽsis synodus præ oculis semper habenda,vt ex ea iudices ecclesiastici percipiant quanta cũ maturitate cõsilii sit ecclesiasticum ferendum interdictũ.

¶His denique elucidatis,oportet ex ipsa diffinitione colligere, quando ꝙ ex generali interdicto personas,quandoque locum ipsum diuinorum officiorum celebratione interdici.& hoc ipsum plurimum refert:siquidem vbi locus tantum est interdictus,illius loci habitatores, & incolæ, qui culpabiles nõ sunt, possunt extra locum illum diuina officia audire,& sacramenta percipere.tex. qui hoc apertissime probat in dict.cap.si sententia.vers. cæterum. & eadem ratione poterunt in ecclesia extra locum interdictũ sepeliri: vt asserit Frederi. cons.121. Forsan & hæc Frederici sentẽtia obtinebit, etiã in ipsomet interdicto, vt extra locum interdictum possit is sepeliri:cum & si ob culpam foret ecclesiæ ingressu interdict9,posset in loco sacro sepeliri,si decesserit peccatorum pœnitens iuxta tex.in capit.is cui.eo.tit.cuius paulo ante intellectum adduximus.

Quod si personæ fuerint interdictæ,etiam vt ciues alicuius verbis, non poterunt dum illius habitationis domicilium habent diuina officia audire,nec sacramenta percipere alicubi,licet locus interdict9 nõ sit:nisi interdicti absque eorũ culpa,transtulerint domicilium habitationis in aliam villam, aut ciuitatem. tex sic intelligendus secundũ Ancha.Franc.& Doct.in dict. capitu.si sententia.vers.cum verò.supra ist.tit. quem & nos in hũc sensum explicuimus lib.2.variar. resolut.c.8.col.vlt. quo in loco ad eius interpretationẽ per transennam alia quot tradidimus,quæ lector poterit his adiungere.

¶Est autem ad hæc animaduertẽdum, quod interdicto clero alicuius vrbis,non intelligitur populus ipsius vrbis interdictus,nec interdicto populo censetur clerus interdictus:vnde vno horum interdicto alter ad diuina officia, & sacramenta est admittendus.tex.in dict.cap. si sententia.in princip.quam ob rẽ erit cautissimè obseruãdum ipsum interdictũ quo ad eius sensum , & 7 verba,quo vere percipiamus sit ne interdictus locus,an loci homines, & personæ.atque ideo sunt in specie aliquot adnotanda.

Primum, quod interdicto clero alicuius ecclesiæ,non censetur ipsa ecclesia, & ipsius loc9 interdictus:

imo

imo poterunt diuina officia intra eandem ecclesiam celebrari.glo.cõ muniter recepta in dict.cap.si sententia.per tex.in cap.per exemptio nem.de priuileg.ist.lib.

Secũdo hic est adnotandum, nõ cẽseri locum interdictum,vbi eius cõmunitas,collegium,aut vniuersi tas interdicta fuerit. nam personæ in hoc interdicto, non locus comprehenditur. quod personæ sint in hac specie interdictæ probat elegãter tex.in dict.cap.si sententia.§.cũ vero.exemplum ponens in populi interdictione, quod locus nõ sit ex hoc interdictus, probari poterit ea ratione.quia interdicto loco,personæ non censentur interdictæ, vt in.§.cæterum.sub eodem ca.si sententia. ergo sic è contrario interdictis personis,locus non debet censeri interdictus:sic sane hãc opinionem tenent Ioan.Andre. & Cald. Ioan.Calderini pater in dict.cap.si sententia & collector priuilegiorũ mendicantium verb.interdictum. 3.§.13. quibus accedit maxime tex. in cap.1.de vsuris.ist.lib.vbi distinguitur interdictũ collegii, aut vniuersitatis ab interdicto locorũ aut ab interdictis locis.Hæc tamen opinio dubia ex multis cõstituitur. & primo ex eo, quod si vera esset, facillime interdicto ecclesiastico fraus fieret: cũ seruari cõmode nõ posset interdictis exclusis,qui à loco ob eorum multitudinem exclu di non possent. Est præterea aduersus prædictam opinionẽ tex. optimus in capit. quod nonnullis. de priuileg. vbi probatur, iure veteri communi considerato non potuisse celebrari diuina officia,etiam interdictis, & excõmunicatis exclusis,etiam ianuis clausis in loco, cuius communitas fuerat interdicta: igitur constat, interdicta communitate alicuius loci, ipsum locum interdictum censeri:alioqui posset in eo loco celebrari ianuis clausis, saltem interdictis, & excommunicatis exclusis:atque ita Frederi. de Senis in cons.188.asseuerat, interdicta communitate alicuius loci, nõ tantum personas,sed & locum ipsum censeri interdictum.cuius obiter nos meminimus in dict.cap.8. lib.2.variar.resolut.col.vlt.sic & in hac quæstione tutius esse, quod & in loco seruetur interdictum, & quod locus ipse iudicetur interdictus, responderunt Calderi.de eccles.inter. fol.4.col.2.Frãc. in dict. cap.si sententia col.1.Florẽt.3. part. tit.26.cap.3. col.3. & Sylvest. verb. interdictum.2.q.8. quorum opinio propter mentem interdicentis, & præsumptam eius voluntatem mihi magis placet, & tutior videtur in eo casu,quo vniuersitas, quę interdicitur, generaliter ipsum locũ repræsentat,& eũ habitat maiori ex parte,nec potest cõmode inde expelli,vt liber maneat locus ad celebrationẽ diuinorũ officiorũ,quę difficultas,& ei⁹ ratio obtinet quoties secularis vniuersitas interdicit.

Tertio est notãdũ ppo,aut ciuib⁹ inter

interdictis, singularis populi, & ciuitatis personas interdictus cẽseri. quod satis aperte probat tex. in di. cap. si sententia. §. cum vero. cui opponitur tex. in. l. ciuibus. ff. de reb. dub. l. sicut. §. si qd. ff. quod cuiusque vniuers. nomi. cap. Romana. §. vlt. sup. ist. tit. quibus ex locis appa ret, ciues, & populum vniuersitatem, quandamq; personam fictam repræsentare, non veram. Igitur illa ficta persona, quæcunq; ea sit, interdicta est: non autem singulares vniuersitatis personæ. quod si dixeris, hoc procedere quo ad vnius corporis ficti repræsentationem: nõ tamen ex hoc sequi sub eo corpore minime contineri singulos ipsius vniuersitatis homines: atque ideo eos censeri interdictos: siquidem ciuitas nihil aliud est, quam ipsorum ciuium collectio: ipsosq; ciues ipsam ciuitatẽ, & vniuersitatem efficere: secundum Card. in capit. requisisti. de testam. tradit Bart. in. l. aut facta. §. vlt. ff. de pœnis. Ludou. Lusita. in dict. l. ciuibus. col. 6. probat tex. in. l. ciuitas. ff. si cert. pet. l. ciuitates. ff. quod cuiusq; vniu. nomi. l. omnibus ciuitatib⁹. ff. ad Trebelli. testis & ipse Cicero est de sõnio Scipionis. cætus, inquit, hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. idem pro Sestio. Cõuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominatæ sunt. Aristot. item lib. 3. Polit. cap. 1. dixit, ciuitatem esse ciuium multitudinẽ. Deducam inde, non posse subsistere eiusdem cap. si sententia. alterũ responsum. dum in. §. cæterum. constituit, interdicta ciuitate, locum ipsum, non ciues censeri interdictos, nisi eos, qui culpabiles sint. qua rarione est in hac controuersia notandum, ciuitatem, castrum, villam, aut oppidum proprie assumi pro ipso loco ex ratione materiæ subiectæ: quia interdictum ecclesiasticũ cadere, & decerni potest in locum ipsum prout materiæ quædam est cõtinens ędificia, & alia, quæ necessaria sunt ad hominum habitationem. sic & in eadem quæstione populus proprie nõ pro ipso loco, nec pro ficta persona, sed pro ipsis singulis loci habitatoribus in hac eadem parte assumitur. nam licet aliàs singuli de vniuersitate non faciant, nec constituãt vniuersitatem, nec quod competit vniuersitati competat omnibus vt singulis. l. sed si hac. §. q manumittitur. ff. de in ius vocando. cap. qui manumittitur. 12. q. 2. tamẽ ab hac propria vniuersitatis significatione receditur ratione propositæ, ac subiectæ materiæ: ne alioqui interdictum in vniuersitatem decretum inane sit, & absq; vllo effectu: quemadmodum asserit tex. in dict. cap. si sentẽtiam. §. cum vero. ex quo colligitur secũdum Franc. ibi, quod vbi pœnalis constitutio, aut dispositio proprie ĩtellecta inutilis foret, erunt verba illius improprie intelligenda. cuius tex. ad hoc ipsum meminêre Abb. in capi. pastoralis. 2. col. de appe. idem Abb. cons.

conſ.32.lib.2. & conſ.62.col.3.eo. li. idē Abb. in.ca.veniens. de cognat. ſpirituali. Corſet.in ſingula. dictione:verbum.nam interdictum latū in populū,aut in aliquam vniuerſitatem,ſi eſſet proprie intelligendū, vt perſonam fictam,& repræſentatam afficeret, profecto nullius foret effectus:idcirco deciſum eſt, cēſeri hoc interdictū ipſos ſingulos de vniuerſitate ligare. His accedit quod notāt Soci.& Luſita.in dict. l.ciuibus. tenētes legatum factum ciuibus nō acquiri reipublicæ, quoties reipublicæ legari non poterat, aut legatum ei nō conueniebat. ita ſane illud iuris cōſulti reſponſum ibi interpretantur ipſe Socinus & Ludo. Luſita.col.6.

Quarto hinc conſtat, interdicta ciuitate,villa, aut caſtro, ipſum locum, non eius ciues,aut habitatores interdictos cēſeri.quia ex ipſius actus conditione,quæ dictat, interdictum plerunque loco conuenire,& in eum decerni:non in perſonas,deducitur hoc in caſu ad locū, non ad eius incolas,eſſe referendū. notat Calder. in tract.de eccleſ.inter.fol.3.col.4.poſt glo. & Doctor per.tex ibi in dicto capitulo.ſi ſententia. §. cæterum. notant Cardi. Abb. & Doctor in capitulo. vlt. contra gloſſ. ibi.de exceſſ. prælat. idem docet Sylueſt.verbo interdictum.1.in principio.tradit Feli. in capit. Rodulphus.de reſcript.col.1. &.12.verſ.cæterum.& tamen interdicta ciuitate,interdicti cēſentur ci ues in ipſius interdicti cauſa culpabiles : quod idem Calderi. notat in dict.4.col.cui cæteri hanc materiam tractantes accedere videntur, authoritate tex.in dict.§. cæterum.

Quinto his addendum erit, interdicto clero, cenſeri interdictos nō tantū clericos ſeculares,ſed etiā, regioſos religioſas,& vere cōuerſos: ſecundū cōmunem in dict.c.ſi ſentētia.Calde. in dict.col.4.Flo. in.3. part.tit.26.cap.3.& Sylueſt.verb.interdictum,ſecundo.q.8.

Sexto hinc ipſe infero, quod interdicta cathedrali eccleſia,canonici ipſius nō cēſetur interdicti, adeo vt extra ipſam eccleſiā proſsint ipſi canonici,nō tantum vt ſinguli,ſed & vt collegium celebrare alta voce,& cum ſolēnitate:quem admodum eleganter notat Card.in cap. vlt.de exceſsib. prælat. cuius opinionem late probat Paulus Pariſius in conſ.27.lib.4.

Septimo patet ex iuris pontificii reſponſis,interdicta ciuitate, interdicta itidem cenſeri eius ſuburbia. tex.in cap.ſi ciuitas.iſt.tit. cuius deciſionis dubitatio ex eo deducitur, quod appellatione ciuitatis alicuius minime alioqui ſuburbia contineantur.l. nam quod liquide.§. ſi ita.ff.de penu legat.l.2. ff. de verborum ſignifica. ſiquidem ciuitas, caſtrum, villa, & oppidum proprie id ſignificant, quod ambitu murorum continetur. Idem præmittit tex.in dict.cap.ſi ciuitas. vbi Doct. cōmuniter hoc adnotarunt:

runt: & præter eos Abb. & Feli. in dict. cap. Rodulphus col. 1. ex quibus hæc distinctio colligitur: quod si mentio fiat alicuius ciuitatis nomine proprie, & substantiuo: veniant in eam appellationẽ suburbia, & continentia ædificia: vt Roma: Toletũ: Pintia, Hispalis, & his similia: si vero mentio fiat ciuitatis alicuius sub nomine appellatiuo, & adiectiuo in hunc modũ: vrbs Toletana: tũc tantum veniat quod murorũ ambitu clauditur. quæ differentia deducitur ex dict. l. 2. & l. vt Alphenus. ff. de verb. significat. dict. l. nam quod liquide. §. si ita. & hæc est cõmunis opinio, quam tenent Ioã. Andre. & Domi. in dict. cap. si ciuitas. Doct. post glo. Azonis. in dict. l. 2. & Felin. in dict. ca. Rodulphus. col. 1. duobus tamẽ additis, quod hęc distinctio in vltima parte minime procedat in vrbe Romana: quæ etiam his verbis nuncupata continentia ædificia, & suburbia comprehẽdit. glo. Accur. Bart. & alii in dicta. l. 2. maxime Bart. Cœpola. nume. 6. q. 1. itẽ quod in aliis ciuitatibus procedat prædicta cõmunis distinctio, quoties nomẽ appellatiuũ præcedit: si vero sequatur hoc sane modo: in Toletana vrbe: tunc etiam cõtinentia ædificia, & suburbia contineãtur argumento sumpto ex. l. si cõmunis seruus. ff. de stipulat. seruo. sic tenuerunt Azo. Rainerius. & Bart. in dict. l. 2. idem Bart. in. l. vxorẽ. §. legauerat. ff. de legat. 3. & in dict. l. si seruus cõmunis. & in. l. more maiorum. in fine. ff. de iurisdom. iud. tametsi Oldra. Diuus & Alberi. in dict. l. 2. ex Accursio ibidẽ, & Bal. in dict. ca. Rodulphus. col. penul. vtroq; casu velint cõtinentia ædificia, & suburbia comprehendi. atq; hæc solent latius tradi ad multa, quæ in specie contingere possunt in testamentis, & in contractibus, aliisq; iuris, & priuilegiorum, ac beneficiorũ principis dispositionibus. Ego tandem vt huius difficultatis in genere rationem exponam, & aperiam sensum dict. cap. si ciuitas. pauca hoc in loco subiiciã, quibus lector cognoscere valeat, vnde hæc disputatio habuerit originẽ, quęve sit tuti or via ad eius resolutionem.

Primum equidẽ, etiam si, authore Nonio Marcello, vrbs locum, & ædificia significet: ciuitas autẽ ipsorum ciuium collectionem. l. pupillus. §. vrbis. ff. de verbo. signi. l. 2. eodem titulo. Archid. in capitulo vrbes. 80. dist. adiunctis his, quæ de ciuitate paulo ante diximus: quandoque tamen ciuitas dicitur eo sensu, quo locus, & ædificia muris circundata significantur. tex. optimus in dicto capitul. si ciuitas. l. singularum. C. de ædific. priuat. l. 3. §. si quis. C. de natur. lib. Bartolus, & Cœpola in dicta. l. 2. quæs. 3. nume. 11.

Secundo adnotare libet, vrbis, aut ciuitatis appellatione his tantum appellatiuis nominibus expressis, id solũ contineri, quod murorum

rorum ambitu cingitur, ita quidē, vt continētia ædificia minime comprehendantur. probat hoc in dict. l.2. & in dict.c.si ciuitas. idq; communi omnium iudicio concessum est. & notat Petrus Crinitus lib. 4. de honesta disciplina cap.9. vbi & sequentē subiungit assertionem.

Tertium his adiicitur, quod Romæ appellatione, & sub hoc substantiuo, proprioq; nomine etiam suburbia, & continētia ædificia cōtineantur. ita sanè iurisconsultus asseuerat in dict.l.2. & in dict.l.vt Alphenus. ff. de verb.significat. dict. l. nam quod liquide. §. si ita. quo in loco idem probatur in eo casu: quo vrbis Romæ mentio fiat: quasi idē sit vrbs Romæ, quod Roma. & hoc itidem est apud omnes constitutissimum.

Quartū aduersus vulgo receptā sententiam pronunciamus, vrbis Romanæ appellatiōe, id tātū, quod muris cingitur contineri. qua de re authoritas est apertissima in dict.l. vt Alphenus. inquit enim Marcellus lib.5. Digestorū. vt Alphenus ait, vrbs est Romana quę muro cingeretur: Roma est etiā, qua continētia essent. sic Andre. Alciat. in dict. l.2. huic opinioni palàm consentit communem improbans.

Quintū hinc & illud cōstituam. maximum scilicet esse discrimen inter vrbem Romam, & alias vrbes. Roma etenim, & vrbs Roma continentibus ædificiis, ac suburbiis finitur, & circunscribitur: reliquæ verò vrbes muris tantum finiuntur. huius assertionis manifestissimus author est Paulus iurisconsultus in dict.l.nam quod liquide. §. si ita legetur. ff. de penu legat. his verbis. & quidem vrbes ferè omnes muro finiri, Romam continentibus. & vrbem Romā æque continētibus. Hæc iurisconsultus, qui plane probat, Romæ appellatione ob vsum cōmunem, & excellentiam suburbia, & continentia ædificia contineri: quod speciale esse in vrbis Romæ appellatione tenet Guilielm. de Cuneo in.l.1.§.cum vrbē. ff. de off.præ. quem Baldus refert in dict.cap.Rodulphus.num.8. & nihilominus probabilis est cōmunis opinio, quæ asserit idem esse in quacunq; alia vrbe, quæ tamen continentia ædificia, & suburbia habeat, quasi iurisconsultus in dict. §. si ita. velit, ac fētiat, vrbes reliquas nō habere continētia ædificia, nec suburbia, & ideo muris finiri: Romam autem & continentibus, ac suburbiis limitari: qa illa habeat. sic iuxta sensum istum ad facti, non ad iuris quæstionem respondet Paulus: & deinde asserit, fere omnes vrbes continentia ædificia non habere: quod ei non potuit ita certum, & cognitum fuisse, vt illud in vniuersum assereret. tandem Andre. Alciat. in dict.l.2. hac in parte cōmunē sequutus idem probat in cæteris vrbibus, quod de Roma à iurisconsultis traditum extat. quam ob rem sequētem proponimus cōclusionē.

Sextum deducitur ex proxime ad notatis, quod appellatione cuiuſlibet vrbis expreſſo nomine ſubſtantiuo, & proprio, etiam ſuburbia, & continentia ædificia continentur. vt quod de Roma diximus, & in aliis dictũ eſſe intelligamus. hoc enim cõmuni ſentẽtia receptũ eſt.

Septimo infertur, deniq; appellatiõe cuiuſq; vrbis nomine adiectiuo expreſſo, nõ cõtineri ſuburbia: ſed tãtũ id, quod muris cingiť tex. in dict. l. vt Alphenus. ff. de ver. ſig.

Octauo, mihi ſatis conſtat, nec aliud poteſt perſuaderi, nihil referre ad propoſitam quæſtionem, quod nomen appellatiuũ, vel proprium adiectiuũ præcedat, an ſequať. nec enim alium ſenſum habet hæc oratio: Toletana ciuitas, quam illa: ciuitas Toletana. ſiquidem non ita temere de humanis ingeniis, & iudiciis cenſendũ eſt, vt opinemur, poſſe cuiquam rem iſtam ſeriò, & mature conſideranti perſuaderi, ſub priori conceptione verborum contineri ſuburbia, & continentia ædificia: at non ita ſub poſteriori. Vana profecto ſunt, & nullius ponderis iſthæc interpretamenta: cum adiectiuum illud Toletana ſiue ſequatur, ſiue præcedat, ſubſtantiuo acceſſerit demõſtrationis loco. ſic & cõmunem opinionem in hoc Alciat. reprobat. in dict. l. 2. nõ obſtat tex. in. l. ſi communis ſeruus. quia inibi eſt admodum diſtincta ratio ex eo, quod nomina ſecundo loco poſita pertinere videantur ad demonſtrationem tantum: priori vero parte expreſſa cauſæ finali, & principali ſunt tribuẽda. Quam ob rem ibi multum refert, quod nomen præceſſerit, proprium, an aplatiuũ: nec de nomine adiectiuo in eo iuriſconſulti reſponſo tractatur. quod ſatis manifeſtum eſt,

Nono quidquid ſit de hac diſputatione, vere illud eſt tenẽdum, potiſsime conſiderandam eſſe ſubiectam materiam, ſtatum, & qualitatem, ac conditionem loquentis, vt inde valeamus liquido percipere, quæ fuerit eius mens: an intellexerit ſub ciuitate ſuburbia, & continẽtia ædificia, an tãtũ id, quod muris finitur, & cingitur. hæc enim reſolurio colligiť ex his, quæ Panor. & Feli. tradidêre in dict. c. Rodulphus. col. 1. & 2. Doct. in di. l. 2. vbi Barto. Cœpola. q. 2. tex. ad hoc ſingular. in dict. cap. ſi ciuitas.

Decimo ex his aperitur vera ratio ad deciſionẽ dict. c. ſi ciuitas. nã licet alioqui appellatione ciuitatis tãtum cõtineatur id, quod muris cingitur, nec veniant ſuburbia, & cõtinentia ædificia: tamen interdicta ciuitate, cenſentur & ſuburbia interdicta, ne interdicto eccleſiaſtico facillime fiat illuſio, quę cõtigeret, ſi interdicta ciuitate, poſſẽt diuina officia in ſuburbiis celebrari: quã rationem expreſsim explicat Romanus pontifex in dict. cap. ſi ciuitas. cui⁹ ad hoc meminêre Abb. & Feli. 2. col. in dict. cap. Rodulphus. Alex. in dicta. l. 2. ff. de. de verbor. ſigni-

signifi.Iason.in.l. fi.col. vlt.C . de succeſſ.edict.Abb.in.capitulo vlt. de præb.col.2.Socinus,& Ludoui. Lusita.in dict.l.ciuibus.ff. de reb. dub.7.&.8.colu.

Ex quibus patet verus intellect⁹ ad regiam.l.6.tit.33.part.7.quæ probat,appellatione ciuitatis suburbia cõtineri.nam licet lex illa velit,hoc esse regulare,nihilominus accipienda est eius respõsio in his casibus, quibus iure communi diximus,appellatione ciuitatis suburbia continetineri:ne alioqui existimemus per eã constitutionem tolli tot iurisconsultorum responsa.

Hinc etiam constat, qua ratione procedat quod Pa.& Feli.in dict. cap.Rodulphus.scripsere tenentes, in materia odiosa, & stricta appellatione ciuitatis suburbia non continetineri.hoc nempe à mente disponẽtis attenta subiecta materia deducitur:quasi aliud dicendum sit in fauorabili materia,vt tunc appellatione ciuitatis contineantur suburbia: imo & ipsius ciuitatis comitatus, & vici omnes eidem ciuitati respõdentes. Abb.Imola & Feli.in dict. cap.Rodulphus.Imola & Alex.in. l.si finita.§.ex hoc edicto . ff.de dã. infect.Imol. & idem Alex.in rub. ff.solut. matri.Soci.cons.86.lib.4. tex.optimus in.l.qui ex vico.ff. ad municipal.cui adde Bal.in.l.si in ali quam.ff. de off. proconsul.& legati.Bart.& ibi Cæpolam.num.20. in dict.l.2.glo.in cap. ego Ludouicus.63.dist.

¶Est tamen intelligenda responsio tex.in dict.capti.si ciuitas. vt interdicta ciuitate & suburbia interdicta censeantur,etiam si suburbia nõ sint subdita illi domino , cuius causa ciuitas interdicitur: etenim & in hoc casu militat ratio eadem, quæ in dict.cap.si ciuitas. expressa est. neq; ita licet ciuitas sit quoad iurisdictionẽ, & temporale dominiũ subiecta illi,cuius culpa interdi dictum decernitur: suburbia autẽ alteri: profectò & hæc suburbia interdicta erunt secundum Doct. in dict.cap.si ciuitas.Felin.in dict.ca. Rodulphus.col.2.post Calderi. de ecclesiast. interdict.2. mẽbro.vers. circa quod quæro . qui subdit idẽ esse, vbi in illa suburbia minime haberet iurisdictionẽ ecclesiasticã is, qui interdictum decreuit. Nam ex eadem ratione interdicta ciuitate suburbia erunt interdicta, quod est omnino notandum.

Quæ vero dicantur continentia ædificia, & suburbia, vt locus sit huic decisioni, quã de interdicto ecclesiastico Romanus pontifex cõstituit in dict.ca.si ciuitas.boni viri arbitrio discernendũ erit, q hoc ipsum ex situ loci, ex communi loquẽdi vsu,& ex aliis ęstimabit.glo. communiter recepta.in dicto capitul. si ciuitas.

¶Interdictũ ecclesiasticum,quod in locũ fertur, quandoq; generale est,quandoq; speciale.generale etenim dicitur,quoties regnum, prouincia,ciuitas,villa,aut castrum in-

terdicitur. ſpeciale autem quando in aliquam eccleſiam, aut parochiã nominatim decernitur: quẽadmodum probat tex. vbi notat Abb. in cap. cum in partibus. de verb. ſigni. Cald. in tract. de eccleſ. interdict. 2. membro. col. 5. Sylueſt. verb. interdictum. 1. q. 3. ad idem tex. in ca. cũ inter de conſuet. tradidere præter alios Nicola. Plouius in tract. de interdict. 1. col. Floren. 3. part. tit. 26. capitu. 2. Ioan. in ſumma confeſſ. lib. 3. tit. 33. q. 222. ex quibus infertur, ſpeciale, aut particulare interdictũ dici: cum omnes eccleſiæ alicuius ciuitatis interdicuntur: ita vt nihil interſit ſingulariter, an generaliter omnes eccleſiæ fuerint interdictæ. ſatis enim eſt, quod extra eccleſias in eodem loco poſsint diuina officia celebrari, vt interdictum non dicatur generale: ſicuti in ſpecie volunt Cald. in dict. 2. membro fol. 3. col. 1. Florẽt. in dict. cap. 2. §. 1. & Sylueſt. in dict. q. 3. quorum opinio communis eſt. imo dicetur optime interdictum generale, ſi fuerit populus interdictus, villa, ciuitas, vel oppidum: tametſi in ea ciuitate, villa, vel oppido vnica tantum ſit eccleſia: quod ipſe ex præcitatis authoribus præſertim Cald. adnotaui. hæc vero diſtinctio interdicti generalis ab ſpeciali, admodum vtilis eſt ad plura, quæ inferius in huius capitis examinatione ſunt ſingulatim explicanda pro eius perfectiori interpretatione.

His tandem, & aliis, quæ hoc in capite adnotabuntur, manifeſte deducitur, plurimum differre interdictũ ab excommunicatione maiori: quia excõmunicatio priuat cõmunione fidelium, tam interiori, quã exteriori. inrerdictũ autẽ ſolum priuat exteriori diuinorum officiorũ auditione, & celebratiõe, perceptione Sacramentorũ, & eccleſiaſtica ſepultura. quę quidem priuatio multis eſt modis limitata, vt deniq; minime noceat directe animæ: quẽ admodũ nocet excõmunicatio, quippe quæ damno ſpirituali eã afficiat. notat diſcrimen iſtud præter alios Ioan. in ſumma cõfeſſor. 3. lib. tit. 33. q. 220. ſic & excõmunicatio minor ab interdicto differt: cum illa non priuet auditione diuinorũ officiorũ. nec omnino illorũ celebratione, nec ſepultura eccleſiaſtica: iuxta tex. & ibi notata in cap. ſi celebrat. de cleri. excõ. miniſtr. decem autẽ in quibus conueniant interdictũ, & excõmunicatio: ac totidẽ, in quibus differant. tradit Iaco. à canibus in tract. de iniuriis in parte vltima: quorũ aliquot & Calde. tradiderat in tract. de eccleſ. interd. Feli. 2. col. 1. & 2. item glo. Panom. & doct. in cap. ad hæc. in vlti. de appellat. & Doct. in cap. is cui. §. vlt. iſt. ti. Anania in rub. de cleri. excõ. miniſt. nu. 11. Franc. in cap. 1. §. penult. ſupra eo.

Ex §. ſequenti.

1 *Ceſsatio à diuinis quod ſit: & an ſuſpendatur per appellationem ſequentem?*

2 *Irre-*

2 *Irregularis non est qui tempore cessationis à diuinis celebrat officia diuina:& num.3.*
3 *Irregularis ex quibus actibus quis efficiatur tempore interdicti.*
4 *Interdictum ecclesiasticũ an suspendi possit?*
5 *Interdictum ecclesiasticum, an possit ad cautelam remitti?*
6 *Quis possit interdictum, & cessationem à diuinis decernere?*
7 *Quæ sacramenta poterant ante constitutionẽ istam ministrari tempore interdicti? & inibi de infantibus decedentibus absque baptismo.*
8 *Oblati,& conuersi qualiter differant?*

§.Secundus.

INterdicto ecclesiastico admodũ simi
lis est & alia iuris pontificii censura, quæ cessatio à diuinis nuncupatur.ea vero est suspensio organorũ diuinæ laudis in aliquẽ locum decreta.quæ quidẽ dif
1 finitio colligitur ex.c.irrefragabili. §.cæterũ.de off.ordi.c. si canonici. c.quanuis.eo.tit.ist.lib.ca.dilectis. de appellat.Innocẽt.in dict.§.cæterũ.& ibi Fe.Fran.in dict.c. si canonici.Inno.& Præ.in.c.nõ estvobis. desponsali.4.col.Cal.de eccles.interd.fol.2.col.4.Abb.in dict.c. dilectis.Sylvest.ver.interdictũ.1.q.1. exquibus constat,cessationẽ à diuinis maxime differre ab interdicto. nam licet cessatio in aliquem locũ decernatur:attamen est quid facti, & tantũ inducit suspensionem dinorũ officiorum,nec reddit, aut efficit ipsum locum inrerdictum:interdictum autẽ ecclesiasticum est quid iuris:quod præcitati Doct.fatentur præsertim Panor. & alii in dict.capi.dilectis.glo.in pragmat. sanct.titu.de pignorant.cultum diuinum.verb.cessetur.

Ex quo infert Pan.in.ca.dilectis. proxime citato.col.pe. cessationẽ a diuinis per appellationem sequẽtem non suspendi: quia sit quid facti: interdictum autem ecclesiasticum per appellationẽ subsequutã suspendi.Hanc differentiam proba re videntur Doct.in dict.cap.dilectis . & Gonsalus à Villadiego de irregular.ca.de interdicto. ad finẽ. est tamen eorum opinio in hunc sensum accipienda, vt cessatio à diuinis post appellationẽ decreta minime sit nulla ipso iure:cum ad factum pertineat,& ideo effectũ habeat:siquidem non obstante appellatione nihilominus à diuinis cessatur.interdictum autem, cum ad iuris effectus spectet , nullũ est ipso iure,si post appellationem decretũ fuerit.nec enim potuit Pa. adnotare quod interdictum per appellationẽ sequentẽ suspendatur: est etenim in contrariũ expressa decisio in.c.ad hæc.in vlt.de appell . & in ca.is cui.§.vlt,sup.ist.tit . & tamen ego non omnino probarem hanc differentiam inter cessationem à diuinis,& interdictum.nam & si videã,facta nõ posse infecta fieri quo ad factũ ipsum : & ideo cessationẽ à diuinis post appellationẽ exequutioni traditam iã induxisse suspẽsio

nẽ illam organorũ diuinorum: tamen quo ad iuris effectus ceſſatio à diuinis per appellationẽ præcedẽ tẽ inanis eſt: ſi quos ipa iuris effect⁹ habet: quod ſtatĩ tractabit. ſic & in interdicto, imo & in excõmunicatione idem erit: quia in his, quæ ad factũ pertinent, ſi exequutio cõtingat, effectũ habent poſt appellationem hæ cenſuræ latæ: in his verò, quæ ad iuris effect⁹ referri poſſunt inanes ſunt, & nullæ. Igitur hęc erit vera differentia, quod ceſſatio à diuinis nullum, vel paucos inducit iuris effectus: interdictum autem ali quot: excommunicatio plures. atq; ita eſt intelligendum quod cõmuni omniũ iudicio poſt Pan. & alios de ceſſatiõe à diuinis ſolet adnotari.

¶Secundo ex præmiſſa differẽtia pleriſq; viſum eſt, non ita irregularẽ eſſe celebrantem tẽpore ceſſationis à diuinis, ſicuti tempore interdicti eccleſiaſtici. Ad cui⁹ opinionis intellectũ erit examinandũ, quam pœnam iura põtificia ſtatuerint cõtra violantes eccleſiaſticum interdictũ: & profectò licèt ante interdicti eccleſiaſtici violationẽ per ipſius interdicti vim, & effectũ nemo ſit priuatus, nec ſuſpenſus à iuriſdictione, etiã eccleſiaſtica: eo tñ ipſo, quod interdictũ infregerit omnimoda iuriſdictiõis eccleſiaſticæ poteſtate priuat̃: probat tex. ſingul. vt inibi notãt Panor. Anch. Raue. & alii in. c. vlt. de exceſ. prælat. eſt etenim hic ſuſpẽſus ipſo iure ab officio. c. 1. de re iudicat. & c. 1. hoc. tit. ſupra iſt. li. & idcirco ex conſequẽti, ac deniq; à iuriſdictione ratione beneficii, vel officii cõpetentis. glo. Abb. & cõmuniter omnes in dict. c. vlt. glo. Pan. & Card. poſt alios in ca. cum dilectus. de conſuetud. verbo. à ſuſpenſis. quod adeo verũ eſt, vt procedat etiam in eo, qui per dictionem taxatiuam tantũ ab officio fuerit ſuſpenſus: cõpetit enim iuriſdictio epiſcopo ratione ordinis poſt eius aſſequutionẽ: atque ideo ſi ſit ſuſpenſus ab officio, erit hoc ipſo iuriſdictionis vſu priuatus: idem notant Card. in dict. cap. vlti. col. 2. Imola. in dict. capi. cum dilectus col. penul. quorũ opinio communis eſt, vt fatentur Abb. in cap. ſi celebrat. col. vlt. de cleri. excõ. miniſtra. contra glo. ibi. & Sylueſt. verb. ſuſpenſio. q. 5. tametſi regia. l. 17. titulo. 9. part. 1. probet, ſuſpenſum ab officio non cenſeri ſuſpenſum à iuriſdictione. Quæ quidem lex voluit quorundam veterem ſententiam probare, qui tenuẽrunt, epiſcopum ſuſpenſum ab officio, non eſſe ſuſpenſum à iuriſdictione. & tamen à communi opinione deducitur, quod ſuſpenſus ab officio non poteſt eligere: quia ius eligendi nõ tantũ cõpetit ratione beneficii, ſed & officii: à quo ſuſpẽſus eſt: quod ĩ ſpecie tenẽt Abb. in dict. c. cũ dilectus. col. 8. & alii, quorũ opinionẽ aſſerit cõmunẽ eſſe Fe. in. c. Apoſtolicæ de exceptioni. nu. 16. contra glo. in cap. preſbyterum. 28. diſt. hoc verò in loco mini

me

me tractabimus, an ſuſpenſus ab officio ſit etiam à beneficio itidem ſuſpenſus: obiter enim quo ad pœnam iſtam iure ſtatutam aduerſus non ſeruantem interdictum eccleſiaſticũ hãc concluſionẽ attigimus.

Eſt item is, qui interdictũ eccleſiaſticum nõ ſeruat irregularis ſicuti cõſtat ex dict ca. 1. de re iud. ca. 1. ſupra. iſt. tit. & cap. is qui. §. vlt. eo. tit. in quibus ratio expreſsim ea traditur, quod propter interdictũ decreta eſt ad tempus, vel in locũ ſuſpenſio cap. is cui. ſup. eo. ſuſpenſus autem celebrans officia diuina irregularis eſt eo quidem modo, vt niſi per Romani diſpẽſationem põtificis non poſsit diuina officia deíde celebrare. Sic deniq; iure, & cõmuni omniũ ſententia receptũ eſt, hãc eſſe præcipuam pœnam aduerſus illum ſtatutam, qui eccleſiaſtici interdicti cenſuram infringere nõ verebitur.

¶Cæterum, ne quis exiſtimet per quencunq; actum irregularitatẽ à ſuſpenſo, vel interdicto cõtrahi, eſt obſeruandum, hoc vitiũ irregularitatis non aliter ſuſpenſum afficere,
3 quam ſi is egerit actum competentem alicui ordini, quem is habet, & à cuius vſus exercitio ſuſpenſus eſt: & idem erit in quæſtione, quam tractamus: nempe quo ad interdicti violationem: quod notant Innocent. & doct. in capitulo vlt. de exceſſ. prælat. Carderi. de eccleſ. interdictis. membro. 6. idem Innocent. in capitul. 1. ſup. de ſentẽtia excommunicatio. Ioannes in ſumma confeſſ. 3. lib. titu. 33. q. 25. Henri. in cap. vlt. de cleri. excom. miniſtr. Nicolaus Plouius in tract. de interdict. reg. 29. & in tract. de irregulari. reg. 45. & ſequentibus. Sylueſt. verb. interdictum. 5. q. 4. Florent. 3. part. titul. 26. capitu. quarto. glo. in verb. præſumpſerit. & ibi Ioan. Andre. Card. Ancha. & Abb. in capit. 2. de cleri. exco. mi. Abb. in capit. illud. vbi. glo. verb. officia. eo. ti. Gõſalus à Villadiego de irregularit. c. 2. quorum opinio cõmunis eſt: cui ſuffragatur tex. in capit. is cui. ibi. in ſuo officio. & in ca. is qui. §. vlt. ibi. celebrat. ſupra iſt. tit. qua ratione, vt multa miſſa faciamus, quæ in ſpecie ad exẽpla poterant adduci, quoties tractabitur, an quis ſit irregularis propter diuini officii celebrationem: ſemper eſt aduertendum, an actus, quem fecerit, conueniat, & proprius ſit alicuius ordinis eccleſiaſtici: & an ſuſpẽſio circa illius ordinis vſum contigerit: alioqui nõ poterit cõgruè cenſeri quis irregularis, quod maxime vtile videbitur cuilibet materiam iſtã tractaturo.

Hæc autem irregularitas tunc locum obtinet, cum quis non ſeruat interdictum generale, quod in eccleſia matrice ſeruatur. tex. in. clẽ. 1. iſt. tit. is etenim, qui celebrauerit tẽpore interdicti generalis, quod in ipſa matrice eccleſia minime ſeruatur, irregularis non eſt: vt notat Frederi. conſ. 231. quod ſi ab ipſa matrice eccleſia non poſsit adſumi inter

dicti cognitio, necessaria erit eius publica denunciatio, vt irregularis si qui eo tempore celebrauerit: sicuti deducitur excõstitutione. ad euitanda scandala. cuius in priori huius relectionis parte mentionem fecimus. olim vero ante denunciationem publicam tenebatur interdictum seruare speciale qui eius scientiam haberet, modo posset absque scandalo abstinere à celebratione. glo. in cle. 2. verb. publice. ist. tit. notant in specie Archidiaco. Ioan. Andre. Francus & alii in cap. is qui. §. vlt. sup. eo. tit. quo in loco glo. cõmuniter recepta scribit, excusari ab irregularitate celebrantem officia diuina tempore interdicti, si habuerit iustam eius ignorãtiam. tex. optimus in cap. Apostolicæ. de cleri. excom. ministr.

Potest præterea violans interdictum ecclesiasticum puniri pœna perpetuæ depositionis ab officio capit. latores. cap. cleri. de cleri. excõ. mi. & beneficii ecclesiastici priuatione. cap. postulastis. §. vlt. eo. ti. de cleri. exco. ministr. vbi. Doct. hoc ipsum ex ea decisione colligunt.

¶ Ad quæstionem igitur ex opinione, quæ cõmuniori authorum iudicio recepta videt, respõdemus, celebrantẽ diuina officia tempore cessationis, etiã generalis, & ab eo decretæ, qui poterat interdicti sententiam pronunciare, non esse irregularẽ: quod iure defendere, ac probare conantur Antoni. Abb. Imol. Præpo. & Francus. 3. col. in cap. dilectis. de appellat. Bonifac. in clem. prim. col. pe de sent. excommunication. Sylvest. verb. interdictum, primo. §. 1. & idem verb. cessatio. §. vlt. glo. in pragmat. sanct. tit. de pignorant. cultum diuinum, verbo. cessetur. Innocent. in capitu. irrefragabili. col. vlt. de off. ordinar. & in dict. capitu. dilectis. col. 2. quibus suffragatur tex. in capitul. is qui. in princip. sup. eo. vbi expressim cautum extat, non esse quenquam irregularem cẽsendum, nisi in casibus iure ipso pontificio in specie statutis: qualis hic de celebrante cessationis tempore non debet censeri. sic sane gloss. in capitu. si canonici. de off. ord. ist. lib. quæ. 3. est ac communiter probata, asseuerans non esse irregularem celebrantem tempore cessationis particularis, erit extendenda ad generalem cessationem: vt tandem nec irregularis sit qui eius tempore celebrauerit. quam opinionem in cessatione generali ab eo decreta, qui poterat interdicere, sequitur Paluda. in quarto sent. dist. 18. q. octaua art. 3. vers. 4.

Contrariũ in hac principali quæstione verius esse cõtendũt, quo ad cessationem generalem ab eo indictã, qui poterat interdicere, Cald. de eccles. interdict. fol. 2. col. 4. Anchar. & Franc. in dict. ca. si canonici. post Ioan. Andre. ibi & Innocẽt. in ca. nõ est vobis. de spõsalib. vbi idem tenet Præp. 4. col. Felin. in dict. capit. irrefragabili. §. cæterum. Gonsalus à Villadiego in tract. de

irregul.

irregul. cap. de interdicto. col. vlt. Florenti. 3. part. tit. 26. capit. 3. col. 2. quorum sententia potissimam authoritatẽ habet à Clem. 1. de sent. ex co. vbi cessatio generalis, interdicto quo ad eius obseruationẽ, & violationẽ cõparatur. Palud. in dict. art. 3. existimat, hanc opinionem procedere in cessatione generali decreta à capitulis cathedraliũ ecclesiarũ: quasi illa constitutio minimè obtineat in cessationibus prælatorum, quæ interdicta nõ sint, quo ad pœnam excõmunicationis ibidem statutã. quod mihi nõ placet: arbitror enim eã constitutionẽ etiam admittendam fore contra religiosos non seruantes cessationẽ à diuinis generaliter indictam à prælatis, iudicibúsve delegatis authoritatẽ ad id habentibus. Et tamen quo ad irregularitatẽ prior opinio magis cõmunis est, benignior quidẽ, & quę in disputatione defẽdi optime possit: posterior aũt fortasis verior, si consideremus mentẽ Canonũ prohibentiũ censuræ ecclesiasticę violationẽ: maxime eo casu, quo celebrauerit quis diuina officia publice, ianuis apertis, tẽpore cessationis generalis. quod magna qdẽ cura cauendũ est, nec temere hac in controuersia iudicandum propter plura, quæ imminent contracta irrgularitate pericula. Nã & in dict. cle. 1. generalis cessatio à diuinis non in vniuersum, sed quo ad pœnam illã excommunicationis generali æquipollet interdicto.

¶ Quæritur tamen, an interdicti ecclesiastici censura suspendi possit, ne interim celebrãs iudicãd⁹ sit irregularis? & de interdicto lato, & decreto in locum, receptũ est suspẽ
4 di ad tẽpus posse per eum, qui id decreuit. glo. Ioan. Andre. Anto. Card. Imol. Franc. & Deci. in capi. ad hęc. in vltimo. de appellat. & est cõmunis opinio authore Decio. ac mihi verior videtur, licet Abb. ibi quosdam veteres sequutus contrarium probauerit. Cõmunis equidẽ sententia maximã rationẽ habet ex eo, quod censuræ ecclesiasticę regulariter ligant ad nutũ, & volũtatẽ iudicis eas decernentis. cap. veniẽs. in. 2. de testib. c. significasti. de eo, qui duxit in matri. nos itẽ priori huius relectionis parte tractauimus, dũ de absolutione ab excõmunicatione tradidimus. cõstat etiam cõmunis opinio authoritate tex. in cap. dilectis. de appellat. §. quia vero. Nec video congruam rationẽ, ex qua possit euerti communis sententia: quanuis Deci. maluerit opinionem Abb. defendere. Imo ipse censeo, posse ad tempus suspendi interdictum in personam ob eius propriam culpam latum: tametsi Abb. in dict. capitu. ad hęc. & in. c. vt priuilegia. de preuileg. quadam leui ratione contrarium, saltem in hoc casu, censeat. Nam licet interdictus adhuc in crimine, & contumacia perseueret, vel de ea satisfecerit, multa possunt accidere, quæ iustissime valeant iudicem

inducere ad ſuſpenſionem iſtam interdicti temporariam conſtituendam potius, quam ſimplicem eius relaxationem, vel obſeruationem. Sic deniq; rationem Abb. Deci. reprobat in dict. cap. ad hæc. quæ notanda ſunt ad intellectum gloſſ. in cap. præſenti. ſupra iſt. tit. quæ aſſeuerant, eccleſiaſticum interdictũ ſuſpendi poſſe ad tempus certum. item ad glo. in dict. cap. ad hæc. de appellat. quæ voluit, ſolum Romanum pontificem poſſe permittere, & priuilegium concedere, vt in loco interdicto celebretur: ita quidem quod epiſcop⁹ minimè poterit in hoc diſpenſare, vt liceat tempore interdicti celebrare. hanc ſane opinionẽ ſequitur Philippus Francus in dict. ca. ad hæc. vlt. q. & ſenſim idem tenuerũt Doct. ibi. quorum opinio vera eſt in hoc ſenſu, quod epiſcopus non poſsit permittere alicui diuini officii celebrationem in loco ab alio interdicto: poterit tamen hanc permiſsionem cõcedere vbi à ſe ipſo, aut eius authoritate fuerit interdictum decretũ. Etenim ſi epiſcopus ſuſpendere ad tempus poteſt interdictum à ſe latum, vt modo dicebam, eadem ratione etiam poterit permittere vt tempore interdicti poſsit diuinũ officium celebrari: modò hanc permiſsionem ex cauſa epiſcopus concedat, & ad tẽpus, ne videatur priuilegium dare aduerſus ius cõmune celebrandi tempore interdicti.

¶Præter hæc, licet interdictum eccleſiaſticum non poſsit ad cautelã remitti, ac diſſolui cap. præſenti iſt. tit. quod de interdicto generali tractat. Nam ſpeciale interdictũ bene poteſt ad cautelã laxari, ſecũdũ gl. & commu. ibi. Feli. in cap. Apoſtolicæ. num. 3. de exceptio. Nicola. Milis in repertorio verb. interdictum. Calderi. de eccleſiaſt. interdic. pagina. 8. Rotam in nouis. 436. qui oẽs expreſsim tractauêre de interdicto particulari decreto in aliquam eccleſiam, vel locũ. Atq; ita obtinuit vſus Romanæ curiæ vt Felinus teſtatur. pręſertim quia in ſpeciali interdicto nequaquã obtinet huius capitis moderatio in diuinis celebrandis: vt ſtatim explicabitur attamen generale interdictũ poteſt, ac debet ſimpliciter remitti, & diſſolui ad exemplum ſimplicis abſolutionis, quæ datur ab excõmunicatione, præſtita prius cautione iuxta formam tex. in cap. cum contingat. de off. delegat. & cap. 2. ſup. iſt. tit. quod in ſpecie notat Rota in antiquis. 77. & 435. facit ad idẽ tex. in cap. qua fronte. de appellat. idẽ probat Marti. Azpilcueta in cap. cũ contingat. de reſcript. 7. remedio. & licet Felin. in dict. cap. Apoſtolicæ. referat prędictas deciſiones ad interdictum ſpeciale, ipſæ tamẽ de generali loquuntur.

¶Hanc verò interdicti eccleſiaſtici cenſuram decernere poterit quilibet iudex eccleſiaſticus, cui competit ius cenſuram eccleſiaſticã decernendi: cum appellatione cẽſurę eccle-

ecclesiasticæ etiam interdictum cõ tineatur.capitulo,quærenti.de ver. significat.sed in specie in iudice or dinario est tex.in capitu.cum ab ec clesiarum prælatis de off. ordina. capitul. cum & plantare.§.1.de pri uileg.capitu.episcoporum.eo.titu. ist.lib.capitu.cum inter. de consue tud.capit.transmissam. de electio. cap.auditis.de præscript. in delega to.tex.in capitu.sane.in.2. de offic. delegat.in subdelegato.cap.ex literis.eo.titu.notant vbiq; Doct.Ho sti.& alii in capitu.quæsiuit.de his quæ fiunt à maiori.part.capit.Calderi.in tract. de eccles. interdict.3. membro.Sylvest. verb.interdictũ tertia quæs.3.Florent.3.part.titu.26. capitu.2.§.vlti.Ioan. in summa cõfess.lib.3.titu.33. quæs.228. de cessatione à diuinis hi Doct. tradidêre, posse eam decerni ab episcopo,& prælatis habentibus ordinariam ec clesiasticam iurisdictionem:& præterea à canonicis,ac capitulo cathedralis ecclesiæ,si hoc ius priuilegio, aut consuetudine acquisierint:modò seruent in ea decernenda formã traditam in capitul. si canonici. de off.ord.ist.libro. & in capitul. quanuis eodem titu.capitu.irrefragabili.§.cæterum. eiusdem titu. in Decretalibus.notant Card.in cle.1. ist.titu.§.vlti.qui in.§.quod etiam. per tex.ibi scribit, posse concilium prouinciale, & episcopale cessationem à diuinis indicere. idem in dict.clem.1.numero.48.notat Bonifacius.

Ex quibus deducitur, episcopũ posse iure ordinario cessationem à diuinis in aliquem locum decerne re,prout ea ab interdicto ecclesiasti co distinguitur.Hoc etenim cõstat ex cõmuni omnium resolutione: nec contrarium voluit Paluda. in 4.sent.dist.18. q.8.art.3. conclus.4. imò hoc ipsum sensit: tametsi quidam aliud ex eo adnotauerint asserentes,cessationes prælatorum esse proprie, & vere interdicta: quod ipse probarẽ vbi sumus in dubio, an prælatus voluerit indicere cessationem à diuinis, vel interdictum: alioqui vbi esset manifesta episcopi mens,dubio procul cessatio à diuinis seruanda foret in modum veræ, ac propriæ cessationis à diuinis. dequa paulò post disputabitur.

¶Verùm quo apertius intelligamus,quid hæc constitutio nouo iure induxerit circa diuinorum officiorum celebrationem tempore interdicti ecclesiastici peragẽdam: oportet hic memoria repetere quæ fuerint olim hoc tẽpore permissa: & glo.hic ver.Sacramẽtis. aliquot 7 veterũ constitutionum meminit, quæ sacramenta quædam tempore interdicti ministrari permittebant in primis etenim Baptisma paruulorum permissum erat. capitul. non est vobis. de sponsalib. nam de adultis Baptizandis poterat maxima ratione dubitari.siquidẽ pueri nondũ habẽtes rationis vsũ mini me iustificantur à peccato originali

per

per fidem parentum, aut votū ipsorum quidem parentum, etiam si admodum cupientibus his, & exoptantibus, ac procurātibus filiorū baptisma, filii decesserint absq; hoc sacramento, quia non poterit eis ministrari, ob aliquam causam: nēpe quod aquæ copia ad baptismū necessariæ defuerit. Hæc sane conclusio palàm probatur ab Augustino in lib. de fide ad Petrum. cap. firmissime. de consecrat. dist. 4. & à diuo Thoma. 3. parte. q. 68. art. 2. & arti. 11. quibus in locis manifeste asseuerat, votum baptismi ad salutem sufficere, modo id habeat ipse baptizandus vsum habens rationis: & infantes nequaquam posse in vtero matris baptizari. idem probat tex. elegans in cap. non vt apponeres. de baptismo. tametsi Caietanus audacter profectò super Thomam in in dict. art. 2. & 11. probabile censeat, sufficere ad salutem paruulorum, parentum fidem, & votum præcipue cum aliquo exteriori signo. Cuius sententia post legis euāgelicæ promulgationem periculosa est, & omnino improbāda: eamque falsam esse ostendit eruditissimè Domini. à Soto lib. 2. de natura, & gratia. capit. 10. Andre. item à Vega in defensione concilii Tridētini lib. 5. cap. 16. & idem lib. 15. cap. 3. & veluti errorem manifestum inter eiusdem Caietani errores commemorat Ambrosius Catharinus lib. 5. aduersus Caiet. eandem sentētiā improbare videtur Diuus Augustinus in epistola. 28. ad Hieronymum. idem Augusti. de baptismo paruulorum cap. nulla præter. de consecrat. dist. 4. & Ioannes Papa. 30. q. 1. cap. ad limina. hoc ipsum & Florentina Synodus de sacramentis ad Armenios insinuat. idcirco ne paruuli beatitudine illa supernaturali, & diuina visione priuarētur, si absq; baptismo decederent, iustissimum fuit, quod tēpore interdicti baptisma, paruulis ministrari posset. At in adultis ratio nō est ita par, cum ad salutem adultorum sufficiat ipsius baptismi votum, si non possit vere, & re eis ministrari: quemadmodum catholica docet ecclesia in concilio Tridētino sessione. 6. cap. 4. & cap. 6. notant Magister sent. dist. 4. in. 4. lib. Thomas & alii ibidem idem Thomas in dict. q. 68. art. 2. idem pluribus authoritatibus probat Domini. à Soto in dict. lib. 2. de natura & grat. cap. 12. Nihilominus in prçsenti quæstione dicēdum est, tempore interdicti generalis potuisse olim, & posse nunc baptismi sacramentū ministrari paruulis, & adultis. Nec enim sancta mater ecclesia tātum respexit ad præcisam necessitatem consequendæ salutis ex hoc sacramento: nam ea ratione solū permisisset, illud dari paruulis existentibus in periculo mortis: sed & maximam vtilitatem, quæ Christi fidem, & religionem professuris accedit ex hoc sacramēto reipsa susceptō: atq; ideo tempore interdicti

dicti voluit, etiam adultis ministrari baptismi sacramentum cap. quoniam. sup. ist. ti. item tempore interdicti pœnitentiæ sacramentum, & eucharistiæ dãtur existentibus in mortis articulo. cap. quod in te. de pœnit. & remiss. dict. capi. non est. capit. permittimus extra isto titul. idem de confirmationis sacramento, probatur in cap. responso extra ist. tit. & in dict. cap. quoniam. quo in loco decisum est, quod eadẽ ratione Chrisma confici poterit tempore interdicti in die Iouis sancti. hæc tamen confectio debet fieri, & celebrari ianuis clausis, interdictis, & excommunicatis exclusis: vt notant Archid. & Doct. cõmuniter in dict. cap. quoniam. Angel. verb. interdictum. 6. q. 28. tametsi eucharistia baptisma, & cõfirmatio ministrari possint publice cũ solẽnitatibus cõsuetis: sicuti explicãt Calde. de eccles. interd. fol. 11. Sylvest. ver. interdictũ. 5. q. 7. Gõsalus à Villadiego de irregularit. cap. de interdicto Extremæ vero vnctionis sacramẽtum ministrari non poterat tempore interdicti, etiam existentibus in periculo mortis, aut statim verisimili cõiectura vita decessuris, etiã clericis secundum Ioannẽ Andre. Card. Abb. & Doct. in dict. capit. quod in te. Calderi. de eccles. interdict. fol. 12. col. 3. cauendum tamen est à Card. in dict. capit. quod in te qui falso censet, extremam vnctionem esse iure positiuo humano institutam. quæ quidem opinio falsissima est, & hæretica: cum iuxta catholicas assertiones iure diuino fuerit instituta Iaco. quinto. Tradunt aduersus Lutherum catholici doctores ea ratione, quod Iacobus apostolus hoc Sacramentum ab ipso Christo institutum promulgauerit: hoc etenim ostendũt aliis rationibus, & authoritatibus contra Magistrum sentent. in quarto. dist. 33. ibi Theologi fere omnes. Ioannes Ekius in enchiridio capitul. 12. Alfonsus à Castro aduersus hæreses. verb. vnctionis extremę Sacramentum. & alii, qui nostra æta te impia Lutheri dogmata euertere diligenter conati sunt. Est etenim extrema vnctio Sacramentum nouæ legis. capitu. ad abolendam. de hæret. & in concilio Florẽtino sub Eugenio quarto. sed sacramẽta nouæ legis nõ potuerunt ab alio quã à Christo Iesu institui: quod receptissimum est. consequitur igitur, & hoc sacramentum vnctionis extremæ nõ ab Apostolis, sed ad ipso Christo Iesu institutũ fuisse. quod sacramentũ istud tẽpore interdicti nõ possit ministrari, etiã clericis, probat optime tex. ĩ di. c. quod ĩ te.

Præter hæc olim etiam tempore interdicti recipientibus signum crucis, & peregrinis poterant ministrari Sacramenta pœnitentiæ, & eucharistiæ. dict. ca. quod in te. in fine. quod obtinet in his personis, quãuis nec proficiscantur, nec sint in mortis periculo constitutæ: secũdum Abb. & alios ibi contra glo.

sed

Sed & olim tempore interdicti poterant clerici in conuentualibus ecclesiis bini, vel tres excommunicatis, & interdictis exclusis, ianuis clausis horas canonicas legere, nõ cantare: sicuti permissum est in di. cap. quod in te. Nec hoc mirũ erit: siquidẽ adhuc extra ecclesiam clerici soli, aut bini horas canonicas dicere poterant, modo non audirentur à prohibitis audire: sicuti notãt Hosti. in dict. quod in te. Nicolaus Plouius in tract. de interdicto regula. 31. & Sylues. verb. interdictũ. 5. q. 5. qui hoc deducit ex mẽte Calderini. in tract. de eccles. interdict. folio. 10. col. 1. qui consulit, & admonet, quod hoc non fiat extra ecclesiam: ne audiantur horæ canonicæ à laicis.

Clericis etiã decedentibus, qui interdictum seruauerunt, cõcessum est, vt, absq; cãpanarum pulsatione cessantibus solennitatibus cum silentio in cœmiterio ecclesiæ sepeliantur. tex. est ad hoc in dict. capi. quod in te. §. licet. id vero ita intelligendum, est, vt procedat in generali interdicto, vel in speciali quo ad clericos illius ecclesiæ: nam clerici alterius ecclesiæ nõ possent hoc modo sepeliri in cœmiterio ecclesię, quæ speciliter fuerit interdicta: notat Panor. in dict. ca. quod in te. col. 2. idẽ Sylues. verb. interdictũ. 5. ad finem. quo in loco hanc opinionem Panor. veram esse censet, quoties reliquæ ecclesiæ liberæ forent ab interdicto: cum enim in illis possent clerici aliarum ecclesiarum sepeliri, nõ patitur ratio, quod hi sepeliantur in ecclesia speciali affecta interdicto. sed si reliquæ ecclesiæ forent interdictæ, tunc nõ esset locus opinioni Panormit. imò possent clerici aliarum ecclesiarũ sepeliri in ecclesia specialiter interdicta. Quod parum refert, quia etsi reliquæ ecclesiæ fuerint interdictæ, intra easdem poterunt ipsarum clerici sepeliri: atq; ideo nusquam fere poterit contingere quod Sylues. ad quæstionem istam præmisit.

Matrimonii autẽ sacramentum quo ad eius contractum simplicẽ prohibitum non est tempore, nec in loco interdicto: quamuis solennitas benedictionum vetita sit, cũ ad diuina pertineat officia secũdũ communem, quam optimè tractat, & explicat Calderi. de eccles. interd. folio. 12. col. 2. imò licet prohibitum foret matrimonium, nihilominus teneret non obstante prohibitione ista contractum: quemadmodum constat ex his, quæ in epitome ad quartum decretalium adnotauimus. 2. part. cap. 6. num. 6. notat in specie, glo. in hoc cap. verbo. sacramentis. cuius sententia falsissima est, nec potest defendi absq; hæresis labe dum asseuerat, matrimoniũ, licet sacramentũ sit, nõ conferre gratiam sicut alia sacramẽta: de quo etiam latius egimus in dic. 2. part. capitulo. 1. §. vnico. numero. secundo & tertio.

Hæc vero sacramenta, quę tẽpore

inter

interdicti,& in loco interdicto per missa olim fuere, poterunt ministrari,& possunt in ecclesia, etiam specialiter interdicta: sicuti visum est Cald.de eccles.interdict.2. mẽbro.Fol.3.col.1.& Syluestro verb. interdictum.5.q.7.Florent.3.parte. tit.26.cap.3.& est communis opinio tametsi honestum sit alibi ea celebrari, si commode id fieri possit: quod præcitati authores fatentur.

Poterant & ante istam constitutionẽ monachi prædicatores, & minores in loco interdicto missarũ solennia celebrare super altare viati cũ ianuis clausis,excommunicatis, & interdictis exclusis,voce submissa.cap.in his.de priuileg. idem & episcopis permissum fuit.ca.quod nonnullis.eo.tit.quibus ob dignitatis authoritatem concessum præterea est,quod possint alicui sacerdoti hanc cõmittere celebrationẽ, vt ipsi audiant missarum solenne sacrificium.ca.vlt.de priuileg. hoc libro.non tamen obtinet hoc episcoporum,& monachorum priuilegium vim in ecclesia speciali supposita interdicto:secundum communem sententiam aduersus Hosti.in cap.quæsiuit.de his quæ fiũt à maio.parte.capit. & Syluestrum virbo.interdictum.5. quæstione.5. quibus omnibus adde.l.15. & .16. tit.9.part. prima.

Est & tẽplariis priuilegio cõcessum, vt si ad ecclesiã accesserint interdictam non nisi semel in anno ad ecclesiasticum officium admittantur nec tunc ibi sepeliantur corpora defunctorum.textus.in capitulo.cum & plantare. §. quod si templarii. de priuileg.& in. capitulo.vt priuilegia.§.illud. eo. titulo.vbi priuilegium istud explicatur,vt intelligatur de templariis,& hospitalariis,qui mittuntur per villas, & ciuitates ad eleemosynam colligendam,aut accipiẽdas fraternitates.Nam & his quidẽ religiosis permissum est, quod in qualibet ciuitate,villa,aut castro vna tantũ ecclesia cõstituatur,in qua diuina officia celebrentur excõmunicatis,& specialiter interdictis exclusis semel in anno,ob eorum iucundũ aduentum,etiam publice apertis ianuis alta voce,& admisso populo generaliter interdicto,vt secundũ Inno.& alios in dict.cap.vt priuilegia ff. Palud.in quarto.senten. distin.18. quæstione octaua.articulo. 13.Sic deniq; & eodem priuilegio hi templarii obtinuere,vt qui eorũ fuerint fraternitati adscripti possint tempore interdicti in ecclesia sepeliri. quod in eodem capitu. vt priuilegia. expressum est. ita tamen est accipiendum, quod huic religioni oblati si decesserint non electa sepultura,vel ea quidem electa eo in loco,qui iure ipso nõ electa sepultura,est cuiusq; mortui sepulchro destinat9, sepeliantur sane in ecclesia, cui corp9 illud pertinet, ac competit, etiã si ea interdicta sit. At si ab his oblatis electa fuerit ad

sepul-

sepulchrum ecclesia,cui secluſa ele ctione iure pontificio minimè cor pus illud competebat,& ea sit in terdicta,non sunt admittendi ad ecclesiasticam sepulturam per eos electam.quod ex vero sensu eiusdē capitis deducere videntur Hostiensis.Panor.& alii in dict.cap. vt priuilegia.& Syluest.verb. interdictum.5.q.8.oblati verò dicūtur ad huius priuilegii vsum qui non tantum propria bona,sed se ipsos dederint monasterio: quemadmodum glo.explicat verb. tribus denariis. & ibi Abb.in dict.cap.vt priuilegia.quod facilius intelligi poterit, si prænotemus,maximam differentiam esse inter conuersos, & oblatos.Nam conuersi sunt qui mutato habitu religionem ipsam profitentur minimè ordine ecclesiastico prædicti:& hi cum cæteris religiosis intra monasteriorū clausura vitam agunt.oblati verò sunt qui absq; religionis professione se ipsos perpetuò monasterio obtulêre: sicuti tradunt Card.in clem.1.de decimis. vlt.col.Abb.in cap.non est. de regulari.sensit Lapus allegatione.129.est etenim necessaria perpetua oblatio.cap.per exemptionem. de priuileg.ist lib.cap.cum & plātare.§.vlt.cap.tuarum.& ibi Abb. de priuileg.ex quibus constat, conuersum dici proprie religiosum,& personam ecclesiasticam.cap. non dubium.cap.parochianos extra ist. tit.idemq; colligitur ex notatis per Abb.in rub.de regular.Deci.in ca. ecclesia.S.Mariæ.de constit.& ea ratione, quod religiosus proprie sit qui tria vouerit:nempe paupertatem,obedientiam,& castitatē, authore diuo Thoma.2.2.q.186. art.7. quibus non obstat tex.in ca.ex eo. de elect.ist.lib.quia inibi conuersi non habentes ecclesiasticum ordinem laici dicuntur quo ad electiones ad differentiam eorum,qui clerici sunt:idest ordinem ecclesiasticum acceperunt:etenim hi tantum ad electionem admittuntur: imò per constitutionem clem.vt hi qui diuinis,de ætat. & qualit.hi tantū ad eam sunt admittendi,qui sacris fuerint ordinibus insigniti. Oblatus verò qui mutato habitu nō manet in seculo est & proprie persona ecclesiastica:qui autem in seculo manet nō proprie,sed large persona ecclesiastica dicitur. glosſ. in verb.mutato habitu.Cardi. Abb. & Doct.in dic.cap. vt priuilegia. tex.optimus in cap.penult.de priuileg.Capella Tolosana.8.vbi Aufreri.& Panor.ac Soci.in capi.2.de foro compet.tractant, an oblatus sit exemptus à iurisdictione iudicis secularis.sed quod oblatus,qui habitum nō mutauerit,possit matrimonium contrahere eadem Capella Tolosana asserit num. 333. cui ipse libenter accesserim idem constanter opinatus in quocunq; oblato,qui votum castitatis non emiserit tacite,vel expresse,etiam si habitum secularē mutauerit.non enim video quid in hac specie matrimo

nii vinculū impediat. Quę quidē omnia præsensit Archid. in dic. ca. ex eo. & in cap. vt lex continentiæ. vbi. gloss. optima. 27. q. 1. Bald. in. l. generali. & in Auth. ingressi. numero. 8. C. de sacros. eccles. Io. Staphilæus de lite. grati. & iust. fol. 77. inibi explicans hac ratione, non amittere beneficium ecclesiasticum eum, qui monasterium fuerit ingressus, vt oblatus fiat, non monachus. His sane prę̄missis, ad intellectum tex. in dict. cap. vt priuilegia obseruandum est, nō esse satis, quod cōfratres, & oblati bona sua, etiam omnia monasterio dederint: est enim hæc donatio, quæ per se, ac simpliciter nō sufficit ad hęc priuilegia: imo est necessarium, quod confratres mutato habitu se ipsos perpetuo dederint monasterio: vel absq; habitus mutatione se, & sua monasterio reseruato vsufructu tradiderint, & obtulerint. deniq; erit satis sufficiens oblatio personarum absq; mutatione habitus cum rerum item donatione: aut ipsa mutatio habitus cum personarum oblatione: atq; ita est accipiendum quod in dict. capitu. vt priuilegia. Doct. adnotarunt, vt inibi explicat eleganter Panormit. sic intelligens illud Romani pontificis responsum: cui omnino adiūge tex. in dict. cap. cum & plantare. §. de confratribus.

Quod si quis exacte perpendat decisionem tex. in dict. cap. vt priuilegia manifeste deprehendet ex eo, tempore interdicti non potuisse olim quemquam sepeliri in loco interdicto apud aliquam ecclesiā, aut eius cœmiterium. idem apparet in capitu. si ciuitas. §. vlti. supra ist titulo.

Ex. §. sequenti.

1 *Pœnitentiæ sacramentum non tantum ægrotis, sed & sanis tempore interdicti poterit ministrari.*

2 *Eucharistiæ sacramentum, an possit ministrari fœminis prægnantibus tempore interdicti?*

3 *Sacramentum eucharistiæ poterit tempore interdicti dari damnatis ad mortem.*

4 *Ordinis sacramentum non potest celebrari tēpore interdicti, etiam ianuis clausis, etiam in specialibus festiuitatibus.*

5 *Irregulares an sint qui tempore interdicti ordines susceperint?*

§. Tertius.

OVia vero ex districtione huiusmodi statutorum excrescit indeuotio populi, pullulāt hæreses, & infinita pericula animarum insurgunt: ac ecclesiis sine culpa earū debita obsequia subtrahuntur, cū fratribus nostris deliberatione habita super his diligenti concedimus: quod tempore interdicti ab homine, vel à iure prolati non tantūmodo moriētes: sed etiam viuētes: tam sani etiam quam infirmi

ad pœnitentiam, quæ propter pronitatem,& facilitatẽ hominum ad peccandum,ſumme neceſſaria eſt, licite admittantur:dum tamen excommunicati nõ fuerint,quos admitti,præterquam in mortis articulo,nolumus ad eandem.

Ex hoc reſponſo Romani pontificis facillime lector deducere poterit,præter ea,quæ olim permiſſa fuere tempore interdicti,& illud modo à ſũmo præſule indulgeri,quod
1 pœnitentiæ ſacramentũ non tantũ ægrotis in periculo mortis conſtitutis,ſed & ſanis,atq; in vniuerſum omnibus tempore interdicti miniſtrari valeat. quod ſecus eſſe de euchariſtiæ ſacramento tenet glo.hic cõmuni omniũ conſenſu recepta: verb.admittantur.aſſeueras,eucha riſtiæ ſacramentum interdicti tempore non poſſe pœnitentibus miniſtrari: niſi & hi conſtituti ſint in articulo,aut periculo mortis.idem notat Abb.in ca.quod in te.de pœnit.& remiſſ.col.1. idq; adeo verũ eſt, vt nec ſacramentum iſtud poſſit exhiberi ipſis clericis,& religioſis,quibus licitũ eſt per hanc conſtitutionem ianuis clauſis celebrare: non enim poterit minime celebrãtibus miſſarum ſolennia eucharistia dari ſecũdum Calderi.in tract. de eccleſ.interd.6.membro.verſ.viſo.Florenti.3.parte.tit.26.cap.4.col. 3.Ancha.& Francum hic habent tamẽ fere omnes religioſi, & religioſæ priuilegium ad hoc ſacramentum ab aliis miniſtrantibus recipiẽdum tempore interdicti: ſicuti patet in compendio priuilegiorum ordinum mendicantium. verb.cõmunicare.§.8.

Et præter alia plericq; dubitarunt, an fœminis prægnantibus poſsit tempore interdicti ſacramẽtum eu
2 chariſtiæ miniſtrari. nam Anchar. hic.10an.Andre.& Cardi. in dict. capitu.quod in te.cenſent,non poſſe his Sacramẽtum iſtud dari: cum non ſint prægnantes fœminæ in articulo mortis conſtitutæ: quanuis periculum mortis propter partum ſint ſubituræ. Panormit.tamen in dict.cap.quod in te.& in capi. paſtoralis.§.1.de off.ordin.ac Sylueſt. verb.interdictum.5.q.7. contrariũ verius eſſe opinantur,quoties periculũ mortis inſpecta fœminæ prægnantis qualitate maxime timeri poteſt.quaſi hac in ſpecie par ratio ſit mulieris prægnantis,& eius,qui graui ægritudine affect9 proximus eſſe morti cenſetur, quã ſentẽtiam veriorem eſſe arbitror ex his, quæ in priori huius relectionis parte tradidimus.§.11.num.8.

Sic & damnatis ad mortẽ, etiam tempore interdicti dari poterit eu
3 chariſtia:vt Cald.notat in tract. de eccleſ.interdict.fol.11.col.4. quem ſequuti ſunt Sylueſt.verb. interdictum.5.quæſ.7.Anchar.& Francus hic.2. col:idemq; & nos probauimus lib.2. variar.reſolut. capitulo primo numer.11.

¶Secundo ab huius.§. deciſione argumentari libet, ordinis ſacramen

mentum non posse celebraris tempore interdicti. eo etenim tempore speciali iure quædam sacramenta ministrari possunt, inter quæ ordi-
4 nis sacramentum minimè cõnumeratur: igitur & hoc sacramẽtum tempore interdicti vetitum est, nec poterit absq; huius censuræ violatione celebrari: Quod in specie adnotarunt Innocent. & Præpos. col. 3. in. dict. capit. non est vobis. Florenti. 3. part. tit. 26. cap. 4. Paluda. in. 4. sent. dis. 18. q. 8. art. 2. principali. cõclusione. 6. Ancha. hic col. antepenult. sensit Calderi. de eccle. interdicti. fol. 12. colũ. 3. tenet idem Sylvest. verbo. interdictum. 5. q. 7. ad finem. quorum opinio cõmunis est: ac multa quidem præmittit ex ea expressim deducenda.

Primũ: quod episcopus tempore interdicti ordines celebrans saltẽ maiores, & sacros omnino irregularis est. quod apparet ex eo, quia celebrat missarũ solennia, & deinde actũ exercet certo ordini ecclesiastico cõpetentẽ, tempore ipso prohibitum: cũ ad episcopalem ordinem pertineat ministerium sacrorum ordinum: saltem præter episcopalem potestatem est necessarius in ipso episcopo ordo sacerdotii: quemadmodum ipse tradidi lib. numero. 15. promo. varia. resolutio. capitul. 10.

Secundũ: idem esse censeo in episcopo tẽpore interdicti conferente minores ordines, aut primã tonsuram: nã & is erit irregularis. siquidem horum ordinum collatio ad episcopalẽ potestatẽ, & ordinẽ pertinet: vt plane cõpertũ est. Imo etsi quandoq; prima tonsura, & minores ordines possint ab Abbatibus ministrari, necessario præmittẽdus est in ipsis Abbatib⁹ sacerdotii ordo. cap. cum contingat. de ætate, & qualit. vnde apparet, episcopum in hoc casu irregularem esse.

Tertiũ apparet hinc, tẽpore interdicti non posse ordinis sacramentũ celebrari, etiam his diebus festiuis, qui hoc in. c. §. in festiuitatibus. excipiuntur. quod notat Paluda. in dict. art. 2. cõclus. 6. & sentiunt præcitati Doct. qui principalem conclusionem probarunt.

Quartũ ex eorundẽ authorũ mente cõstat, nõ posse ordinis sacramẽtũ ministrari tẽpore interdicti adhuc ianuis clausis, interdictis, & excõmunicatis exclusis. Nam permissio huius cõstitutionis pertinet ad officia diuina: non autem ad ordinum celebrationem.

Quintò infertur, nequaquã esse ordines celebrãdos tẽpore interdicti, etiã si immineat necessitas ordinandi presbyteros, diaconos, aut subdiaconos, aliósve ministros, quemadmodũ visum est Sylvestro. verb. interdictũ. 5. q. 7. contra Panor. in ca. nõ est vobis. quo in loco vlt. col. cẽsset, posse ordinis sacramentum tempore interdicti ministrari, si immineat necessitas ordinãdi ministros diuinorum officiorum, & sacramẽtorum. Etenim nullibi in iure cau-

tum est, quod hæc sit vera, ac propria necessitas compellens ad interdicti violationem. & ideo Panor. opinio non est admodum tuta licet eam sequatur Gonsalus à Villadiego in tract. de irregularit. ca. de interdicto. etiam si videam posse multis rationibus, & authoritatibus eandem comprobari.

Sexto inde constat, tempore interdicti ordinis sacramentum nō posse celebrari etiam ab episcopo, qui ipsum interdictū decreuerit. is etenim tenetur id seruare, vel illud tollere, aut suspendere: alioqui erit irregularis capitul. vlt. de priuileg. ist. lib. notat Calderi. de eccles. interdict. membro. 5.

Septimo hinc oportet aduertere, an recipiens minores ordines tempore interdicti sit irregularis? & profectò apparet, eum esse irregularē, si agat aliquam actum ea solēnitate, quæ certo conuenit ordini. idcirco si in ipsamet ordinatione actū egerit quis alicui ex minoribus ordinibus speciali quadam forma cōpetēte tem, irregularis est: quēadmodum deducitur ex illa Innocentii sententia, quam in hac secūda huius operis parte probauimus. §. 2. numer. 3. regulariter tamen qui minores ordines accipit nullum actum agit eisdem ordinibus proprium iuxta canonicam solennitatem.

Octauo eadē ratione infertur, irregularē esse eum, qui tēpore interdicti fuerit diaconatus, aut subdiaconatus ordine insignitus etenim nō potest quis hos ordines, aut eorum alterū adsumere, quin aliquē actū agat solenniter his ordinibus, aut eorum alteri conuenientē: atq; ideo irregularitas manifesto iure cōtrahitur. nam epistolam, aut euāgelium legit ecclesiasticis vestibus indutus, eaq; solennitate, qua solet in missarum solennium celebratione legi. quam ob rem dubium nō est, quin vitium hoc irregularitatis contrahatur.

Nono idem respondendum erit quo ad recipientē ordinem sacerdotii tēpore interdicti. nam is irregularis est, quippe qui simul cum episcopo cōcelebret, atq; ideo actū exequatur certo conuenientē ordini: id est eucharistiæ consecrationē: sicuti notant Syluest. verb. eucharistia. 2. q. 3. S. Thomas in. 4. sentē. dist 13. q. 1. art. 2. q. 2. & in. 3. part. q. 82. ar. 2. Palud. in dict. 13. dist. q. 4. ar. 2. quibus visum est, posse simul ordinatos cum episcopo ordinante conficere corpus Christi: atq; ita vsu apud quasdam ecclesias obtentum esse. nec id mirum esse debet, cum & Innocentius Tertius de officio missæ. parte. 3. cap. 9. asserat, consueuisse presbyteros cardinales Romanum pontificem circunstare, & cum eo simul celebrare, & Corpus Christi conficere: ac demū eucharistiam à summo pontifice accipere, significantes Apostolos, qui cum domino Iesu pariter discumbentes ab eo Eucharistiam acceperunt. Qua ratione

satis

satis probat irregularitatẽ in hoc casu, quem tractamus vere contrahi.

Decimò hinc etiam aperitur, assistentes episcopo ordinanti irregulares esse, si vt diaconi, vel subdiaconi vestibus induti sacris huic ordinum celebrationi coadiutores extiterint ea peragentes, quæ in pontificali libro continentur. Agunt sane actus tempore interdicti certo conuenientes ordini: nempe diaconatui, vel subdiaconatui: idcirco irregulares esse eos, manifestũ est.

Cæterum quæ in hac constitutione continentur in §. illis etiam. vsque ad §. adiicimus. facilia sunt. & per glo. maxime. verbo. relaxatio. explicantur.

Ex. §. sequenti.

1 *Interdictum particulare non patitur, nec admittit huius capi. formam in celebrandis officiis diuinis.*

2 *Hospitalia etiam habẽt huius cap. priuilegiũ: sicut ecclesiæ, & monasteria.*

3 *Interdicti tempore seruata forma huius constitutionis, quæ missarum solennia sint permissa?*

4 *Laici non sunt admittendi ad missarum solẽnia, quæ sub hac forma celebrantur.*

5 *Familiares, & ministri clericorum: an sint admittendi, si laici sint, & quid de clericis exteris: & quid de coniugatis, & infantibus?*

6 *Irregularitas, an contrahatur, si non seruentur omnia, quæ in forma huius capitis continentur.*

7 *Cessatio à diuinis, an admittat celebrationem diuinorum officiorum hac seruata forma?*

§. Quartus.

SED quò facilius percipiamus verã interpretationem huius constitutionis subiicere libuit literam. §. adiicimus. qui præcipuã huius tractatus partem obtinet.

¶ Adiicimus præterea, quod singulis diebus in ecclesiis, & monasteriis missæ celebrentur: & alia dicantur diuina officia sicut prius: submissa tamẽ voce, & ianuis clausis, excommunicatis, ac interdictis exclusis: & campanis etiam non pulsatis: & tam canonici quàm clerici ecclesiarum, in quibus distributiones quotidianæ illis, qui horis intersunt canonicis tribuuntur, si ad officia non venerint supradicta distributiones easdem amittant: sicut interdicto perderent non extante, si diuinis officiis non adessent. Hactenus præsens constitutio permittit, tempore interdicti diuina officia celebrari ianuis clausis, interdictis, & excommunicatis exclusis absque campanarum pulsatione. Cui sane responso aliquot conabor aptare intellectus, qui constitutionem istam ad praxim, & communem vtilitatem apertiorẽ efficiant.

¶Primum hæc permissio non in vniuersum est accipienda: sed ita quidem, quod in ecclesia particula
1 ri affecta interdicto minime locũ habeat: quasi hæc constitutio in ecclesiis obtineat, quæ sint intra locũ interdictum: non in ecclesia specialiter interdicta. quod glo. hic notat verb. ecclesiis. quam sequuntur Ancha. Domi. Franc. & alii communi omnium sententia. Angel. in summa verbo. interdictum. 6. q. 1. Sylvest. verb. interdictum. 5. §. 1. Nicola. Milis verb. interdictum Rota in nouis. 436. Feli. in capitu. Apostolicæ. nume. 3. de exceptioni. Frederi. cons. 70. Ioan. Andre. Antoni. Card. Abb. & Imola. vlt. col. in capit. quæsiuit. de his quæ fiunt à maio. part. capitu. Florent. 3. part. tit. 26. capi. 4. Calderi. de eccles. interdict. 2. membro. fol tertio col. 1. Gonsalus à Villadiego in tract. de irregularit. cap. de interdicto. col. 3. quorum opinio cõmunis est: & rationem habet ex eo, quod hæc constitutio de interdicto generali tractet non de speciali.

¶Secundo, tempore interdicti officia diuina, quæ per hanc constitutionem permittuntur celebrari. in ipsis ecclesiis, & monasteriis celebranda sunt: nec poterunt extra ecclesias, & monasteria etiam ianuis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis, absq; cimbalorum pulsatione celebrari. cum hæc permissio ita concessa sit, vt intra ipsas ecclesias, aut monasteria: nõ alibi licitam faciat diuinorum officiorũ celebrationem: secundũ Calderin. de eccles. interdict. 6. mẽbro. Ancha. & Franc. hic.

¶Tertio dum Romanus pontifex hic parem indulgentiam ecclesiis, & monasteriis concedit, satis ostẽdit hac in specie, & in plerisq; aliis appellatione ecclesiarũ, ipsa etiam monasteria contineri. quod verum est in his, quæ fauorem continent, non odium: in his inquam, quæ fauorabilia sunt, non in odiosis: quẽ admodum responderunt Abb. in cap. 1. col. 3. de iuram. calum. Domi. in cap. 2. col. 3. de integr. rest. ist. lib.

¶Quarto erit & hic tex. intelligẽdus non tantum in ecclesiis, & monasteriis, sed & in hospitalibus: vt
2 tandem in his tempore interdicti possint diuina officia celebrari iuxta huius. §. formam. modo hospitalia fuerint authoritate episcopi erecta. in his etenim, quæ ad fauorem pertinent, sub appellatione ecclesiarum hæc ipsa hospitalia intelligenda sunt: præsertim vbi mens ipsius constituentis hanc interpretationẽ ob eandem rationẽ admittit. quod deducitur ex his, quæ notantur in clem. per literas. de præben & tradidere Felin. in cap. de quarta. de prę̃script. Curti. Iunior cõs. 20. Rebu. in tract. nominationũ. q. 15. num. 12.

¶Quinto idem erit dicendum in monasteriis monialiũ, vt etiã ipsis audientibus possint ianuis clausis, interdictis, & excõmunicatis exclusis officia diuina celebrari: sicuti in spe-

ſpecie aſſerit Sylueſt. verb. interdictum. 5. q. 1. col. 2.

¶Sexto per hanc conſtitutionem tempore interdicti permiſſa ſunt miſſarum ſolennia nõ ſolum quæ propria ſunt illius diei, quo cele-
3 brantur iuxta ritũ, & inſtitutionẽ eccleſiæ, & ſic officia diuina ipſius ſancti, cuius eo die feſtiuitatem ecclesia colit, ſed & alia quæcunq; diuina officia, miſſarum item ſolennia diuæ virginis Mariæ, ſancti Iacobi, aut alterius cuiuſq; diui. atq; ita viſum eſt Ioan. Andre. Domi. & aliis hic Calderi. de eccleſ. interdi. membro. 6. col. 7. & Sylueſt. verb. interdictum. 5. q. 1. col. 2. aduerſus Ioan. Monach. qui opinatur, tantũ permitti per hanc conſtitutionem miſſarum ſolẽnia propria eius diei: non autẽ alterius, quod falſum eſt, vt conſtat ex hac cõſtitutione, quæ permittit diuina officia ſecundum hanc formam tempore interdicti celebrari, ſicuti prius celebrabãtur.

¶Septimo animaduertere oportet, hãc permiſsionem locum obtinere in interdicto in locũ aliquem decreto: quaſi ſecus ſit, quoties interdictũ pronunciatũ fuerit in perſonam. is etenim, qui interdictus eſt, nequaquam poterit iuxta formam huius tex. diuinis officiis operam dare: nec itidem in his diebus ſolennibus, quorum mentio fit in. §. ſequenti. quemadmodum communi omnium ſententia obtentum eſt.

¶Octauo hæc ipſa conſtitutio ita eſt interpretanda, vt ad officia diuina minime admittantur laici interdicti: nec item illi, qui ſunt incolæ
4 populi interdicti, licet ipſi interdicti nõ ſint: & idem erit de quibus cunq; laicis nõ interdictis: nam hi excludendi ſunt ab auditione diuinorum officiorum in loco interdicto: ſicuti notat glo. hic verb. interdictis. quam Ancha. q. 2. & cæteri doct. cõmuniter ſequuntur. quorũ opinioni admodũ ſuffragatur tex. in capit. licet. de priuileg. iſt. lib. in principio, ex quo ceſſat argumentatio, quæ à ſenſu cõtrario poterat ex huius capitulo litera deduci aduerſus communem: quam probare videntur Calderi. & quotquot de hac materia ſcripſerunt. tametſi Frederi. in conſ. 70. minime concedat, in hac ſpecie irregularem eſſe eum, qui laicis non interdictis, etiam incolis loci interdicti, admiſsis diuina officia celebrauerit.

¶Nono ad huius deciſionis veram cognitionem inquirendũ erit, an clerici omnes admittendi ſint ad officia diuina, quæ ſecundum formam huius. §. tempore interdicti celebrari poſſunt? & quidam opinantur, non eſſe admittendos clericos extraneos, ſed tantum illos, qui ſint illius eccleſiæ, in qua officia diuina dicenda ſunt: quod expreſsim notat Archid. hic ab hoc
5 tex. adſumens probationem ex eo, quod canonicos, & clericos earũdem eccleſiarũ admittat, quæ quidem ratio debilis eſt: cum hæc cõ-

ſtitutio, dum mentionem facit canonicorũ, & clericorũ de quotidianis diſtributionib⁹ tractet quæ nõ debẽtur clericis exteris. atq; ideo iure verius eſt, tempore interdicti ad officia diuina ſecundum huius cõſtitutionis inſtitutionem admittẽdos eſſe clericos quoſcunq;, etiam exteros ab eo loco, qui interdictus ſit: ſicuti cenſent Ioan. Andre. Ancha. hic. 3. q. Calderi. de eccleſ. interdicto, membro. 6. col. 3. Florenti. 3. parte. tit. 26. ca. 4. Angel. verb. interdictum. 6. §. 3. & Sylueſt. verb. interdictum. 5. q. 1. quorum opinio communis eſt, licet dubitauerint Domi. & Franc. hic & Frede. conſ. 92. quæ quidem dubitatio potuit tolli ea ratione, quod hic paragraph⁹ permittat diuinorum officiorũ celebrationẽ tẽpore interdicti ianuis clauſis, excommunicatis, & interdictis excluſis, ſubmiſſa voce, abſq; pulſatione campanarũ: ſicut prius eo tempore, quo locus non erat interdictus celebrari poterant: & tũc dubio procul quilibet clericus, etiã exterus admittendus erat.

¶Decimo ex his, quæ in huius Paragraphi interpretatione ſolent adnotari, opinor ipſe, clericum coniugatum cũ vnica, & virgine non eſſe admittendum ad officia diuina, quæ ſeruata forma hic ſtatuta permittuntur. Ad hanc vero ſententiam inducor ea ratione, qua traditum extat, clericos, & religioſos ad hæc officia diuina fore admittendos, non laicos. Clerici autem coniugati, etiam ſi cum vnica, & virgine contraxerint matrimonium, priuilegium obtinẽt clericorum in duobus tantum: nempe quo ad canonem, & forum: in cæteris vero laici cenſendi ſunt iuxta communem reſolutionem Doct. in capit. vnico. de cleri. coniug. iſt. lib. igitur non habent hoc priuilegium, vt cum clericis tempore interdicti ad officia diuina admitti poſsint.

¶Vndecimo erit nihilominus cõſiderandum, tempore interdicti ad officia diuina admittẽdum eſſe laicum, quem ante interdicti decretũ clericus eccleſiæ ſeruiens familiarem habebat, vt ſibi in miſſarum ſolennibus miniſtraret: modo hic familiaris nõ ſit interdictus in ſpecie, nec generaliter: quod ita explicant Calderi. de eccleſ. interd. mẽbro. 6. Ancha. q. 3. col. 3. & Francus hic. quo fit, vt tex. in capitul. licet. de priuile. iſt. lib. §. 1. intelligendus ſit de familiaribus non interdictis: cum interdicti ſemper ſint à diuinis excludendi.

¶Duodecimo poteſt & in controuerſiam incidere an ſint infantes excludendi ab his diuinis officiis, quæ tempore interdicti ſeruata huius. §. forma celebrãdæ ſunt? & Sylueſt. verbo interdictum. 2. q. 17. exiſtimat, pueros nondum doli capaces, qui proprie interdicti minime cenſentur, etiam populo interdicto, non poſſe audire diuina officia in loco interdicto, cùm eis hoc conceſſum non ſit: atq; hoc ipſum

Verum

verum esse ipse censerem in pueris, qui post septennium, & si non sint doli capaces, percipiunt tamen, & intelligũt aliqua ex parte, & cognitionem habent diuinorum officiorum: cognoscentes equidem: missarum solennia pertinere ad cultum diuinũ, & ad Christianę religionis professionem. at in infantibus nequaquã hoc probarem. hi siquidẽ nihil sentiunt, nec percipiũt, quod officia diuina dicantur, vel cessent: nec eos tangit diuinorum officiorũ prohibitio. Sepeliri autem non possunt isti infantes in ecclesia tempore interdicti: quia sepulturæ prohibitio aliam rationẽ habet: quę nõ deducit ab aliqua cognitione prohibitionis eius actus: sed tantum ex eo, quod ecclesia tẽpore interdicti nullũ corpus admittat, quippe quę interdicta sit. officia vero diuina prohibentur ne quis ea audiat, aut celebret: quæ ratio aliquam eius actus cognitionem præmittit. non me latet, seruandam esse huius constitutionis formã, ita tamẽ quod superstitiose nõ accipiãtur eius verba.

¶ Decimo tertio intelligenda est prohibitio cimbalorũ, & campanarũ: quæ hic fit, quo ad horas canonicas dicendas, quo ad missarũ solennia celebranda: non tamen quo ad alia. nam & tempore interdicti pulsari possunt campanæ in signũ prædicationis dominici verbi, & vt Christiani concionibus sacris adsint. item & ad salutionem angelicam: cuius meminit glo. in verb. zabazala. in clem. 1. de Iudę. & inibi Abb. atq; ita hunc decimũ tertium intellectum in specie omnes Doct. probarunt, præsertim Ioan. Andre. Domi. & Francus hic Cald. de eccles. interdict. folio. 11. col. 1. Gonsalus à Villadiego de irregularit. c. de interdi. quib⁹ etiã placuit, nõ posse tẽpore interdicti pulsari cimbalũ in signum eleuationis eucharistiæ.

¶ Decimo quarto non inutiliter hoc in loco tractabitur, sit ne irregularitas contracta ex eo, quod in celebrandis officiis diuinis nõ fuerint omnia seruata, quorum in hoc
6 §. mentio fit. etenim Calderi. optimis quibusdã rationibus in tract. de eccles. inter. mẽb. 6. col. 7. opinatur, celebrantem missarum solennia tempore interdicti nõ seruatis exactissime his, quæ in hac constitutione cõtinentur, irregularem esse in quo ipse nec dubito, nec video posse iustis ex causis dubitari. nã celebrãs tẽpore interdi. ante istã constitutionẽ esset dubio procul irregularis, saltẽ si celebraret nõ seruatis his, quę in hoc §. seruanda exponũtur. & tamẽ per hãc cõstitutionẽ hęc diuinorũ officiorũ celebratio permissa nõ est. Igitur euidenter cõstat, ita celebrantem irregularem esse. idem dicendum erit de eo, qui officia diuina certo ordini ecclesiastico conuenientia minime seruata forma ista peregerit.

De illo autem, qui aliis celebrantibus campanas pulsauerit, vel ecclesiarũ ianuas aperuerit, irregularẽ esse

esse: quia in crimine cooperetur, notant Calderi. in dict. membro. 6.col.7.Florenti.3.part.tit.26.cap.4. col.1.Ioã.Andre.hic: Gõsalus à Villadiego de irregularit.cap.de interdicto ex cap. si concubinæ de sent. excom.qua ratione & ipse Gõsalus col.penult. opinatur, irregularem esse eum, qui cum excommunicatus sit, alteri excõmunicato, vel interdicto celebranti coadiutor extirit simplex in celebratione missæ. sed & eadem ratione idem dicendum foret,si ipse coadiutor,ac simplex minister non esset excommunicatus: cũ ratio assumatur ex eo, quod in crimine alteri cooperetur. quod falsum est.nam qui ministrat simpliciter, celebranti tempore interdicti nõ seruata forma huius.§.irregularis nõ est: vt idẽ Gonsalus in dict.c.de ĩterdict.col.penult.tenet post Domi.in capitu. is, cui.§.vlt. sup.ist.tit.quibus ea ratio suffragatur, quod tantum is sit irregularis qui tempore interdicti, suspensionis, aut excommunicationis actũ egerit certo conuenientem ordini ecclesiastico, vt paulo ante non semel adnotauimus. sed ministrare simpliciter sacerdoti celebranti nõ tantum conuenit clericis,sed & laicis,nec is actus peculiaris est alicuius certi ordinis: cũ & à laicis hoc ministerium exhiberi possit. vnde mihi aduersus Calder Florent. & alios potius placet, non esse irregularem pulsantem campanas tempore interdicti ad officia diuina, nec item aperientem ianuas:cum hi actus peculiares certi ordinis ecclesiastici non sint:imo possint per laicos agi.& quotidie agantur.quam ob rem minime contrahitur ex his irregularitas: sicuti in genere passim idem Cald.fatetur:& nos probauimus hac in parte.§.2.numer.3. quod si quis authoritate publica, vel priuata vsus:vel pulsauerit campanas, aut ecclesiarum ianus aperuerit,vt authoritatem ipse prębeat tempore interdicti diuinorum officiorum celebrationi,profecto erit irregularis secundum Innocent.& Abb.in cap.tanta.de excess. prælat. quorum sententia communis est, vt fatetur eam sequutus Gonsalus à Villadiego in dict.cap.de interdicto.col.6.tex.optimus in capitu.illud de cleri.excom.ministra. cuius & nos mentionem fecimus parte prima huius operis.§.6.ad finem.

¶Decimo quinto non est omittenda frequẽs illa cõtrouersia, qua solet disputari:sit ne locus huic paragrapho:& eius permissioni tempore cessationis à diuinis? quã quę
7 stionẽ iam à plerisq; tractatam breuiter hic exponam,vt vulgari satisfaciam contentioni. & sane quod tempore cessationis à diuinis possint ianuis clausis,interdictis, & excommunicatis exclusis absq; campanarum pulsatione diuina officia celebrari iuxta formam huius constitutionis, poterit multis rationib9 cõprobari:præsertim sequẽtibus.

Prima.quia interdictum generale,&

uinorum officiorum celebrationē. Clem.1.4.iſt.ti.ſed in interdicto generali obtinet hui⁹.§.permiſsio. igitur & ea ſeruari debet tempore ceſſationis à diuinis. argumento. l. illud.ff.ad.l.Aquili.l. vlt.ad finē. ff. manda.c.tranſlato.de conſtit.capit. ſi poſtquam.de elect.in.6.

Secundo ad idem argumētor ab eadē ratione quæ expreſsim in hoc cap.§.quia vero.continetur.nam illa Romanū pontificem induxit, vt hac prēmiſſa forma,tempore interdicti diuina celebrarentur officia: hancq; celebrationem veteri iure vetitam permitteret.eadem vero ratio omnino in ceſſatione à diuinis obtinet:quod ſatis manifeſtum eſt.ergo & tempore ceſſationis à diuinis huius.§.deciſio ſeruari debet. ſi quidē à ratione expreſſa in aliqua conſtitutione optime proceditargumētatio ad caſum omiſsum.glo.in clem.1. ver.eligatur.de electio. notāt Bart. & alii in.l.Gallus.§. & quid ſi tantum.2.col.ff.de lib.& poſth. etiam in materia correctoria: vt ipſimet adnotarūt:& Francus in.c.1.de tēp. ordinat.iſt.lib.limitat.6.Fortuni.in dict.§.& quid ſi tantum.ſuper.glo. emancipatus tradunt Euerad.in loco à ratione ceſſante.Ioan.Crottus. 9.q.Bartoli. & Ripa.num.57.in.l. ſi conſtante.ff.ſolut.matri.Deci.in.capitu.tranſlatio de conſtit.2. lect.& in.l.ſi quis id quod.ff.de iuriſ.omni,iudi. & in.l.factum.§.in pœnalibus.ff.de regul.iur. Andre. Alciat. de verborum ſignificatione.lib.ſecundo. col. 4ō.

Tertio eandem ſententiam mirum in modum confirmat ea ratio, quæ dictat, conſtitutionem vtcunque correctoriam extendendam fore, ſi ſit animæ, & ſpirituali ſaluti fauorabilis: quemadmodum viſum eſt Hoſti. Ioannes.Andreas Abb.& Præpo.in capitulo. ex tenore. qui filii ſint legit. gloſſa in capitulo ſciant cuncti. de electione iſt. libr. verbo alios. cuius & nos meminimus in epitome ad.4. Decretaliū. ſecunda parte capitulo ſexto numero. 12.notant Dominicus & Frācus in capitulo primo limit. quarta de tempor. ordin. iſt. libr. Hæc autem conſtitutio fauorabilis eſt animæ,& ſpirituali ſaluti: ergo erit extendenda. ab interdicto ad ceſſationem.

Quarto his accedit, quod maius vinculum habet interdictum, quam ceſſatio à diuinis: vt appareret ex illa quæſtione, quam ſuperius tractauimus de celebrante tēpore ceſſationis à diuinis, an ſit irregularis. ſed tex. hic permittit ſub certa forma celebrari diuina officia tempore interdicti: igitur fortiori ratione permittendum idem erit tempore ceſſationis à diuinis: cum ea minus vinculum induxerit.

Quinto ab authoritate doctiſsimorū virorū probari videtur hæc opinio.eā etenim veram eſſe cēſent Ioan.in ſumma confeſſor. ib.3. tit.

33.q.221. Archi.in cap.si canonici.de off.ordi.ist.lib.cuius sentẽtiam sen sim, & tacite admittere videntur cæteri Doctor.ibi. Gonsalus à Villadiego de irregularit.cap.de interdicto.col.3.Paluda.in.4.sent. dist. 18.q,8.articulo.3.principali.vers.sed verius.

¶Contraria sententia plerisq; verior videtur aliquot rationib⁹, quarum potissimas hac in parte subiiciam,nec enim conuenit multa ad hanc disputationem adducere,quę solent quacunq; in cõtrouersa quæstione vtrinq; proponi, ad maiorẽ potius verborum cumulũ quam ipsius difinitionis vtilitatem.

Primum enim vrget pro hac opinione ipsa dictionis significatio: quæ plane videtur inducere penitus cessationẽ à diuinis officiis eam inquam,quæ distinguatur à prohibitione illa, quæ per interdictum decernitur.quasi interdictum prohibeat officiorum diuinorum celebrationem pœnis quibusdam statutis aduersus ea celebrantes: cessatio vero inducat omnino suspẽsionem diuinorum officiorum ab interdicto distinctam,& quæ præcipue ad factum,nõ ad iuris effectus referenda sit.alioqui nulla iusta ratione inducta foret nominum diuersitas:si idem per interdictum,& cessationem significaretur:& temere diuersis nominibus fuissent nũcupata.l. Papinianus exul.ff.de minori.l.si idẽ.C.de codicillis.

Secundo ad hæc accedit quod Io. Andreas. scribit in capi. dilectis. de appell.vbi col.1.illum tex.intelligens in cessatione à diuinis adnotauit, non esse permissum eo tempore,quod episcopus celebret indistincte: sed certa forma: nempe ianuis clausis,interdictis,& excommunicatis exclusis cap.vlt. de priuileg.ist.lib.capitu.quod nonnullis.eo.tit.in volumine.igitur si episcopis iure speciali secundum Ioan. Andre. tẽpore cessationis hoc permissum extat:reliquis clericis id negatur: atq; ita non poterit tempore cessationis à diuinis tex. hic obtinere.

Tertio eandem opinionem probat tex.elegans in dict.cap.si canonici.§. si autem. supra de off. ordi. inibi etenim respondetur,eum, cuius culpa cessatio indicta fuerit,teneri canonicis, & clericis ad id, quod eorum interfit ex eo,quod omnino cessantes à celebratione diuinorũ officiorũ quotidianas distributiones amiserint, aut sane nõ acquisierint iuxta.c.vnicum.de cleri. non resid.ist. lib.quod si canonici, & clerici tempore cessationis à diuinis possent diuina officia celebra re seruata forma huius.§. profecto nulli dubium poterit contingere, quin & distributiones quotidianas acquirant: sicuti & in hoc paragrapho responsum extat.

Quarto constat, olim ante istam constitutionem tempore cessationis à diuinis penitus interdictam esse, & fuisse diuinorum officiorũ cele

celebrationem. cap. non est vobis. de sponsa. secundū cōmunem. eius interpretationem. & tamen nullibi huic veteri iuri derogatum est: cum hæc constitutio de interdicto tractet: non de cessatione à diuinis. fit ergo manifestum, ad huc manere vetera iura illæsa: & idcirco non posse tempore cessationis à diuinis officia diuina celebrari, etiam ianuis clausis, interdictis, & excommunicatis exclusis. ex quibus mihi satis euidēter apparet, hanc vltimā opinionem iure veriorem esse. cui parum oberunt quæ priori loco in contrarium adducta fuere: cum cessatio à diuinis rationē distinctam habeat ab interdicto propter omnimodam, quam inducit, suspensionem organorum ecclesiasticorum: & quia iure ipso pontificio manifestum est in hac specie discrimē inter cessationem & interdictum, authoritate tex. in dict. ca. si canonici. §. si autem de off. ordi. ist. lib.

Vt cunq; tamen sit, tempore cessationis à diuinis poterunt ea sacramenta ministrari: quæ tempore interdicti poterant Christi fidelibus ante cōstitutionem istam dari: imo est sacramentum pœnitentiæ ministrari poterit tempore cessationis à diuinis non tantum existētibus in mortis periculo: sed & his, q prospera vtuntur valetudine: vt tandem admittenda sit responsio huius ca. in. §. quia vero. etiam tempore cessationis à diuinis. etenim licet hæc cōstitutio de interdicto tractet, nihilominus partim eadem obtinebit in cessatione à diuinis in his saltē permissionibus, quæ non pertinēt ad ordinariam diuinorum officiorū celebrationē. Nam & præter hanc rationem considerandū est, hāc decisionem, dum permittit pœnitentiæ sacramentum ministrari nō tantum infirmis, sed sanis, esse iuris extensionē veteris: quod adhuc cessationis tempore seruēdum est, secūdum vulgo receptam sententiam.

Hinc patet, tempore cessationis à diuinis locum esse decisioni expressim statutæ in. c. quod in te. de pœnit. & remissioni. & tamen dubiū erit, an & eodem modo sit admittēdum quod indultū episcopis est, & quibusdam religiosis in. c. quod nonnullis. & in cap. 3. de priuileg. §. quod si templarii. & ca. in his. & cap. vt priuilegia. eo. tit. & cap. vlt. eiusdem rubricæ ist. lib. siquidem Ioan. Andre. in dict. capit. dilectis. de appellat. insinuat, has omnes permissiones locum habere, etiam tempore cessationis à diuinis: cum & tempore interdicti fuerint iure veteri olim statutæ, & indultæ: quo tamen iure omnino diuina cessabant officia ob interdictum: nec vlla sub forma poterant celebrari. posset sane quis ex hoc argumentari, tempore cessationis à diuinis recipiēdam fore huius §. formam, & permissionem, quæ iure communi statuta est: cū & eo tēpore admittātur ea priuilegia, quibus licitum est iure veteri tempore interdicti

diuina officia celebrare aliquot in casib⁹, ianuis clausis, interdictis, & excommunicatis exclusis. hæc etenim priuilegia sunt aduersus ius commune tempore interdicti concessa & eadem ad tempus cessationis à diuinis extenduntur: vt Ioan. Andre. sensit: igitur & huius cõstitutionis ordinarium indultum iuris communis vim habens, etiam si ad interdictum in specie referatur: extendendum foret ad cessationẽ à diuinis. atq; ideo admittenda prior opinio. nisi quis ex aduerso respon derit, non posse rationem istam ex æquo probari: quia dicta priuilegia non extingunt penitus vim, & effectum cessationis à diuinis: quẽadmodum extingueret huius constitutionis indulgentia: si ea foret admittenda, & maxime hæc extensio esset contraria iuri pontificio propter tex. in dict. capitu. si canonici. §. si autem.

Nec tamen erit in præsentiarum omittendum, quod habens priuilegium speciale extra iuris constitutionis, audiendi diuina officia tempore interdicti, non poterit ea audire tempore cessationis à diuinis, etiam seruata huius capitis forma. nã licet iure communi æquipolleat cessatio à diuinis interdicto quo ad ea, quæ modo dicta fuêre: non tamen idem erit de iure speciali: quẽ admodum deduxere hanc rationẽ passim iuris vtriusq; Doct. ex glo. in clẽ. vnica. de baptismo. Ancha. præsertim in capitulo statutum. in. 2. de hæret. ist. lib. Alexan. in additionibus ad Bart. in. l. in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. tradit late Feli. in capitu. in præsentia. de probationi. numero. 21. &. 22.

Denique etiam si iure verior esset opinio eorum qui censent, tempore cessationis à diuinis obseruandam fore huius paragraphi formã: nihilominus contraria sententia potior est propterea, quod fuerit consuetudine recepta. etenim iam diu obtendum est, penitus cessandum esse ab officiis diuinis tempore cessationis, nec ea posse celebrari iuxta formam huius. §. quæ quidem consuetudo non admodum longi tẽporis vsum exigit: cũ ob diuersas hac in controuersia opiniones, tum ex eo, quod per eam ad ius commune vetus, & pontificium redeamus: argumento. gloss. celebris in capitulo statutum. de præb. ist. lib. verb. numerandum. cuius nos obiter meminimus in lib. 3. vari. resolut. cap. 6. num. 4. post alios: quorum meminit late Andrę. Tiraquel de primogeniis quæs. 24. numero. 6. tex. optimus in capitulo ab exordio. 35. dist. tradunt Iason. in. l. si vnus. §. pact⁹ ne peteret. ff. de pactis. col. 2. Feli. in cap. cum accessissent. de constit. vbi Deti. col. 3.

Ex. §. sequenti.

1 *Eucharistiæ festiuitas, vsque in octauam diem interdictum ecclesiasticum suspendi.*

2 *Festum*

2 *Festum cõceptionis Virginis Mariæ idem priuilegium habet.*
3 *Cessatio à diuinis an admittat huius. §. suspensionem?*
4 *Aduentus regis habet & hoc priuilegium, quod interdictum suspendatur.*
5 *Officia diuina quæ sint permissa tempore interdicti in his festiuitatibus.*
6 *Sepultura ecclesiastica, an possit in his festis dari & quid de sacramentis?*

§. Quintus.

SVbsequitur statim insignis huius cõstitutionis responsio ad interdicti ecclesiastici censurã omnino necessaria: cuius examinatio exigit, quod breuiter exponamus contextum ipsius literæ ad faciliorem cognitionem.

¶In festiuitatib⁹ vero natalis domini, paschæ, ac pentecostes, & adsumptionis virginis gloriosæ campanæ pulsentur, & ianuis apertis, alta voce diuina officia solenniter celebrentur: excõmunicatis prorsus exclusis: sed interdictis admissis: quibus ob reuerentiam dictarum solennitatum, & vt ipsi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur, præfatis diebus participationem permittimus diuinorũ: sic tamen quod illi, propter quorũ excessum interdictum huius modi est prolatum, alteri nullatenus appropinquent. hactenus huius paragraphi litera: quæ sequentes intellectus ad eius elucidationẽ admittere videt.

¶Primum equidem constituendum est, idẽ esse permissum in die, quo festiuitas eucharistiæ, & corporis Christi solet solenniter celebrari: quod in honorem tanti sacramẽti Martinus quintus concesit: &
1 Eugenius quartus ad octauam vsq; diem extendit: sicuti notãt Angel. verb. interdictum. 6. q. 16. & Sylue. verb. interdictum. 5. q. 2. post Florent. 3. parte titu. 26. capitu. 4. cui priuilegio, & concessioni accedunt multa, qnæ de hac solennitate statuta, & decisa fuêre per Romanum pontificem in cle. 1. de reliq. & venerat. sanct. vbi glossa verb. reuelatum. prædixit hanc Martini, & Eugeni concessionem.

¶Secundo, hanc eandem constitutionem extẽdendam fore ad festum, & octauam cõceptionis immaculatæ virginis Mariæ ex priuilegio Leonis decimi asseuerat author compendii priuilegiorum ordinis
2 mendicantiũ verb. conceptio. §. 12. & verb. interdictum. 2. §. 8. eàq; cõcessio, vt ipse refert, tantũ apud Hispanos obtinet. cui priuilegio accedũt multa, quæ de immaculata cõceptiõe virginis Mariæ doctissimi, ac sanctissimi viri scripsere defendẽtes, eam conceptam fuisse absq; labe originalis peccati. quæ opinio probata fuit in concilio Basilæensi sessione. 36. & multis adductis authoritatibus defenditur ab Ambrosio Catharino in speciali hui⁹ quæ-

ſtionis opuſculo: extat & elegans carmen lib. Primo parthenices Marianæ apud Baptiſtam Mãtuanum. eandem opinionem tenent Scotus & cæteri Theologi ibidẽ in.3. ſent. diſt.3. Abb. col.2. & Antoni. in ca. vlt. de feriis. idem Ambroſius Cathari. lib.4. aduerſus Caieta. licet gl. in cap.1. verb. natiuitas. de cõſecrat. diſt.3. & ibi Card. à Turre Cremata Archi. in cap. firmiſsime. de cõſecrat. diſt.4. Ioan. Andre. in dict ca. vlt. de feriis. Specul. eodem tit. de feriis. Caieta. in peculiari de hac controuerſia libello: idem in.3. parte. q. 27. art.2. contrariam ſententiam tenere, ac probare conẽtur. Qua in re illud ſit cõſtitutiſsimum, maxima cum veneratione ex eccleſiæ inſtituto feſtiuitatem iſtam quolibet anno celebrari, & celebrandam eſſe. quod conſtat in cõſtitutione extrauagti Sixti quarti. quæ ãincipit. Graue nimis. de reliquiis, & venerat. ſanct. inter communes: quo in loco excõmunicationi, & aliis pœnis ſubiiciuntur aſſerẽtes, eos mortaliter peccare, aut hæreticos eſſe, q conceptionem virginis immaculatæ vt feſtum diẽ celebrauerint, vel dixerint, virginem Mariam abſq; labe originalis culpæ conceptã fuiſſe. rurſus & eadẽ conſtitutione ſub eiſdẽ pœnis Romanus põtifex prohibet, damnari per quenquam, vt hæreticam opinionẽ illorum, qui exiſtimant, virginem Mariam non fuiſſe in eius conceptione præſeruatam ab originali culpa, aut huius ſententiæ authores mortaliter peccare: cum ab eccleſia catholica non dũ ſit hæc cõtrouerſia deciſa. Hoc ipſum authoritate Sinodi Tridentinæ probatur his equidem verbis ſeſsione.5. declarat tamen hæc ipſa ſancta Synodus, non eſſe ſuæ intentionis comprehẽdere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam virginẽ Mariam dei genitricem, ſed obſeruandas eſſe cõſtitutiones felicis recordationis Sixti papæ quarti ſub pœnis in eiuſdem cõſtitutionibus cõtentis, quas innouat. Hactenus Tridẽtina Synodus, quę voluit, quę ſtionem adhuc manere ſub controuerſia, abſque certa eccleſiæ diffinitione.

Ad hæc tamẽ ſcribit egregius doctor Martinus Azpilcueta in capi. quando. de conſecrat. diſt.1. notab. 19. num.86. hoc priuilegium datum fuiſſe feſto conceptionis quo ad iſtius capitis indulgentiam, non in vniuerſum, ſed tantũ in his eccleſiis. in quibus ipſo die conceptionis horæ canonicæ, & officia diuina dicantur ſecundum ordinem, & ritum inſtitutum à protonotario de Nogarolis, teſtaturq; vir doctiſsimus ſe priuilegium ipſum legiſſe.

Tertio hæc cõſtitutio hac in parte intelligẽda eſt in interdicto generali. nam in eccleſia ſpecialiter interdicta minime eſt admittenda: imo in ea eccleſia non poterunt publice, nec ſecrete diuina officia celebrari etiam in his feſtiuitatibus.

quod

Quod probatur ex his, quæ diximus in.§. adiicimus. supra proximo.num.1.

¶Quarto ab his,quæ in præcedẽtibus tractauimus,quibusdam videbitur,non esse locum huic constitutioni quo ad huius.§.decisionem tempore cessationis à diuinis. 2 quarum sententia profecto admodum probabilis est, & poterit in disputatione facillime defẽdi. ipse tamen contrariam potius admitterem ex multis,sed prẽcipue, quod cessationi à diuinis non omnino derogetur,etiam si in his festiuitatibus diuina officia celebrentur:siquidem hæc celebratio temporaria est ad hos dies festos restricta: quam obrem manet ipsius cessationis vis his diebus transactis. deinde eadem ratio prorsus in cessatione à diuinis,sicut in interdicto procedit. Atq; præter ista, nulla est iuris Pontificii constitutio,quæ hanc benignam huius ca.interpretationem excludat:idcirco fortasis hæc sententia potior est.

¶Quintò est obseruãdum, quod & in aduentu regis in aliquam ciuitatem,quæ interdicta sit, eadem hæc constitutio admittenda est, vt 4 diuina officia celebrentur publice iuxta formam huius.§. quẽadmodum tradit Ioan.Staphi. de literis gr̃iæ,& iustitiæ. fol.157.col.1.quod ipse non alia ratione probat,quam quod deferendum sit dignitati regiæ.cap.solitæ.de maior.& obedi. & fortasis hoc ipsum obtinebit tantum quo ad diem aduẽtus, vel alterum statim sequentem:nõ quo ad totum ipsum tempus, quo rex in aliqua vrbe manserit.esset enim id admodum graue, & in dispendium censuræ ecclesiasticæ.

¶Sexto ad intellectũ huius.§.inuestigandum est,quæ nam horę canonicæ possint in his diebus celebrari publice? & glo.in verb. Adsumptio.scribit, incipiendum esse 5 diuinum officium à vesperis diei præcedentis festiuitatem, & finiendum ipso die festiuitatis vesperis iam peractis ita,vt complectorium ianuis clausis,non publice dicatur. hanc glo.sequuntur Ioan. Andre. & Ancha.hic Calde in tract. de eccles.interdict.6.membro.§.viso de effectu.columna.8.Florent.3.part. tit.26.cap.4.argumento tex.in cap. 2.de feriis.quo probatur in celebrã dis festiuitatibus ab ecclesia istitutis diem esse computandum à vesperis in vesperas:quod doct. ibi communiter adnotarunt.idem deducitur ex tex.in clem.1.ad finem. ver.in primis autem festis.de reliq. & vener.sanctor. Felin.in cap. cõsuluit.col.3.vers. in priuilegiis. de off.deleg.Paulo,& Iasone in.l. more.ff.de feriis.Feli.in ca.ecclesia. S. Mariæ.de constit.col.18.vers. quinta conclusionis declaratio.capit.1. ibi. gloss.de consecrat.dist.3. glo. Anto.& Abb.in cap.1.de feriis. Leuitici.capitu.23. notat late Andre. Tiraquel.in tract.de vtroq; retrac. §.1.gloss.11.numero.13. contrarium

tamen in hac quæstione, quam tractamus, tenent Archid. Domi. & Francus hic Frederi. consil. iii. col. 3. Sylvest. verb. interdictũ. 5. q. 2. Gõsalus à Villadiego de irregularit. c. de interdicto. col. 5. Angel. verb. interdictum. 6. q. 18. probantes, etiam cõplectorium harum festiuitatũ post secũdas vesperas posse dici publice, quemadmodum & alia diuina officia illius diei: cum adhæreat complectorium istud secũdis vesperis. quam opinionem consuetudo probauit: & esse veriorem nos opinamur.

¶ Septimo hic tex. ita intelligendus est, vt his diebus non tantùm missarum solennia ipsius festiuitatis, sed & missæ peculiares, ac votiuæ dici, ac celebrari publice possint. quod in præcedenti. §. adnotauimus num. 3. atq; in specie huius. §. idem tenuerũt Calderi. de eccles. interdict. 6. membro fol. 12. col. 4. Sylvest. verb. interdictum. 3. q. 2. Florẽt. 3. part. tit. 26. ca. 4. col. 2. quorũ opinio satis probari potest: nec restringenda ist hæc est constitutio: cum fauorem inducat maximum ad diuini cultus religionem.

¶ Octauo quæritᷣ opportune, an liceat in his festiuitatibus mortuos sepelire intra ecclesiam? & gloss. in clẽ. 1. de sepul. in princ. tenet, quod
6 hoc minime liceat: cùm tantum permittantur officia diuina, & eorum publica celebratio: sepultura vero mortuorum non pertinet ad officia diuina: probat hoc ipsum tex. elegans in capi. cũ & planta. re §. quod si tẽplari. de priuileg. vbi eo tempore, quo in ecclesiis interdictis permissa est diuinorũ officiorũ celebratio propter aliquod priuilegium, non ex hoc censetur permissa mortuorum ecclesiastica sepultura. sic deniq; præcitatam glos. sequuntur Card. Imol. Abb. Ioan. Vanchelius, & Bonifa. 3. col. ibidẽ. Ioan. Andre. Domi. & Franc. hic Frederi. in dict. cons. iii. col. 5. Gonsal. à Villadiego de irregularit. capi. de interdicto. col. 5. scribens post Imol. in dict. clem. 1. idem esse quo ad officium defunctorum, vt hoc his diebus dici non possit, etiam si corpus extra ecclesiam sepeliatur. in quo Frederi. in dict. cons. iii. & Sylvest. verb. interdictum. 5. quæs. 2. contrarium tenent, licet prædicta opinio quo ad sepulturam, quæ communis est, probaretur: cum & officium defunctorum pertineat ad diuinorum officiorum celebrationem. Quam sententiam ipse veriorem esse censeo. imo & posse intra ecclesiam his diebus corpora defunctorũ sepeliri, aduersus magis receptam vulgo opinionem probant Cald. de eccles. interdict. 6. mẽbro. vers. itẽ quæritur. Ancha. hic. Angel. verb. interdictum. 6. quæs. 35. Florent. 3. part. tit. 26. cap. 4. ea ratione, quod sepultura fere ad officium diuinum pertineat: quia funus ipsum ad ecclesiam defertur cum officio diuino cap. quia diuina. 13. quæs. 2. & hæc quidem opi-

nio

nio benignior est, iureq; defendi, & æquitate poterit.

Illud tamen est apud omnes in confesso, in his festiuitatibus omnia licere, quæ ad officium pertineant diuinum, & eius celebrationẽ: ea vero, quæ pertinent ad sacramenta minime permitti, nisi ea forma, qua permittuntur alioqui tempore interdicti: vnde plura possent deduci ad huius resp̃si interpretationẽ, quorum aliquot exponam.

¶ Nono hinc constat, posse in his diebus hic connumeratis benedici abbates, virgines, aquam, vestes, & alia ecclesiastica ornamẽta: quod communi omnium sententia probatum est, præsertim ab Ancha. Frederico Calderi. Sylvest. & aliis: atq; ab Angelo. verbo. interdictum, 6. quæs. decima octaua.

¶ Decimo secundum eosdem nõ poterunt in his festiuitatibus sacramenta eucharistiæ, & extremæ vnctionis ministrari: prius quidẽ his, qui nullo mortis periculo afficiuntur: posterius nec his, qui mortis articulo, & agone grauantur. quod probatur ex his, quæ & nos adnotauimus in hac secunda parte. §. 2. numero. 7.

¶ Vndecimo constat, tempore interdicti posse publice nuptias benedici ex concessione huius constitutionis in his diebus, quibus speciali priuilegio licet diuina officia celebrare apertis ianuis, & solenniter, modo alia ex causa non fuerint prohibitæ nuptiarum benedictiones. est etenim benedictio nuptiarũ diuinum officiũ: sicuti Calderi. & alii communiter tradidêre Sylvest. post Hosti. verb. interdictum. 5. q. 2. sic locum obtinebit hæc opinio in die adsumptionis sacratissimæ virginis Mariæ, & in eucharistiæ festo: nã in aliis, diebus hic expressis interdictæ sunt nuptiarum benedictiones iuxta notata in cap. capellanus. de feriis. & in epitome ad. 4. lib. decretalium. 2. parte capitulo octauo. §. 11.

¶ Duodecimo inde apparet, in his solennibus festis, quorũ hic mẽtio fit, etiam ipsis clericis non licere eucharistiæ sacramentum accipere, nisi simul missarum celebratione ipsi eucharistiæ sacrificiũ consecrantes obtulerint: quod notant Ioan. Andre. Domi. Franc. & Doct. hic Cald. de eccles. interd. 6. mẽbro. tantum enim clericis licet diuina officia celebrare: vt communi omnium iudicio diffinitum est.

¶ Decimo tertio ipse infero, etiã in his festiuitatibus non licere fontes baptismatis benedicere: præterquam in ipsomet festo resurrectionis. nec enim tempore interdicti licet fontem benedicere: cum hæc benedictio nõ sit necessaria ad baptismi sacramentum: quod notat Paluda. in. 4. sent. dist. 7. q. 3. qua ratione reliquis diebus, quibus solennis est fontium benedictio instituta, fontes sacri baptismatis benedicẽtur eo modo, & forma tempore interdicti, quo cætera diuina

officia celebrari posint. Nec oberit quod de chrismate decisum est in capitu. quoniam. ist. titu. supra, quia illud est necessariũ omnino ad confirmationis sacramentum.

¶Postremo vltima huius capitis pars non erit prætermittẽda: siquidem Areti. in capitu. 1. col. 6. de rescrpt. Feli. in. c. nõ nulli. col. 7. eo. ti. vers. secundo fallit. & Ludoui. Gozadi. in cons. 14. nume. 12. ex ea adnotarunt, priorem legem, rescriptũ aut priuilegium habẽs simplicem futuræ concessionis, aut constitutionis derogationem, tolli per sequens, in quo hæc fuerit concepta clausula: Non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & constitutionibus, atq; rescriptis, quauis forma, forma, & expresione verborum conceptis. Quam opinionem ipse latius examinaui in. 2. part. rub. de testament. num. 19.

¶Tandem his explicitis finem huic relectioni cõstituimus, lectorem beneuolum admonentes, nos semper sedulo in hisce tractatibus operam dedisse, vt breui quodam examine quæ præ cæteris selegim⁹ adnotarentur.


Vale fœliciter Lector candide.

Relectionis Finis,

Iurisprudentiæ studioso lectori.


Quæ fuerat quondam variis abscondita libris,
Et dubiis multis obruta materia:
Ordine quæ nullo rudis,& sinè luce iacebat,
Atq; nouis passim litibus implicita:
Hanc tibi dat Didacus dubiis & lite carentem,
Et claram arte:quis hoc antè peregit opus?


Ia.Boffæus.



SALMANTICAE EXCVDE-
batur in officina Typographica
Andreæ à Portonariis, An-
no à nato Seruatore
1554. 15. Calen
das Iulii.







15
54

7.908

12